

## C A P U T XXXII.

Depositionis sententiam a Legato nostro  
Dienisi Episcopo in Lugdunensi concilio religio-

forum virorum consilio prolatam, & nos dictante justitia in Romana synodo Apostolica auctoritate firmavimus. *Greg. VII. l. 7. registr. ep. 20.*

## L I B E R S E C U N D U S.

## De Patriarchis, &amp; Primatibus.

## T I T U L U S I.

*DE INSTITUTIONE, ET ELECTIONE  
PATRIARCHARUM, ET PRIMATUM.*

## C A P U T I.

**Q**uod non aliæ Metropolitanæ ecclesia, vel Primates sint, nisi illæ, quæ prius Primates erant, & post Christi adventum auctoritate Apostolica, & synodali Primate habere meruerunt: reliquæ vero non Primates, sed Metropoles vocentur, eorumque Episcopi non Primate, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruantur. *Nicæn.* *XLVII. apud Jul. epist. 2. c. 12.*

## C A P U T II.

*Difl. 63. c.  
1. Q. 2.* Sancta hæc, & universalis synodus definivit, & statuit, neminem laicorum Principum, vel potentum semet inservere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitanæ, aut cuiuslibet Episcopi, &c. *VIII. syn. CP. c. 22. sub Hadr. II. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 1. panorm. Q. part. 5. c. 122. decr. Deusd. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 20. Cæsar. lib. 3. c. 63. Tarr. lib. 1. c. 47.*

## C A P U T III.

*Difl. 50. c. 2.* Vos per vestras diceceſes Episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias partes, quod idem iufſit Petrus, agere curabimus, &c. [ In illis vero civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum Primates ponit præcepit, vel Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum judicia, & majora, quoties necesse foret, negotia in fide agitarent, & secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita ut ne quis injuste periclitaretur, definirent, &c. *Clem. epist. 1. post med. Vid. Leo IX. ad Episcopos Africæ epist. 3. ante finem. Burchard. lib. 1. cap. 155. Anselm. lib. 6. cap. 105.*

## C A P U T IV.

*Difl. 99. c. 1.* Provinciæ multo ante Christi adventum tempore divisa sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & B. Clemente prædecessore nostro ipsa divisio est renovata, & in capita provinciarum ubi dudum Primates legis ſæculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos, qui per reliquias civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permifsum non erat, confugiebant pro oppressionibus, vel injustitiis suis, ipſosque appellabant, quotiens opus erat ſicut in lege eorum præceptum erat. Ipsiſ quoque in civitatibus, vel locis Patriarchas, vel Primates, qui unam formam tenent, licet diversa ſint nomina, leges divinæ, & ecclesiastice ponit, & eſſe iuſſerunt, ad quos Episcopi, ſi necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent, & ipſi Primate nomine fruerentur, & non alii.

Reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores judges habebant, licet maiores Comitibus effent, haberent Metropolitanos suos, qui prædictis iuſſe obedirent Primatibus, &c. Primates tamen & tunc, & nunc habere iuſſæ ſunt, &c. Hæc ab antiquis, hæc ab Apostolis, hæc a sanctis Patribus accepimus, &c. *Anaclet. epist. 2. cap. 4. Vid. Greg. VII. lib. 6. registr. epist. 35. ad Rothomag. Episcopum, & alios. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 1. panorm. Q. part. 5. cap. 53. decr. Cæſar. lib. 2. cap. 73.*

## C A P U T V.

Episcoporum ordo unus est, licet ſint Primates illi, qui primas civitates tenent, qui & in quibusdam locis Patriarchæ a nonnullis vocantur. Illi autem, qui in metropoli a B. Petro Apostolo ordinante Domino, & a prædecessore nostro sancto Clemente, ſeu a nobis constituti ſunt, non omnes Primates, vel Patriarchæ eſſe poſſunt: fed illæ urbes, quæ præfatis, & priscis temporibus primatum tenuere, Episcoporum, Patriarcharum, aut Primate nomine fruantur, &c. *Anaclet. epist. 3. cap. 3.*

## C A P U T VI.

*Difl. 99. c. 2.* Nulli Archiepiscopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas tenent civitates, quarum Episcopos Apostoli, & ſuccelfores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primates eſſe conſtituerunt, niſi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse fit propter multitudinem eorum, Primate conſtitui. Reliqui vero, qui alias Metropolitanas ſedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitanani nominentur. *Anicet. ep. 1. post princ. Vid. Hadr. cap. 23. ad Episc. Mediom. Capit. lib. 7. cap. 439. Burch. lib. 1. cap. 28. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 1. panorm. Q. part. 5. capitulo 54. & 139. decret. Anselm. lib. 2. capitulo 13. in Rom. Cæſar. lib. 2. cap. 74.*

## C A P U T VII.

Nulli Metropolitanani, aut alii Episcopi appellantur Primates, niſi qui primas ſedes tenent, & quorum civitates antiqui primates eſſe censuerunt. Reliqui vero, qui ceteras metropolitanas civitates adepti ſunt, non Primates, ſed aut Archiepiscopi, ſed Metropolitanani vocentur. [ *Urbes enim, & loca, quibus Primates, præſidere debent, non a modernis, ſed etiam multis ante adventum Christi ſunt ſtatuta temporibus, quarum Primates etiam gentiles pro majoribus etiam negotiis appellabant. In iofis vero urbibus post Christi adventum Apostoli, & ſuccelfores eorum Patriarchas vel Primates poluerunt. Steph. ep. 2. c. 5. Anf. lib. 6. c. 109.* ]

## C A P U T VIII.

Primates illi, & non alii ſint, qui in Nicæna synodo ſunt conſtituti. Reliqui vero, qui Metro-

poles tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non Primate, salva in omnibus Apostolicae sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea a sanctis Patribus roborata. *Felix II. ep. 1. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 163. Ivo part. 5. c. 273. decr.*

## C A P U T IX.

Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris præmineret, de qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis Ecclesiæ cura confluueret, & nihil unquam a suo capite dissideret. [Qui ergo quibusdam scit se esse præpositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat, &c. *Leo epist. 82. in fin. ad Anastasium Episcopum. Jul. ep. 1. in fin. Vigilius ep. un. cap. 7. Greg. IV. ad omnes Episcopos in epist. incip. Divinis. Tolet. XI. c. 10. Anselm. lib. 2. c. 18.*]

## T I T U L U S II.

## DE NUMERO, LOCO, ET DIGNITATE PATRIARCHARUM.

## C A P U T I.

*Difl. 65. c. 6. Mos.* **M**ores antiqui serventur, ut in Ægypto, Libya, & Pentapoli Alexandrinus Episcopus habeat omnem potestatem, quoniam Romano quoque Episcopo hæc consuetudo est. Sic etiam in Antiochia, & in aliis provinciis sua privilegia ecclesiis (*Metropolitanis L.*) serventur. *Nicæn. c. 6. Vide Chalc. act. 16. ante med. Anselm. lib. 4. c. 44. l. 2. c. 65.*

## C A P U T II.

*Difl. 65. c. 6. Mos.* Sancta, & universalis Nicæna prima synodus antiquam consuetudinem jubet servari per Ægyptum, & provincias, quæ sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens, quia in Romanorum civitate hujusmodi mos prævaluit. Qua pro causa & hæc magna, & sancta synodus tam in seniori, & nova Roma, quam in fide Antiochiae, & Hierosolymorum præfcam consuetudinem decernit in omnibus conservari, &c. *VII. syn. CP. sub Hadr. II. cap. 17. Nicæn. c. 6. Anselm. lib. 4. c. 44. Cæsar. lib. 2. c. 65.*

## C A P U T III.

*Difl. 12. c. 11.* Definimus neminem prorsus mundi potentium quemquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus præsunt, inhonorare, aut movere a proprio throno dignos judicare, præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexandriæ, ac Antiochiae, atque Hierosolymorum. Si vero quis aliqua potestate fruens, vel potens pellere tentaverit præfatum Apostolicæ cathedralæ Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam, anathema sit. *VIII. syn. c. 21. sub Hadr. II. Deusd. c. 3. Anselm. lib. 2. c. 72.*

## C A P U T IV.

Antiqua Patriarchalium sedium privilegia re-novantes, sacra universali synodo approbante *De priv. 23. Greg. IX. c. 6. eod. tit. in 4. collect.* fancimus, ut post Romanam Ecclesiam, &c. CP. primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, reservata cuilibet propria dignitate, ita quod, postquam eorum Antistites a Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ juramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsonem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ vero crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, & ubicumque Summus Pontifex præsens extiterit, vel ejus Legatus utens insigniis Apostolicae dignitatis. In omnibus autem provinciis eorum iurisdictioni subjectis, ad eos, cum necesse fuerit, provocetur: salvis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *Innoc. III. in conc. gen. cap. 5.*

## C A P U T V.

Prima sedes est cælesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, &c. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati nomine a Marco ejus discipulo, atque Evangelista consecrata est. Quia ipse & in Ægypto primum verbum veritatis directus a Petro prædicavit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis succedit (*Anianus, & post hunc Abilius.* Tertia autem sedes apud Antiochiam ejusdem beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic prius quam Romam veniret & habitavit, & (*Zachæum, postea Evodium, post quem Ignatium Episcopum constituit, & illuc primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est.* Reliquas vero in quodam tomo conscriptas direximus. Inde namque & beati Apostoli inter se statuerunt, ut Episcopi singularum sci-  
rent gentium, quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apostolos quædam fuit di-  
cretio. *Anaclet. ep. 3. ante med. Incert. in præf. Nic. syn. Burch. lib. 1. cap. 159. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 4. pan. & part. 5. cap. 2. & 26. & 269. decret. Anselm. lib. 1. cap. 7. & 66. Cæsar. lib. 4. cap. 60.*

## C A P U T VI.

Hæc sancta Romana Ecclesia, & Antiochena a tempore Apostolorum custodit, hæc Hierosolymorum, & Ephesinorum tenet, in quibus Apostoli præsidentes, hæc docuerunt. *Fabian. epist. 2. in princ.*

## C A P U T VII.

Privilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum ca-  
nonibus instituta (*logitur de Ecclesiis Patriar- & 17. chalibus*) & venerabilis Nicæna synodi fixa de-  
cretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla  
novitate mutari. *Leo epist. 29. al. epist. 52. ad Marcianum August. post med. Anselm. lib. 4. cap. 2. Cæsar. lib. 7. c. 13. Tarrac. l. 1. cap. 298.*

## C A P U T VIII.

Dignum est te Apostolicæ sedis in hac sollici-  
tudi-

tudine confortem, ad augendam fiduciam privilegia tertia sedis agnoscere, ut in nullo cuiusquam ambitione (*Anatolium CP. insinuat*) minuantur, &c. Et si enim diversa nonnunquam sunt merita Præsulū, tamen jura remanent sedīum, quibus eti possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Unde, cum aliquid pro Antiochenæ ecclesiæ privilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis litteris studeat explicare, ut & nos consultationi tuæ absolute, & congrue respondere possimus. *Leo ep. 60. ad Max. Antioch. Episcopum in medio.*

## C A P U T IX.

Numquid Acacius, ut Joannem quemlibet hominem, catholicum tamen a catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrumque in hæresi jam detectum, atque damnatum, absque sedis Apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodo saltem illic habita, hoc audacter arripuit? Ut Calendionem de Antiochia depelleret, hæreticumque Petrum, quem ipse damnaverat, absque notitia sedis Apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis, & tertiaræ major est dignitas Sacerdotum, quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censetur. Nam quod dicitis Regiæ civitatis, alia est potestas regni secularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. *Gel. ep. I. ad Episcop. Dard. in med.*

## C A P U T X.

Desideratis noscere, quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præsunt ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur, Romanam videlicet, Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam sanctorum Principes Apostolorum Petrus, & Paulus & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore fuso proprio sanguine facraverunt. Alexandrinam, quam Evangelista Marcus discipulus, & de baptimate Petri filius, a Petro missus instituit, & Domino Christo crux dicavit. Antiochenam, in qua conventu magno sanctorum factò primum fideles dicti sunt Christiani, & quam beatus Petrus, prius quam Romanum veniret, per annos aliquot gubernavit. *Nicolaus ad Consulta Bulgarorum, c. 92.*

## C A P U T XI.

Hi (Petrus, & Paulus) tamquam duo lumina-  
ria magna cæli in Ecclesia Romana divinitus  
constituti, &c. in ea uno, eodemque die marty-  
rium consummantes, sanctam Romanam Eccle-  
siam roseo cruce suo consecraverunt, &c. Ale-  
xandrinam Ecclesiam suam fecerunt, per beatum  
scilicet Marcum unius horum filium, ac discipu-  
lum, &c. Fecerat autem beatissimus Petrus præ-  
sentia corporali & Ecclesiam Antiochenam jam  
suam, quæ, sicut beatus Papa dicit Innocentius,  
urbis Rome sedi non cederet, nisi quod illa in trans-  
fatu meruit, ista suscepit apud se, consumma-

tumque gauderet. Per has igitur tres præcipuas ecclesiæ, omnium ecclesiarum sollicitudo beatorum Apostolorum Principum Petri, ac Pauli proculdubio moderamen expectat. *Nicol. in ep. ad Michaelem Imp. post med. Inn. ep. 18. c. 5. vel c. 41. in corp. can.*

## C A P U T XII.

Statuimus, ut diaconus, etiam si in dignitate, *Dif. 93. c.  
id est in quovis sit officio Ecclesiastico, ante  
presbyterum ne sedeat, præterquam si proprii Pa-  
triarchæ, vel Metropolitanæ vicem gerens, adsit  
in alia civitate super aliquo capite. Tunc enim,  
ut locum illius implens honorabitur. Trull. c. 7.  
Ivo part. 6. c. 123. decr.*

## C A P U T XIII.

Dominus, & Deus noster, qui dixit, fiant lu- *v.c. 6. de ma-  
minaria in firmamento cæli ad illuminationem  
terræ, & fecit duo magna luminaria, luminare  
quidem majus in principio diei, minus autem in  
principio noctis, & posuit ea in firmamento cæli,  
& tamquam quædam magna luminaria, videlicet  
quinque Patriarchalia capita, in illuminatio-  
nem totius terræ, quo præsint die, ac nocte, &  
separent inter lumen & tenebras, id est, inter eos,  
qui agunt opera lucis, hoc est divina, & inter  
eos, qui agunt opera tenebrarum. *Metrophanes  
Metropol. Smirnæ apud syn. VIII. gen. act. 6. sub  
Hadr. II. in princ.**

## C A P U T XIV.

Sancimus, ut (*Romana sedes*) principatum *Dif. 96. c.  
teneat, tam super quattuor præcipuas sedes, An-  
tiochenam, Alexandrinam, Constantinopolita-  
nam, Hierosolymitanam, quamque super omnes  
in universo orbe terrarum Dei ecclesiæ. Constan-  
tinus in edicto donationis, in medio ante conc.  
Nicæn. Balsam. ad Phot. tit. 8. cap. 1. nomocan.  
Deusd. cap. 4. Ans. lib. 4. c. 33. Cæsar. lib. 2. c. 72.  
Tarrac. lib. 6. c. 33.*

## C A P U T XV.

In CP. synodo regulam protulerunt, ut CP. *Dif. 22. c.  
Episcopus haberet honoris privilegia post Pont.  
Romanum, eo quod Nova Roma est. Firmave-  
runt rursus Nicænam fidem, & Patria. has con-  
stituerunt, distribuentes provincias, ut Episcopi  
uniuersi jusque dicætis ad ecclesiæ non irent ex-  
traneas, quod persecutionis tempore indifferen-  
ter agebatur. Nectario CP. & Thraciam: Hel-  
ladio Ponticam, qui post Basiliū fuit, Grego-  
rio Nysseno Basiliū germano Cæsaream Cappa-  
dociæ: Troilo Melitanæ Armeniæ jus Patriar-  
chæ dederunt: Asianam dicæsim Iconii Amphi-  
lochius est sortitus: Optimus Antiochiæ Pisidiæ,  
Ægyptum Timotheo Alexandrino distribue-  
runt. Orientalium ecclesiæ gubernationem  
Præsilibus commiserunt, Pelagio Laodiceno, &  
Diodoro Tarso, Antiochenæ ecclesiæ privilegia  
reservantes, quam Melitio dederunt. Definierunt  
pariter, ut si quid in provincia qualibet emerge-  
ret, provinciæ concilio finiretur. *Tripart. lib. 9.  
cap. 13. Vide CP. synod. cap. 3. G. 5. L. C. Chalc.  
28. Canon sic De Primatu ecclesiæ CP. a Ro-  
mana sede non est receptus, ut constat ex Leo-  
nis epist. 51. al. 53. C. aliis.**

TI.

# 70 Juris Pontificii Veteris Epitome

## TITULUS III. DE PATRIARCHA ALEXANDRINO.

### CAPUT I.

**N**untiatur synodo venisse Joseph Vicarium Alexandrinæ sedis hujus hortante synodo epistola commendatricia legitur, & ipse receptus, quæ acta sunt in VIII. actionibus prædictis, approbat. *VIII. syn. aet. IX. sub Hadr. II. in princ.*

### CAPUT II.

Secunda sedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco ejus discipulo, & Evangelista consecrata est, ipseque a Petro Apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, & gloriosum consummavit martyrium. *Gelas. C synod. LXX. post princ.*

### CAPUT III.

*7. q. 1. Mu. rationes.* Eusebius de quadam parva civitate Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. *Anter. ep. i. in princ. Burch. lib. 1. cap. 77. Iva lib. 3. tit. 6. cap. 1. panorm. C part. 5. cap. 183. decret. Anselm. lib. 6. cap. 94. Tarrac. lib. 3. c. 66.*

### CAPUT IV.

Nec dubitare vos credo, Athanasium sacræ legis doctorem, non solum a nobis, sed etiam a Nicæna synodo, veræ fidei cultorem esse comprobatum, qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arii prostraverat blasphemias, post quinque menses Nicæni concilii, Alexandrinorum ecclesiæ suscepit præsulatum, &c. *Jul. epist. i. in princ.*

### CAPUT V.

De Alexandrina ecclesia, & Dioscoro, Athanasio, Theophilo, & Cyrillo, & B. Marco Episcopis. *Leo epist. 49. vel 50. ad Episcopos Gallia.*

### CAPUT VI.

Non convallantur provincialium jura Primitum, nec privilegiis antiquitus institutis Metropolitanæ Antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi ejus, quam per sanctum Marcum Evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis. Nec Dioscoro in impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. *Leo epist. 51. in fine ad Anatolium CP.*

### CAPUT VII.

Fratrem Proterium Alexandrinæ urbis Episcopum, gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos litteras direxisse, & manifeste quidnam teneat indicasse, cui me dignam gratiam pro fidei ipsius sinceritate necesse est præstare, ut honorem in nullo suæ perdat ecclesiæ, sed sedis suæ privilegio, paternæ antiquitatis exemplum, juxta canonum illibata jura, possideat. *Leo epist. 66. ad Julian. Episcop.*

### CAPUT VIII.

De Proterio Alexandrino multa, ubi laudantur Athanasius, Theophilus, & Cyrillus ejusdem ecclesiæ Episcopi. *Leo epist. 32. vel 67. ad Marian. August.*

### CAPUT IX.

*24. q. 1. cap. 16.* Cum beatissimus Petrus Apostolicum a Domino acceperit Principatum, nefas est credere, quod sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formavit,

&c. *Leo epist. 9. vel 79. ad Dioscorum in princ. Anselm. lib. 1. cap. 30.*

### CAPUT X.

Alexandrina secunda sedes, Antiochena tercia. *Gelas. epist. 4. ad Faustum, C 6. ad Episcopos Dardan.*

### CAPUT XI.

De Timotheo, & Joanne Alexandrino. *Gelas. epist. 4. ad Faustum.*

### CAPUT XII.

Quis Patriarcharum secundus sit a Romano consulitis. Juxta quod sancta Romana tenet Ecclesia, & Nicæni canones innuunt, & sancti Presules Romanorum defendunt, & ipsa ratio docet, Alexandrinus Patriarcharum a Romano Papa secundus est. *Nicol. ad Consulta Bulg. c. 93.*

### CAPUT XIII.

De pallio Athanasii ad Felicem II. se id sumpsisse Romæ, sed appellat stolam, & Liberatus in Breviario cap. 20. ait, pallium beati Marci Alexandriæ fuisse. *Vide Prosperum cap. 20.*

### CAPUT XIV.

Consuetudo est Alexandriæ Patriarcham, qui defuncto succedit, excubias super defuncti corpus agere, manumque dexteram ejus capiti suo imponere, & sepulco manibus suis, accipere collo suo B. Marci pallium, & tunc legitime sedere. *Liberat. cap. 20.*

### CAPUT XV.

Gelasii temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quod multa mala, & homicidia fierent a Petro, & Acacio CP. Eodem tempore fugiens Joannes Alexandrinus Episcopus catholicus venit Romam ad sedem Apostolicam, quem beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. *Ex Pontif.*

### CAPUT XVI.

De Timotheo, & Petro Alexandrinis Episcopis. *Acacius ad Simplic. Felix III. ad Acac. CP. Episcopum epist. 1.*

### TITULUS IV.

## DE PATRIARCHA ANTIQOCHENO.

### CAPUT I.

**N**E Episcopus Antiochenus ordinationes in Cypro administraret. *Ephes. decretum.*

### CAPUT II.

Tertia sedes apud Antiochiam beatissimi Petri nomine habetur honorabilis, eo quod illic, priusquam Romam venisset, habitavit, & illie primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. *Gelas. C syn. LXX. Episcoporum.* *Vide ante conc. Nicæn.*

### CAPUT III.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Antiochenam provinciam constitutis, Marcello, &c. [ Rogamus ergo vos fratres, ut non aliud doceatis, neque sentiatis, quam quod a Beato Petro Apostolo, & a reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi esis, ideo non oportet vos proprium derelinquerre Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: *Tu es Petrus, Matt. 16. c.* &c. Ejus enim fides primitus apud vos fuit, quæ postea jubente Domino Romam translata est, &c.

&c. Si vestra vero Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est, quæ ejus non subiecta sit ditioni, &c. *Marcellus epist. 1. in princ. Anselm. lib. 1. cap. 15.*

## C A P U T IV.

Ecclesia Antiochena, quam priusquam ad urbem perveniret Romanam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana Ecclesiæ Romanæ diu se ab eodem alienam esse non passa est, &c. Ipsius civitatis Episcopus est frater meus Alexander, &c. *Innoc. epist. 14.*

## C A P U T V.

De Alexandro Antiocheno Episcopo. *Innocent. epist. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*

## C A P U T VI.

Revolentes auctoritatem Nicænæ synodi, quæ una omnium per orbem terrarum explicat mentem sacerdotum, quæ censuit de Antiochena ecclesia, cunctis fidelibus ne dixerim sacerdotibus esse necessarium custodire, quam super dicecesim suam prædictam ecclesiam, non super aliquam provinciam, recognoscimus constitutam. Unde adverimus non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod prima primi Apostoli fides esse monstratur, ubi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conventum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque urbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista suscepit apud se, consummatumque gaudet. *Inn. ep. 18. in princ. ad Alex. Episc.*

## C A P U T VII.

Antiochena ecclesia, in qua primum prædicante Apostolo Petro Christianum nomen exortum est in paternæ constitutionis ordine perseveret, & in tertio gradu collocata numquam se fiat inferior. *Leo epist. 51. in fine ad Anatolium CP. Vide de eadem re, epist. 52. 53. 57.*

## C A P U T VIII.

Oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cujus Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere (*loquitur de ecclesia Antiochena*) & cujus meminisse doctrinæ, quam præcipuis Apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum mundum quidem uniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena, & Romana urbe fundavit, &c. Neque ullo modo si nas in Orientalibus ecclesiis, maximeque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Patrum Nicæni canones deputavere, ab improbis hæreticis Evangelio insultari, &c. Dignum est enim, te Apostolicæ sedis in hac sollicitudine consontem, & ad augendam fiduciam privilegia tertiaræ sedis agnoscere, ut in nullo cuiusquam ambitione minuantur, &c. *Leo epist. 60. ad Maximum Antiochen. Episc. post princ.*

## C A P U T IX.

Antiochena tertia sedes. *Gelas. epist. 4. ad Faustum, & 6. ad Episcopos Dardanias.*

## C A P U T X.

Contra Petrum Antiochenum, & de Calendione Antiocheno. *Gelas. epist. 4. ad Faust.*

## C A P U T XI.

Importabilibus verbis impie garrulasti, & non

judicasti cedere prædictis sanctis Patribus, qui ornarunt sedem beatæ memorie, & multum triumphantis Ignatii Martyris, cuius tu indigenus existis, &c. *Felix IV. ad Petrum Antioch. Episc. ante V. syn. in princ.*

## C A P U T XII.

Petrus primogenitus, & diaboli filius, & qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissime le ingessit, sanctamque sedem Pontificatus Ignatii Martyris polluit, qui Petri dextera Episcopus ordinatus est, Eustathiique confessoris, ac præsidentis CCCXVIII. Patrum, qui in Nicæa convernerunt, &c. *Felix IV. in epist. ad Zenonem Imper. ante V. synod. ante medium epist.*

## T I T U L U S V.

*DE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.*

## C A P U T I.

**Q**uoniam consuetudo viget, & antiqua traditio est, ut Æliensis Episcopus honoretur, <sup>Dif. 65.</sup> Quoniam mos. 7.

habeat is quidem honorem, sed Metropoli sua dignitas servetur. *Nicæn. cap. 7. Vide Chalced.*

## act. 6. in princ.

## C A P U T II.

Erat quidam sacerdos, nomine Polycronius, Episcopus Hierosolymitanus. Is per imprudentiam senectutis dicebat, quod Hierusalem prima fides esset, & ore superbo quasi superiore affirmabat se Pontificem esse, & summum sacerdotem, & accepto munere ordinabat Episcopos, presbyteros, diacones, & ecclesiæ dedicabat. Contra quem Xystus III. synodum congregavit. *Synod. Romana sub Xysto III. in expurgatione Polycronii.*

## C A P U T III.

Clemens Jacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum regenti Hebraorum sanctâ ecclesiæ Hierosolymis, sed & omnes ecclesiæ, quæ ubique Dei providentia fundatae sunt cum presbyteris, & diaconibus, & ceteris omnibus fratribus pax sit semper. *Clem. epist. 1. in princ.*

## C A P U T IV.

Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Jacobus Justus frater Domini a Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis est ordinatus. *Anacl. ep. 2. in princ. refert Anicet. epist. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 15. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 10. pan. C p. 5. c. 69. decr. Ans. lib. 6. c. 47.*

## C A P U T V.

Cur nobis inconsultis Episcopos Antiochiam convocasti, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio? *Jul. epist. 2. post princ.*

## C A P U T VI.

De Hierosolymitano Episcopo, & de Proterio Alexandrino, & de Theophili Alexandrini de Paschate opinione. *Leo epist. 43. al. 66. ad Julian. Episc.*

## C A P U T VII.

Ad Juvenalem Hierosolym. Episcopum. *Leo epist. 47. al. epist. 70.*

## C A P U T VIII.

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Antiphites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, &

An-

**Antiochenus existunt.** Hierosolymitanus enim Præful, licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundum antiquam consuetudinem, ac Nicænam synodum honorandus sit, salva tamen Metropoli propria dignitate, sed & in eadē sancta, & magna synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed alia Episcopus dicitur. *Nic. ad Consulta Bulg. c. 92.*

#### C A P U T IX.

Hierosolymitanus Episcopus pro tanti loci reverentia ab omnibus habetur honorabilis, maxime quod illic primus beatissimus Jacobus, qui dicebatur Justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, a Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis est Episcopus ordinatus. Itaque secundum antiquorum Patrum definitionem, sedes prima in Hierosolymis esse minime dicitur: ne forte ab infidelibus, aut idiotis sedes domini nostri Jesu Christi, quæ in caelo est, in terra esse putaretur. *Incert. in prefatione Nicæni concil.*

#### C A P U T X.

Tantum Hierosolymitanæ Ecclesiæ omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea se discernere. *Justinus Imp. epist. 2. ad Hormisd. cuius initium est:* Quo fuimus.

#### T I T U L U S VI. DE PATRIARCHA CONSTAN- TINOPOLITANO.

#### C A P U T I.

*Dif. 22. c. 3.* **C**onstantinopoleos Episcopus habeat honori Constanti- nopolitanae. *privilegia Primatus honorem L. post Rom. Episcopum, cum sit nova Roma. CP. 3. G. 5. L. refert Chalc. c. 28. & Trull. 36. Hos canones a Rom. Pontif. confirmatos non fuisse constat ex cap. XIII. & sequentibus.*

#### C A P U T II.

Episcopi CL. in synodo CP. sub Theodosio majore, justa ratione moti dederunt paria privilegia sedi CP. Nova Romæ, quæ olim patres antiquæ Romæ dederant. Cum enim imperio, & senatu decoretur, in ecclesiasticis quoque rebus erat magnificanda, cum post illam secunda sit, Metropolitani Pontices, & Asiana, & Thracia dioceses, & in barbaricis Episcopi a sola eadem sede CP. ordinentur. Ipsi vero Metropolitani cum suis Episcopis in singulis suis diocesibus Episcopos ordinent, ut divinis canonibus continetur. Ipsi vero ab Archiepiscopo CP. ordinentur, decreta vero ex more fiant, & referantur. *Chalc. 28. refert Trull. 36.*

#### C A P U T III.

*P. notatio-  
num c. super  
nominis.* **C**onfirmavimus CL. sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati sunt, regulam sub piæ memorie Theodosio, quæ præcepit post vestram sanctissimam, & Apostolicam sedem honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata. *Chalc. Synod. ad Leonem in fin. act. 3.*

#### C A P U T IV.

*Anthonio CP. vel Trapezuntio sufficitus est.* Mennas ab Agapeto præsente, & a temporibus Petri Apostoli nullum alium Orientalis Ecclesiæ suscepit Episcopum manibus sedis Apostolica ordinatum. *In V. Syn. act. 3.*

#### C A P U T V.

Si Metropolitanus in sua ecclesia non consti- <sup>943. Cum</sup> tuat <sup>fimus. c. 3.</sup> *œconomum, CP Episcopus sua auctoritate* constitutus. *Nic. II. cap. 11. Ivo part. 5. cap. 374. decret.*

#### C A P U T VI.

Missæ sunt & alia litteræ a sanctissimo Papa veteris Romæ ad Tharasium sanctissimum, & universalem Patriarcham nostrum, &c. Dilecto fratri Tharasio generali Patriarchæ Hadrianus servus servorum Dei salutem. Pastoralibus curis, &c. *VII. syn. act. 2.*

#### C A P U T VII.

Beatissimo, & sanctissimo Domino Tharasio Archiepiscopo CP. universalis Patriarchæ, Orientales Pontifices, & Sacerdotes in Domino gaudere. *Lectis, &c. VII. syn. act. 3.*

#### C A P U T VIII.

Petrus devotissimus presbyter locum retinens sanctissimi Papæ Romani e charta legit. Tharasio sanctissimo Archiepiscopo CP. novæ Romæ & universalis Patriarchæ, & omni sacræ, & universalis synodo Petrus Primus presbyterorum sanctissimæ Ecclesiæ sancti, & omnibus sacerulis celebrati Petri Apostoli, & Petrus presbyter, & præses sancti Sabæ, ambo Vicarii Hadriani sanctissimi Papæ veteris Romæ. *Justum, &c. VII. syn. act. 5. in fine.*

#### C A P U T IX.

Definivit sancta synodus, ut si qui ex Italia clerici, vel laici, vel Episcopi in Asia, vel Europa, vel Lybia \* commorantes, a sanctissimo Papa Joanne sub vinculo, aut depositione, aut anathemate positi sint; hi etiam sint apud sanctiss. patriarcham CP. Photium in eodem genere pœnae, hoc est vel depositi, vel anathemate vindicti. Quos vero Photius sanctiss. noster Patriarcha clericos, vel laicos, vel ex majoribus, vel minoribus Pontificibus in quacumque parœcia sub excommunicatione, vel depositione, vel anathemate posuerit, etiam sanctiss. Papa Joannes, & quæ sub eo est, sancta Dei Romanorum Ecclesia habeat eos in eodem genere pœnae; nullum tamen privilegiis sedis sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ, & ejus Antifititis præjudicium, aut nunc, aut futuris temporibus oriatur. *Syn. VIII. vel IX. CP. sub Joanne VIII. cap. 1. Hæc synodus damnata fuit a Romano Pont.*

#### C A P U T X.

De Joanne Mirando Episcopo CP.) *Innoc. ep. 14. 16. 18. 19.*

#### C A P U T XI.

De Attico CP. Episcopo. *Vide Innoc. epist. 14. 16. 17.*

#### C A P U T XII.

De Flaviano CP. Episcopo. *Leo epist. 2. 3. 4. 5. &c. vel 7. 8. 9. 10. &c.*

#### C A P U T XIII.

Post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicti, &c. sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conarisi infringere, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perderet, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiaz dignitatis

\* Africa.

tatis amitteret, ut his locis juri tuo subditis, omnes Metropolitani Episcopi proprio honore priventur, &c. Leo epist. 28. al. 51. ad Anatolium CP. post princ.

## C A P U T XIV.

Persuasioni tuae in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta, ut jaetas, annos facta subscriptio, numquamque a prædecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducæ, dudumque collapsæ, sera nunc, & inutilia subiicere fomenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensio-  
nis, quam tibi in suam injuriā verecundia fatiga-  
ra præberet. Leo in ead. epist. 51. ad Anatolium  
Episcopum CP. post med.

## C A P U T XV.

Agite, quod & Christianæ est probitatis, &  
Regiæ, ut prædictus Episcopus Constantinop. par-  
reat Patribus, consulat paci, neque sibi æstimet  
licuisse, quod Antiochenæ Ecclesiæ, sine ullo e-  
xemplo, contra statuta canonum, Episcopum  
ordinare præsumpsit; quod nos a nore reparandæ  
fidei, & pacis studio retractare ceilavimus. Leo  
epist. 29. al. 52. in fine ad Marcian. Aug.

## C A P U T XVI.

Frater, & coepiscopus meus Anatolius parum  
consideravit, quanto pietatis vestræ beneficio, &  
mei favoris assensu, Constantinopolitanæ eccle-  
siæ sacerdotium fuerit consecutus, & non tam de  
adeptis gavisus, quam de immodicis appetendis  
supra mensuram sui honoris accensus est, credens  
huic tam intemperanti cupiditati posse prodeesse,  
quam ei quorundam consensum præbuuisse dicitur  
exorta subscriptio, cum tam defruendis mox co-  
natibus contradicatio fratrum, & coepiscoporum  
meorum vicem meam agentium, fideliter, & lau-  
dabiliter obviaret. Quoniam contra statuta pater-  
norum canonum, quæ ante longissimæ ætatis an-  
nos in urbe Nicæna spiritualibus sunt fundata de-  
cretis, nihil cuique addere conceditur, &c. Con-  
stantinopolitanæ vero Præfuli Ecclesiæ, quia amplius,  
quam assecutus est, concupiscit, quid illi  
satisfaciat, si tantæ urbis magnificentia, & claritu-  
do non sufficit? Superbum nimis est, & immo-  
deratum, ultra fines proprios tendere, & antiqui-  
tate calcata, alienum jus velle præripere, atque  
ut unius crescat dignitas, tot Metropolitanorum  
impugnare primatus, quietisque provinciis, &  
olim sanctæ synodi Nicæna moderatione deposi-  
tis, bellum novæ perturbationis referre, atque  
ut venerabilium Patrum decreta solvantur, quo-  
rundam Episcoporum proferre consentum, qui  
tot annorum series negavit effectum. Nam sexa-  
gesimus fere annus hujus jaëstantiæ esse jactatur,  
qua se prædictus Episcopus æstimat adjuvari, fru-  
stra cupiens id sibi prodeesse, quod etiam si quis-  
quam ausus est velle, nullus tamen potuit obti-  
nere. Leo epist. 53. ad Pulchriam, post princ.

## C A P U T XVII.

De custodiendis sanctorum Patrum statutis,  
quæ in synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa  
decretis, observantiam vestræ sanctitatis admoneo,  
ut jura ecclesiarum, sicut ab illis cccxviii.  
Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, per-

*Tom. V.*

maneant. Nihil alienum improbus ambitus con-  
cupiscat: nec per alterius imminutionem suum  
aliquis querat augmentum. Quantumlibet enim  
extortis assentationibus sese instruat vanitatis e-  
latio, & appetitus suos conciliorum æstimet no-  
mine roborandos, infirmum, atque irritum erit  
quidquid a prædictorum Patrum canonibus di-  
scerparit. Quorum regulis Apostolica sedes  
quam reverenter utatur, scriptorum meorum,  
quibus CP. Antifititis conatur repuli, poterit san-  
ctitas vestra lectio cognoscere. Leo epist. 59. ad  
*Syn. Chalced. in fin.*

## C A P U T XVIII.

De Anatolio, Flaviano, Attico, Proclo, Joanne  
CP. Episcopis. Leo ep. 45. al. 69. ad Anatolium  
Episcopum.

## C A P U T XIX.

Ne forte, quod solent dicant, quod si synodus  
Chalcedonensis admittitur, omnia constare de-  
beant, quæ illic videntur esse deponpta, &c.  
Cognoscant illud secundum scripturas sanctas,  
traditionemque majorum, secundum canones,  
regulaque Ecclesiæ, pro fidei communis, & veri-  
tate catholica, & Apostolica, pro qua hanc fieri  
sedes Apostolica delegavit, factamque firmavit,  
a tota Ecclesia indubitanter admitti: alia autem,  
quæ per incompetenter præsumptionem illic  
prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes A-  
postolica gerenda nullatenus delegavit, mox a  
Vicariis sedis Apostolicæ contradicta, mani-  
festum est, quæ sedes Apostolica, etiam petente  
Marciano Principe, nullatenus approbat, quæ  
Præfus Ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Ana-  
tolius, nec se præsumpsisse profilius est, & in A-  
postolicæ sedis Antifititis non negavit polita pote-  
state, quæ ideo sedes Apostolica non recepit, quia  
quæ privilegiis universalis Ecclesiæ contraria pro-  
bantur, nulla ratione sustinet. *Gelas. in tom. de*  
*Anathem. in princ.*

## C A P U T XX.

Qua traditione majorum Apostolicam sedem  
in judicium vocant, &c. Ceterum isti, qui facri,  
qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem  
Apostolicam ad judicium vocare non possunt, &  
Constantinopolitanæ civitatis Episcopus, qui u-  
tique per canones inter sedes nullum nomen accep-  
tit, in communionem recidens perfidorum, non  
debuit submoveri? An, qui homini mentitus di-  
citur Imperatori, & qui Imperatorem læsisse pro-  
hibentur depelli debuerunt, & in Deum, qui  
sumamus, & verus est Imperator, Acacium delin-  
quentem, sinceramque communionem divini fa-  
cramenti studentem miscere cum perfidis, secun-  
dum synodum, qua hæc est damnata perfidia,  
non oportebat excludi? *Gelas. ep. 4. ad Faustum*  
*post med. Ivo part. 5. c. 9. deor. C ep. 1. ad Ri-  
cher. Senon.*

## C A P U T XXI.

Cujus sedis episcopus (CP.)? cuius Metropolitanæ  
civitatis Antifitæ? nonne Parochiæ Hera-  
clienesis Ecclesia? *Gel. ep. 6. ad Episcopos Dard.*  
*ante med. Ans. lib. 2. cap. 24. C lib. 12. c. 69.*

## C A P U T XXII.

Risimus, quod prærogativam volunt Acacio  
com-

K

comparari, quod Episcopus fuerit regia civitatis. Numquid apud Mediolanum, Ravennam, Sirium, Treviros multis temporibus non constituit Imperator? &c. Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis, & tertiaæ major est dignitas sacerdotum, quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censemur. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. post med. Nicol. epist. ad Michael. Imper. ante med. Anselm. lib. 12. cap. 69.*

## C A P U T X X I I I .

*Difl. 99. c. 4.* Multa contra Joannem CP. Episcopum, qui se universalem appellabat, & concilium generale convocabat. *Pelag. II. ep. 1. in princ.* [Nullus Patriarcharum hoc tam profano vocabulo umquam utatur, quia si unus \* Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen ceteris derogatur, &c. *Pelag. II. ibid. Anselm. lib. 6. c. 123. Tarr. lib. 3. c. 65.*

## C A P U T X X I V .

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus. Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, & Antiochenus existunt. Nam Constantinopolitanam ecclesiam, nec Apostolorum quisquam instituit, nec Nicæna synodus, quæ cunctis synodis celebrior, & venerabilior est, ejus mentionem aliquam fecit, sed solum quia Constantinopolis nova Roma dicta est, favore Principum, potius quam ratione, Patriarcha ejus Pontifex appellatus est. *Nicolaus ad Consulta Bulgarorum, cap. 92.*

## C A P U T X X V .

*Difl. 22. c. 6.* Renovantes canonem CP. & Chalcedonens, definimus, ut CP. sedes aequalibus privilegiis fruatur cum sede antiquioris Romæ, & in ecclesiasticis rebus, ut illa magni fiat, secundum habens post illam locum, post quam Alexandrina sit, deinde Antiochena, postea Hierosolymitana. *Trull. 36. Vide CP. 3. G. 5. L. Chalc. 28.*

## C A P U T X X VI .

Præsidente sanctissimo, & beatissimo domino nostro oecumenico Archiepiscopo, & Patriarcha Menna, &c. Euphemius Deo amatissimus Diaconus, & Primicerius Notariorum dixit, *In V. syn. CP. in princ. De oecumenici, vel universali nomine, quod Patriarcha CP. sibi usurpabat.* *Vide c. 26.*

## C A P U T X X V I I .

Quemadmodum continent litteræ sanctissimi Papæ veteris Romæ Hadriani, & secundum sententiam beatissimi, & universalis Patriarchæ Tharasii sic sentio, &c. *Basilius Ancyra Episc. VII. syn. act. 2. post ep. Hadr. ad Tharas.*

## C A P U T X X V I I I .

Licet sedes Apostolica nunc usque contradicat, (*privilegiis CP. Episcopi*) quod a synodo Chalced. firmatum est, Imperatoris patrocinio permanet quodammodo. *Liberat. c. 13.*

## C A P U T X X I X .

Imperator Pius Pacificus Fl. Constantinus filialis in Jesu Christo Deo, Georgio sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo CP. & universalis

Patriarchæ, *Constantinus IV. ante VI. synodum.*

## T I T U L U S VII.

*DE PROVINCIIS, QUÆ AD SINGULOS PATRIARCHAS PERTINENT.*

## C A P U T I .

**A**ntiqua consuetudo servetur per Ægyptum, *Difl. 6. c. 6.* Lybiā, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & urbis Romæ Episcopo parilis \* mos \* hic est. Similiter autem & apud Antiochiam, ceteraque provincias suis privilegia serventur Ecclesiis. *Nicæn. c. 6. Vide Chalc. act. 16. post princ. Ans. lib. 4. c. 44. Cæsaraug. lib. 4. c. 65.*

## C A P U T I I .

Episcopi, qui extra diocesis sunt, ad finitimas ecclesias non accedant, neque eas confundant, sed juxta canones, Alexandriæ Episcopus Ægyptios administreret: Orientis Episcopi Orientem gubernent, servatis privilegiis Nicænis canibus datis Antiochiaæ ecclesiæ. *CP. 2.*

## C A P U T I I I .

Maximus sanctissimus Episcopus, seu Antiochienorum sanctissima Ecclesia duas Phœnicias, & Arabiam sub propria habet potestate. Juvenalis autem sanctissimus Hierosolymorum Episcopus, sive sanctissima ecclesia, quæ sub eo est, tres Palestinas itidem sub propria habeat potestate. *Chalced. act. 7. post med.*

## C A P U T I V .

Eam consuetudinem, quæ ex longo jam tempore permanit, quam habuit Constantinopolitanorum sancta Dei ecclesia, ad ordinandum Metropolitanos provinciarum tam Asianæ, quam Ponticæ, vel Thraciæ, & nunc synodali decreto firmavimus. *Chalc. ad Leonem act. 3. post med.*

## C A P U T V .

Ponticæ, & Asianæ, & Thraciæ diocesis Metropolitanæ soli, præterea Episcopi prædictarum diocesum, quæ sunt inter barbaros, a thermo sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ ordinentur: unoquoque scilicet prædictarum diocesum Metropolitanum cum provinciæ Episcopis provinciæ Episcopos ordinante, quemadmodum divinis canonibus est traditum. *Chalc. c. 28.*

## C A P U T VI .

Cum Joannes Cyperi insulæ Primas cum populo suo in Hellespontum provinciam profectus sit ob barbarorum incursiones, & ob libertatem a Gentilium servitute consequendam, & ut subiiceretur Christianis ea insula, ut factum est prouidentia Dei, & virtute Imperatoris placuit, ut immutata sint a synodo in Epheso data ei sedi privilegia, ut nova Justinianopolis jus habeat Constantinopolitanæ urbis, ejusque Episcopus ceteris Hellesti provinciali Episcopis præsideat, & a suis Episcopis ordinetur, juxta veterem consuetudinem. Nam in unaquaque ecclesia mores esse servandos, sancti Patres dixerunt. Episcopus vero Cyzicenorum subiicitur Justinianopolitano, ut ceteri Episcopi, & ab Joanne Episcopo ordinabitur. *Trull. 39. Nicæn. c. 6.*

## T I T U L U S VIII.

*PATRIARCHA ELECTUS SYNODICAM AD ALIOS PATRIARCHAS MITTIT.*

CA-

## C A P U T I.

**Q**UOTIENS in quatuor præcipuis sedibus Antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicisim mittunt, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fatentur. *Greg. ep. 4. ad Secundinum inclusum post princ. lib. 7. c. 53. reg.*

## C A P U T II.

Quandoquidem antiqua quædam observantia, immo vero Apostolica traditio in ecclesiis diu obtinuit, ut illi, qui recens assumpti fuissent ad summi alicujus sacerdotii gradus, illis, qui & ante eos, & multis temporibus summi sacerdotii gradum obtinuissent, fidem suam exponerent; vi- sum est mihi hæc secuta, & me submittere vobis & manifeste meæ fidei confessionem apud vos exponere, &c. *Thar. in epist. ad Episcopos Orientis, VII. syn. act. 3. in princ.*

## T I T U L U S IX.

## DE VARIIS PRIMATIBUS ORIENTIS.

## C A P U T I.

**A**UD Ephesum beatissimus Joannes Apostolus multo tempore post resurrectionem, & ascensionem in cælos Domini Jesu Christi commoratus est, ibique etiam Evangelium, quod secundum Joannem dicitur, divina inspirations conscripsit, atque requievit, & ob hoc Episcopus Ephesus pro tanti Apostoli, & Evangelista memoria, ceteris Episcopis Metropolitanis in synodis honorabiliorum obtinet sedem. *Inc. in præfation. in Nicæn. concil. incipient. Beatisimo.*

## C A P U T II.

Ut nova Justinianopolis Constantinopolis jus habeat, & qui in ea constituitur in primis pius, ac religiosissimus Episcopus, præsit omnibus Helle-spontinorum provinciæ Episcopis, & a suis Episcopis eligatur ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt in unaquaque Ecclesia divini etiam nostri Patres servandos censuerunt, Cyzicenorum civitatis Episcopi prædicti Justiniani civitatis subiecto existente. *Trull. syn. cap. 39. Vid. Nicæn. c. 6.*

## T I T U L U S X.

## DE PRIMATIBUS AFRICÆ.

## C A P U T I.

**D**ominis venerabilibus fratribus Prospero Numidiæ primæ sedis Episcopo, Leoni, &c. *Damas. ep. 4. in princ.*

## C A P U T II.

Valentinus Episcopus primæ sedis Numidiæ regionis. *Carthag. 10. G. Carthag. H. cap. 8. L. 134. G.*

## C A P U T III.

Ut singulæ provinciæ singulos habeant Primate, Mauritania Sitifensis non Primate Numidiæ provinciæ, sed proprium habeat, aliorum Primate Africae, & Episcoporum consensu, propter longinquitatem. *Carth. 17. G.*

## C A P U T IV.

\* *Crescen-* Crincentianus\*, & Aurelius Episcopi primæ sedis duarum Numidiarum. *Carth. 33. G.*

## C A P U T V.

Misonius Episcopus primæ sedis. *Carth. 33. G.*

## C A P U T VI.

Primæ sedis Episcopus non appellatur Exarchus (*Princeps L.*) sacerdotum, vel summus sacerdos, aut quid simile, sed tantum Episcopus primæ sedis. *Carth. 39. G. Carth. III. cap. 26. L. Africæ. 6. L. Capit. lib. 7. c. 29. Burch. lib. 1. c. 3. Ivo part. 5. c. 57. decr.*

## C A P U T VII.

Coram Primate Numidiæ compareat Cresceni Episcopus, deinde in Concilio totius Africæ. *Carth. 78. G. Afric. 44. L.*

## C A P U T VIII.

Nuntius Episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis. *Carth. 86. G. Afric. 52. L.*

## C A P U T IX.

Sanctippus Episcopus primæ sedis Numidiæ. *Carth. 86. G. 87. G. Afric. 52. 53. L. Mile-vitan. 13. L.*

## C A P U T X.

Salvo jure Primate Numidiæ, & Mauritaniæ, & in matrice, & chartotheca Numidiæ, & jure primæ sedis, & Metropolis Constantinæ, antiquius ordinati Episcopi, posterius ordinatis præferantur. *Carth. 87. G. Milev. 13. L. de Metro-polit. Const. Nihil. L.) sed vide Afric. 53. L.*

## C A P U T XI.

Congregato concilio in ecclesia Apostolorum plebis Telensis, beatus Pater primæ sedis Episcopus Donatianus civitatis Telensis cum reseedisset, &c. Vincentius, & Fortunatianus dixerunt. *Telen. conc. in princ. inter epist. Syrici.*

## T I T U L U S XI.

## DE GALLIÆ PRIMATIBUS.

## C A P U T I.

**H**ilarius Viennensis Episcopus ecclesiarum statum, & concordiam sacerdotum novis præsumptionibus turbatur excessit, ita suæ vos cupiens subdere potestati, ut se beato Apostolo Petro non patiatur esse subjectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans, & debitam Metropolitanis sacerdotibus in suum jus transferens dignitatem. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennens. post princ.*

## C A P U T II.

In Galliarum Episcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis prædecessorum meorum temporibus pallium Arelatensis Episcopus accepit, quem nos privare auctoritate percepera minime debemus. Britannorum vero omnes Episcopos tuæ fraternitati committimus, ut in docti doceantur, infirmi persuasione roborentur, perversi auctoritate corrigantur. *Greg. ad Aug. Cantuar. Interr. 7. al. 9. Anselm. lib. 6. c. 89. Tarrac. lib. 4. cap. 24.*

## C A P U T III.

Arelatensis Ecclesia in regionibus Gallicanis Primate privilegio, & sedis Apostolicæ vicibus decoratur. *Nic. ep. ad Mich. Imp. ante medium.*

## C A P U T IV.

Postulaisti a nobis, quatenus dignitatem ab antecessoribus nostris concepcionem ecclesiæ, cui Deo auctore præesse dignosceris, confirmaremus, & quæque subinfestatione hostili Apostolicæ sedis definitio tueremur. Inclinati precibus tuis, con-

firmamus Primum super quatuor provincias Lugdunensis ecclesiae tuæ, & per eam tibi, tuisque successoribus his tantum, qui nullo interveniente munere electi, vel promoti fuerint. Provincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem, ut hæ videlicet provincias condignam obedientiam Lugdunensi ecclesiæ exhibeant, & honorem, quem Romani Pontifices reddendum esse scriptis propriis præfixerunt, humiliter, & devote persolvant; salva in omnibus Apostolicæ sedis reverentia, & auctoritate. *Greg. VII. lib. 6. reg. epist. 34.*

## C A P U T V.

Ad Arelatensis Episcopi arbitrium synodus est congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, præcipue Gallicanis, sancti Martini\* vel Maurini. tempore legimus celebratum fuisse concilium, atque conventum. Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat. *Arel. II. cap. 18.*

## C A P U T VI.

Inter Episcopos urbiū Arelatensis, & Vienensis, qui de Primatus apud nos honore certabant, a sancta synodo definitum est, ut qui ex eis comprobaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius provinciæ honorem Primatus obtineat, & ipse juxta præceptum canonum, ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliori decretum est, ut si placet memoriarum urbium Episcopis, unaquæque de his, viciniores sibi inter provincias vindicet civitates. *Taurinat. cap. 1.*

## T I T U L U S XII.

## DE PRIVILEGIIS PRIMATUM.

## C A P U T I.

*Vid. diffl. 64. c. 5.* **E**xtra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. *Syric. ep. 4. c. 1. Innoc. ep. 2. cap. 1.*

## C A P U T II.

*Diffl. 65. Plac. 1. c. 5.* Cum Primatis voluntate tres Episcopi ordinant Episcopum. *Carthag. 13. G. Carthag. II. caput 12.*

## C A P U T III.

Singulis annis synodus fiat, ad quam omnes, qui primas sedes habent provinciarum, ex suis synodis duos, vel plures elegant Legatos. *Carth. 18. G. Carth. III. c. 1. L.*

## C A P U T IV.

Episcopi mare non exeat, nisi cum decreto primæ sedis ejus provinciæ Episcopi, hoc est nisi a Primate formatam acceperit, quæ dicitur absoluta. *Carth. 23. G. Carth. III. c. 28. L.*

## C A P U T V.

*17. q. 4. c. 39. Nullus.* Si res ecclesiæ necessitate urgente vendenda est, Primas certior fiat, & de consilio ceterorum Episcoporum consentiat. *Carth. 26. G. Carth. V. c. 4. L. Ivo part. 3. cap. 153. decret. Anselm. lib. 5. cap. 45.*

## C A P U T VI.

Episcopus Carthaginensis potest undecunque accipere alienum clericum, & ordinare Episcopum, presbyterum, vel diaconum, admonito Episcopo, cuius est ille clericus, et si singula-

ris sit. *Carth. 55. G. Carth. III. c. 45. L. Afric. 22. L. Aquisgran. 91.*

## C A P U T VII.

Primates eligunt mittendos ad synodum, eis. *Diffl. 18. Placuit. 10.* dem excusationes non venientium deferuntur. *Carth. 73. G. Carth. V. cap. 10. L. Afric. 43. L. Capitul. lib. 7. c. 70.*

## C A P U T VIII.

Episcopus Carthaginensis nomine omnium subscribat, & mittat litteras. *Carth. 86. 109. G. Milev. 10. L. Afric. 52. 73. 94. L.*

## C A P U T IX.

Placuit, ut plebes, quæ numquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscujusque provinciæ, & Primatis decretum fuerit, minime excipiant. *Carth. 102. G. conc. Afric. c. 65. L.*

## T I T U L U S XIII.

## DE REVERENTIA, QUÆ DEBETUR PATRIARCHIS, ET PRIMATIBUS.

## C A P U T I.

**N**ullus laicus, monachus, clericus ante diligenter examinationem, & synodicam sententiam, a communione se separet proprii Patriarchæ, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse pretendat, sed neque recusat nomen ipsius referre inter divina mysteria, vel officia, &c. Quod etiæ circa Patriarchā suū Metropolitas facere oportet &c. *VIII. syn. CP. c. 10. sub Hadr. II.*

## C A P U T II.

Præcipit sancta synodus, ne amplius laici ficticium Patriarcham, aut ficticos Episcopos irrisio-  
nis causa, ut solebant, constituere audeant; pre-  
scribit autem penam transgressoribus. *Syn. VIII.  
gen. sub Hadr. II. c. 16.*

## C A P U T III.

Definimus, neminem prouersus mundi poten-  
tium quemquam eorum, qui Patriarchalibus se-  
dibus præsunt, inhonorable, aut movere a proprio  
throno tentare, sed omni reverentia, & honore  
dignos judicare, præcipue quidem sanctissimum  
Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantino-  
poleos Patriarcham, deinde vero Alexandriae  
& Antiochiae, atque Hierosolymorum. *Synod.  
VIII. gen. cap. 21. sub Hadr. II. Anselm. lib. 2.  
c. 72. Deusd. c. 3.*

## C A P U T IV.

Variis detractionibus, atque accusationibus  
non decet labefactari Primate, sed magis Pa-  
trum regulis roborari, nec facile, aut indifferen-  
ter suscipere accusationes præsumant. *Felix II.  
ep. 1. c. 10. Capitul. lib. 6. c. 287. them. 5.*

## C A P U T V.

Episcopi uniuscujusque nationis suum Prima-  
tem noscant, quem ut caput habeant, & nihil  
amplius rerum præter ejus voluntatem gerant,  
sed in suis parœciis, & earum vicis versentur. Is  
quoque fine Episcopis nil agat: hinc concordia  
nascatur, & gloria Patri, & Filio, & Spiritui san-  
cto. *Ap. 34. G. 35. L.*

## T I T U L U S XIV.

AD PATRIARCHAS, ET PRIMATES  
PERTINENT MAJORES CAUSÆ, ET  
GRAVIORA NEGOTIA.

CA.

C A P U T I.

*Dif. 8e. c. 2.  
In illis.* **E**piscoporum judicia, & majora Ecclesiarum negotia ad Primates, vel Patriarchas sunt deferenda. *B. Petrus apud Clem. ep. 1. post med. Leo IX. ad Episcopos Africæ epist. 3. ante fin. Burch. lib. 1. c. 155. Ans. lib. 6. c. 105.*

C A P U T II.

*Ad Primates post sedem Apostolicam summa negotia convenient, ut ibidem, quibus necesse fuerit, releventur, & juste restituantur, & ii, qui injuste opprimuntur, juste reformatur, atque fulciantur, Episcoporumque causæ, & summorum negotiorum indicia, salva Apostolicae sedis auctoritate, justissime terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab Apostolis, hæc a sanctis Patribus accepimus. Anacl. ep. 2. c. 4. Vide eund. epist. 1. ante finem.*

C A P U T III.

*Dif. 8e. Ur-  
bes. c. 1.  
Ad Patriarchas, vel Primates, Episcoporum negotia, salva in omnibus Apostolicae auctoritate, & maiores causæ post Apostolicam sedem sunt referendæ. Steph. epist. 2. cap. 5. Anselm. lib. 6. cap. 109.*

C A P U T IV.

*Ne Episcopus sine consensu Primatis res ecclesiasticas alienet. Parisiens. sub Ludovico, & Lothario lib. 1. c. 17.*

C A P U T V.

*Primates, qui Episcoporum, & summorum ecclesiasticorum negotiorum causas suscipere debent, in præfixa Nicæna synodo sint dinumerati, ne in posterum contentio ex hoc oriretur. Athanasius, & alii in epistola ad Felicem II. ante medium.*

T I T U L U S XV.

PATRIARCHÆ, ET PRIMATES  
DANT JUDICES.

C A P U T I.

*11. q. 1. c. 4.  
Tudices alii esse non debent quam quos ipse, qui imputetur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sanctæ sedes, aut ejus Primates auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. Jul. epist. 2. cap. 34. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 2. pan. Anselm. lib. 3. cap. 21.*

C A P U T II.

*16. q. 6. c. 2.  
Placuit. c. 3.  
de fore com-  
pet. Greg.  
IX. c. 4. ed.  
tit. in 1. coll.  
De litteris Primum, & de judicibus datis a Primatibus. Corthag. 121. G. Milevit. 21. L. G. 122. G. Milevit. 24. L. Afr. 87. 88. 89. Burch. lib. 1. cap. 68. & 70. Ivo part. 5. cap. 176. & 177. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 126.*

T I T U L U S XVI.

PATRIARCHÆ, ET PRIMATES JUDICANT DE METROPOLITANIS.

C A P U T I.

*11. q. 1. Si  
clericus. 47.  
in fin.* **S**i adversus Metropolitanum Episcopus vel clericus controversiam habeat, accipiat Primate dicæses, vel CP. sedem, & illic judicetur. Chalc. 9. & 17. Nicæn. XXI. apud Jul. & 54. Nicol. in epist. ad Mich. Imper. in med. Hadrian. cap. 6. ad Episcopum Mediom. Aquisgr. 86. Capit. lib. 7. cap. 151. in addit. Ivo part. 6. cap. 360. decr. Tarrac. lib. 1. cap. 148.

C A P U T II.

*2. q. 6. c. 7.  
& 13.* **S**i quis putaverit se a proprio Metropolitanano

gravari, apud Primatem dicæses, aut penes universalis Apostolicæ Ecclesiæ Papam judicetur. Nicæn. XXI. apud Jul. epist. 2. cap. 4. Xyst. II. epist. 1. ante med. Victor epist. 1. in med. Hadrian. d. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decr. & lib. 4. tit. 12. cap. 2. in fine panorm. Anselm. lib. 2. cap. 9. & II.

C A P U T III.

*Similiter Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui a Metropolitis suis talia pertulisse fatentur (loquitur de Episcopis, qui se injuste fuisse depositos conquerabantur) ut apud Patriarcham de Metropolitis, qui sub ipso sunt, justam, & sine suspicione sententiam, negotium, quod movetur, accipiat. Insuper etiam nullo modo quisquam Metropolitanorum, vel Episcoporum a vicinis Metropolitis, vel Episcopis provinciæ sua judicetur, licet quædam incurrisse crimina perhibeat, sed a solo Patriarcha proprio judicetur, cuius sententiam rationabilem, & judicium justum, ac sine suspicione fore decernimus, eo quod apud eum honorabiliores quique colligantur, ac per hoc ratum, & firmum penitus sit, quod ab ipso fuerit judicatum. Si quis autem non acqueverit iis, quæ a nobis edita sunt, excommunicatus existat. VIII. synod. CP. cap. 26. sub Hadr. II.*

C A P U T IV.

*Si Metropolitanus incorrigibilis, & empro-  
vincialibus inobediens apparuerit (& propter  
aliquam causam) grave ad hanc sedem ejus cau-  
sam deferre fuerit, ad ejus Primatem causa defe-  
ratur, & penes ipsum hujus sanctæ sedis aucto-  
ritate judicetur. Si Episcopus suum Metropoli-  
tanum suspectum habet, apud Primatem, aut apud  
Apostolicam sedem audiatur. Anicet. epist. 1.  
in princ. Burch. lib. 1. cap. 63. Ivo lib. 4. tit. 4.  
cap. 1. panorm. & part. 5. cap. 54. & 243. decr.*

C A P U T V.

*Si adversus provinciæ Metropolitanum Epi-  
scopus, vel clericus habuerit querelam, petat Pri-  
matem dicæses, & apud ipsum judicetur, aut  
apud sedem Apostolicam. Hadrian. ad Episcop.  
Mediom. cap. 26. Capitul. libro 7. cap. 321.*

T I T U L U S XVII.

PATRIARCHÆ, ET PRIMATES  
JUDICANT EPISCOPOS.

C A P U T I.

**S**Alva Apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nul-  
lus Episcopus extra suam provinciam ad ju-  
dicium devocetur, sed evocatus ipse canonice in  
loco omnibus congruo, tempore synodali, ab  
omnibus comprovincialibus Episcopis audiatur,  
&c. Si ipse Metropolitanum, aut judices suspe-  
ctos habuerit, aut infensos senserit, apud Prima-  
tes dicæses, aut apud Romanæ sedis Pontifices  
judicetur. Nicæn. LIV. apud Jul. epist. 2. cap. 17.  
Hadrian. ad Episc. Mediom. cap. 18. Capitul.  
lib. 7. cap. 314. Burch. lib. 1. cap. 170. Ivo part.  
5. cap. 280. decr. Anselm. lib. 3. cap. 88.

C A P U T II.

*2. q. 1. c. 4.  
Primates.  
\* defraude-  
nis.  
damnationis \*  
quam Apostolica fredi \* auctori-  
ta-  
ta.* **P**atriarchæ, vel Primates accusatum discutien-  
tes Episcopum, non ante sententiam proferant  
damnationis \*, quam Apostolica fredi \* auctori-  
ta-

tate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentem, & canonice examinatos regulariter testes convincatur LXXII. Nicæn. LXI. apud Jul. epist. 2. cap. 26. Zephyr. epist. 1. in princ. Felix epist. 1. ante med. Burch. lib. 1. cap. 154. O 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 11. panorm. O part. 5. cap. 267. decr. Anselm. lib. 3. cap. 65. O 66. Tarrac. libro 2. cap. 40.

## C A P U T III.

*Dif. 80. c. 2.* In illis. Primates, vel Patriarchæ reliquorum Episcoporum judicia, & majora negotia in fide agitant, & secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita ut ne quis injuste periclitetur, definiant. Archiepiscopi quoque judicia Episcoporum, & majora ecclesiæ negotia agant, sed si Episcopi reclamaverint, vel eos suspectos habuerint, ad Primates, vel Patriarchas transferantur. Clem. epist. 1. post med. Burch. lib. 1. cap. 155. Anselm. lib. 6. cap. 105.

## C A P U T IV.

*2. q. 6. c. 3.* Omnis. Ad XII. provinciæ judices, ad quorum judicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum, apud Episcopos interveniente Primate, &c. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur, & si illic facile discerni non potuerint, aut juste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio, juste, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate, ecclesiastica judicentur negotia. Anaclet. epist. 1. ante fin.

## C A P U T V.

*Opos. 5. 2.* minus: Audi domus Israel, O domus Regis auctoritate, O attendite sacerdotes, quia vobis iudicium est, &c. Alex. epist. 1. post princi.

## C A P U T VI.

*1. q. 7. c. 16.* Si quis erga Episcopum, vel actores ecclesiæ quamlibet querelam, aut actionem juste se habere crediderit, &c. non prius Primates aut alios judices adeat, quam ipsos, a quibus se laesum estimat, convenient familiariter, ut ab eis aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem, &c. Alex. epist. 1. in med. Burch. lib. 1. c. 132. O 144. Ivo libro 4. tit. 5. cap. 6. panorm. O part. 5. cap. 242. O 257. decr. Anselm. lib. 3. cap. 81.

## C A P U T VII.

*3. q. 6. c. 7.* Quamvis liceat apud Provinciales, & Metropolitanos, atque Primates Episcoporum ventilare accusationes, vel criminaciones, non tamen licet definire secus, quam prædictum est. Reliquorum vero clericorum apud Provinciales, & Metropolitanos, & Primates & ventilare, & juste definire licet. Eleuther. epist. 1. ante med. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 12. panorm. O part. 6. cap. 316. decr.

## C A P U T VIII.

Si a fide deviaverit Episcopus, erit corrigendus prius secrete a subditis suis; quod si incorrigibilis apparuerit, tunc erit accusandus ad Primates suos, aut ad sedem Apostolicam. Fab. ep. 2. in fin.

## C A P U T IX.

Nullus præfati ordinis vir (*loquitur de Episcopis*) accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, prius quam regulariter a suo Primate vocatus sit, locumque defendendi, & inquietandi accipiat, &c. Et licet Apostolo prohibente, *1. Cor. c. 6.* inter Christianos non debeant accusations exerceri, sed si prohiberi non poterit, accusations Episcoporum ad memoratos Primates debent ab accusatoribus deferri. Steph. ep. 2. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 177. Ivo part. 5. cap. 293. decr.

## C A P U T X.

Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui *c. 2. de accus.* *Greg. IX. c.* *8. codem tit.* *in 1. coll.* recipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. tunc ad summos Primates causa ejus canonice deferatur. Fe- *lia epist. 2. in princ. Hadrian. cap. 5. ad Episc.* *Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 143. in addit. Burch.* *lib. 1. cap. 174. Ivo part. 5. cap. 292. decr.*

## C A P U T XI.

Est namque synodis decretum institutis, ut nemo Episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed apud summos Primates, &c. Si quis Episcopum post hæc elegerit accusare, summis Primitibus Episcoporum suam indicet causam, & non sæcularibus, qui magis ad pacem, quam ad judicium eos revocent, &c. [ Si Primates accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodus convocent, &c. Felix II. epist. 1. cap. 1. O 3. Burch. lib. 1. cap. 167. O 321. Ivo part. 5. cap. 335. O 277. decr.]

## C A P U T XII.

Accusati Episcopi causam accusator apud Pri- *lates canonice deferat, &c. Felix II. ep. 1. c. 8.*

## C A P U T XIII.

Quisquis Episcoporum accusatur, ad Prima- *4. q. 5. c. 1.* tem \* provinciæ ipsius causam deferat accusator, \* *Primates.* nec a communione suspendatur \*, qui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam Primitatis \* litteris die statuta evocatus minime oc- \* *elector juc.* currerit. Carthagin. 19. G. Careh. III. cap. 7. dicum. Tullen. post epist. synod. Burch. libro 1. cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 2. panorm. O part. 5. cap. 270. decr. Anselm. lib. 3. cap. 33.

## C A P U T XIV.

Si erga Episcopos, vel actores ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate manuete convenient, ut ab eis vulnus, unde agitur, recte sanetur, aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil valuerit re- *te percipere, tunc primo summos adeat Prima-* tes, & ipsi tempore congruo canonice eos conve- *care debebunt, &c. Athan. O alii in epist. ad Fe-* licem II. post princ. ex concil. Nicæn. Vide Alex. epist. 1. in medio.

## C A P U T XV.

Ut omnes Metropolitanani, vel reliqui Episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos Episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt Primates, qui reliquos Episcopos audire, & judicare debeant, ne ulla fraus in judicio Episcoporum possit irruere. Athanasius O alii in eadem epistola ad Felicem II. in fine.

TI.

## TITULUS XVIII.

*DE APPELLATIONE AD PATRIAR-  
CHAS, ET PRIMATES.*

## CAPUT I.

*De reg. iur. in 1. cap. 1.* **I**lle, qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare Primates. *Nicæn. cap. 60. apud Jul. epist. 2. cap. 25. Eleuth. epist. 1. antefin. Felix epist. 1. post princ. Hadr. cap. 8. ad Episcopum Mediom. Anianus novell. Valentini, & Marciani, Neminem exhiberi, post Cod. Theodos. Capitul. lib. 7. cap. 144. in additis. Ivo part. 6. cap. 318. & 330. decr. Anselm. lib. 3. cap. 28.*

## CAPUT II.

Quicumque presbyter, aut diaconus a proprio episcopo depositus fuerit propter aliquod crimen, vel si quamlibet injustitiam se pati dixerit, & non acquieverit judicio proprii Episcopi, &c. potestatem habeat ad Metropolitanam ipsius provinciæ concurrere, &c. Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui a Metropolitanis suis talia pertulisse fatentur, ut apud Patriarcham, & Metropolitanam, qui sub ipso sunt, justam, & sine suspicione sententiam, negotium, quod movetur, accipiat. *Syn. VIII. gen. CP. cap. 26. sub Hadr. II.*

## CAPUT III.

*c. Antiqua. 23. de priv. Greg. IX. c. 6. eod. tit. in 4. coll.* In omibus provinciis (*Patriarcharum*) jurisdictio subjectis, ad eos, cum necesse fuerit, provocetur; salvis appellationibus ad sedem Apostolicam interpolitis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *Innocent. III. in conc. gener. Later. c. 5.*

## CAPUT IV.

*Vid. diff. 99. e. 1.* Ad Patriarchas, & Primates Episcopi, si necesse fuerit, confugiant, eosque appellant. *Anacl. ep. 2. post med. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 1. pan. & part. 5. c. 53. decr. Cæsar. lib. 2. c. 73.*

## CAPUT V.

*2. q. 6. cap. 34. Plaeuit. 12. q. 3. cap. 34. Presby- teri. levit. c. 22. L.* Appellations ab Episcopis ad Primates proximiarum deferantur, non ad judicia transmissa. *Carth. c. 28. & 126. G. Afric. cap. 92. Mi-*

## TITULUS XIX.

*PATRIARCHÆ, ET PRIMATES POS-  
SUNT EPISCOPOS, ET METROPOLI-  
TANOS EXCOMMUNICARE, ET DE-  
PONERE.*

## CAPUT I.

**P**atriarchæ habeant potestatem ad coercendum Metropolitanos, urgente necessitate, & ad corrigendum, cum fama eos super quibundam delictis forsitan accusaverit. *Syn. VIII. c. 17. sub Hadr. II.*

## CAPUT II.

Definit hæc sancta synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate propria contra infirmiores abati, & consumere redditus, qui apud illos inveniuntur, &c. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc definitionem nostram tale quid facere tentaverit, poenam a Patriarcha subeat, qui per tempus fuerit secundum

congruentiam injustitiae, ac avaritiae suæ, & deponatur, & sequestretur. *VIII. syn. CP. c. 19. sub Hadr. II.*

## CAPUT III.

Si quis Episcopus, aut Metropolita præter hanc definitionem nostram abstulerit aliquem locum a quoquam (*qui illum per emphyteusim percepit*) putans, quod ecclesiam propriam defendat, sequestretur a proprio Patriarcha per aliquod tempus, dans primo, quod per potestatem suam abstulit, vel surripuit, &c. *VIII. syn. CP. c. 10. sub Hadr. II.*

## CAPUT IV.

Quisquis Metropolitanorum, &c. non per se cum timore Dei, & alacritate, seu conscientia bona, debita ministeria in propria civitate, sed per suffraganeos Episcopos suos efficere tentaverit, poenam exsolvat coram proprio Patriarcha, aut deponatur. *VIII. syn. CP. c. 24. sub Hadr. II.*

## CAPUT V.

Si nolit Episcopus judicibus electis obedire, *2. quest. 6. Quisquis. 19.* prima sedis Episcopus det litteras, ut nullus Episcopus cum eo communicet, donec obediat. *Carth. 123. G. Milev. 24. L. Afric. 89. L. Ivo libro 4. titul. 12. cap. 8. panorm. & part. 6. cap. 365. decr.*

## TITULUS XX.

*PATRIARCHÆ, ET PRIMATIS EST  
CONGREGARE CONCILIA  
PROVINCIALIA.*

## CAPUT I.

**S**ancta, & universalis Nicæna prima synodus *Difinit. 65. Mos. c. 6.* antiquam consuetudinem jubet servari per Aegyptum, & provincias, quæ sub ipsa sunt, ita ut horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens, quia in Romanorum civitate hujusmodi nos prævaluit; qua pro causa, & hæc magna, & sancta synodus, tam in seniori & nova Roma, quam in sede Antiochiae & Hierosolymorum priscam consuetudinem decernit in omnibus conservari, ita ut earum Praesules universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per paludationem \* Episcopalis dignitatis firmatatem accipient, habeant potestatem, videlicet ad convocandum eos urgente necessitate ad synodalem conventum, vel etiam ad coercendos illos, & corrigendum, cum fama eos super quibundam delictis forsitan accusaverit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolici Praesulis occurrant, a mundi Principibus se detineri sine ratione causantur, placuit, talem excusationem omnimodis esse invalidam. Cum enim Principes pro suis causis conventus frequenter agant, impium est, ut summos Praesules ad synodos, pro ecclesiasticis negotiis celebrandis impedianter, &c. Consueverunt autem Metropolitanani bis in anno synodos facere, ideoque sicut dicunt ad Patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed sancta hæc, & universalis synodus, nec concilia, quæ a Metropolitanis fiunt, interdicentes, multo magis illa novit rationabiliora esse, ac utiliora Metropolitanorum conciliis, quæ a Patriarchali fede congregantur, &c.

&c. Quos leges Ecclesiæ severè condemnantes, omni excusatione remota subjacere vocationibus proprii Patriarchæ, sive cum communiter, sive cum sigillatim factæ fuerint, exiunt, &c. Quicquid ergo Metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & vocationi ejus, quæ sive ad unum, & solum, sive ad plures, & omnes fit, & absque validissima ægrotatione, vel Pagorum incursu non obedierit, & per totos duos menses post notitiam vocationis ad proprium venire Patriarcham minime festinaverit, vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere nuntium ab illo missum tentaverit, segregetur; si vero intra unum annum eandem contumaciam, & obedientiam demonstraverit, deponatur omnimodis, & ab omni sacerdotali operatione decidat, atque a dignitate, & honore, qui Metropolitanis convenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obedierit, etiam anathema sit. VIII. syn. CP. c. 17. sub Hadr. II. Nicæn. c. 6. Ans. lib. 4. c. 44. Cæsar. lib. 2. c. 65.

## C A P U T II.

*c. 2. de ac-  
cuf. Gregor.  
IX. & c. 8.  
cod. tit. in 1.  
collect.*

Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigeret noluerit, non olim, sed tunc ad summos Primates causa ejus canonice deferatur. Qui in congruo loco infra ipsam provinciam, tempore congruo, id est autumnali, vel æstivo, concilium regulariter convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ Episcopis inibi audiatur, &c. LXX. Episcopi in synodo apud Felicem ep. 2. in princ. Hadr. c. 5. them. 1. &c. 2. ad Episcopum Mediom. Burch. lib. 1. c. 174. Ivo part. 3. c. 292. decr. Anselm. lib. 3. c. 88.

## C A P U T III.

*s. p. 6. O.  
mannis. c. 2.*

Quicumque causam habuerit, apud suos judices judicetur, &c. si fuerit ecclesiasticum negotium, apud Episcopos interveniente Primate, si quidem major causa fuerit, si vero minor, Metropolitanu, &c. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur; & si illic facile discerni non potuerint, aut juste terminari; ubi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet juste, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate ecclesiastico \*, & coram Patricio † secularia judicentur negotia in commune. Anack. ep. 1. in fine.

## C A P U T IV.

*De consecr.  
d. 3. c. 24.  
Placuit.*

Scribatur ad Primates omnium provinciarum, ut cum ad synodum vocant, hunc diem obseruent X. Kal. Sept. (non impedian XI. Kal. Nov. L.) Carth. 74. G. Carth. V. c. 7. L. Afr. 40. L.

## T I T U L U S XXI.

PATRIARCHE, ET PRIMATIS EST EPISCOPOS SUSPENSOS ABSOLVERE, SPOLIATOS RESTITUERE, INNOCENTESQUE DEFENDERE.

## C A P U T I.

*c. Grave.  
29. de preb.  
Greg. IX. c.  
5. eod. tit. in  
4. collect.*

Præcipimus, ut prætermisis indignis afflant (Prætati ad Ecclesiastica beneficia) idoneos, qui Deo, & ecclesiis velint, & valeant

gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in Provinciali concilio diligens inquisitio annuatim, ita quod, qui post primam, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis, a conferendis beneficiis per ipsum concilium suspendatur, &c. Hujusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ minime relaxetur, ut in hoc quoque quattuor Patriarchales sedes specialiter honorentur. Innoc. III. in conc. gen. Lat. c. 30.

## C A P U T II.

Recto oculo Primates ecclesiarum utiliter prævideant, ne quisquam eorum (Episcoporum) innocens vexetur, aut scandalizetur. Evaristus ep. 2. in med. Ans. lib. 3. c. 12.

## C A P U T III.

Primates, & synodus ablata Episcopis spolia. *2. q. 2. Nul-*  
*tis restituant, &c. Steph. ep. 2. post princ. Capi-*  
*tul. lib. 7. c. 131. in addit. Burch. lib. 1. c. 142.*  
*Ivo part. 5. c. 255. decr.*

## C A P U T IV.

Antiquitus decretum est, ut omnes possessio- *2. q. 2. c. 1.*  
nes, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem contestatam præceptor, vel Primas possessori restituat. Euseb. ep. 2. in fin. Joann. ep. 1. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 4. pan.

## T I T U L U S XXII.

DE MODO, QUO IGNATIUS PATRIAR-  
CHA CONSTANTINOPOLITANUS RE-  
CONCILIavit EPISCOPOS, PRESBY-  
TEROS, ET ALIOS CLERICOS.

## C A P U T I.

Forma (reconciliationis Episcoporum) Po-  
nentes Episcopi libellum super sancta Evan-  
gelia, & pretiosa ligna, & rursus fumentes eum,  
dederunt Ignatio sanctissimo Patriarchæ Con-  
stantinopoleos, & sumens Patriarcha superhume-  
ralia tradidit eis. Syn. VIII. gen. CP. act. 2. sub  
Hadr. II. ante fin. Paria Episcopis facientes (pre-  
sbyteri) tradiderunt libellum pœnitentia, deinde scribentes & ipsi Romanum libellum, suscep-  
perunt a Patriarcha oraria sua. Ibid. Facientibus  
(diaconis) similia Episcopis, & presbyteris acci-  
piens Patriarcha oraria ipsorum reddidit eis. Syn.  
VIII. gen. CP. act. 2. sub Hadr. II. in fin. Fa-  
cientibus [subdiaconis] similia, pari modo dedit  
& ipsis [Patriarcha] proprii honoris insignia.  
Ibidem.

## T I T U L U S XXIII.

NE QUISQUAM LAICUS SUBITO  
ASCENDAT AD PATRIAR-  
CHATUS DIGNITATEM.

## C A P U T I.

R Enovamus, & confirmamus terminos, &  
vacationes, quæ olim a sanctis Apostolis,  
& beatis patribus nostris editæ, legem in Ecclesia  
posuerunt. Non oportere Antistitem promovere  
quemquam, qui est vel secundum fidem, vel se-  
cundum sacerdotalem fortem neophytus, ne in-  
flatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli,  
sicut dicit Apostolus. Prioribus ergo canonibus *1. Tim. 3.*  
concordantes definimus, neminem de Senatoria  
dignitate, vel mundana conversatione nuper  
tonsum cum intentione, vel expectatione Pon-  
ti-

tificatus, vel Patriarchatus honoris, clericum aut monachum factum ad hujusmodi scandere gradum, licet per singulos ordines divini sacerdotii plurimum temporis fecisse probetur. Si vero quis per nullam suspicionem praedictæ concupiscentiæ expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Jesum, abrenutians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum ecclesiasticum transiens per definita nunc tempora irreprehensibilis inventus extiterit, & probatus, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi vero duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis, bene placuit huic sanctæ, ac universalis synodo eligi hunc, & admitti. Circa eos autem, qui religiose morati sunt in ordine clericorum, & monachorum, digni judicati sunt Pontificatus dignitate, pariter & honore, praedictum tempus abbreviamus, nimirum secundum quod Episcoporum Prælati probaverint, qui per tempora fuerint. *Synod. VII. gener. sub Hadr. II. cap. 5.*

## C A P U T II.

Jubet Joannes VIII, Pontifex Maximus, ut mortuo Photio nemo ex laicis fiat Patriarcha, sed Cardinalis presbyter, aut diaconus, aut aliis ex aliis ecclesiasticis, & dispensat cum Photio, ut Hadrianus cum Tharasio. *Synod. CP. IX. sub Joann. VIII. act. 2. Ivo in prologo panormiæ, CP. decreti. Hac Synod. non fuit legitima, ut supra diximus.*

## C A P U T III.

Refert Joannes VIII. Pontifex Maximus exemplum Hadriani Papæ, qui ignovit Tharasio Patriarchæ ex laicis sumpto, propter zelum de imaginibus sacris, sed id trahi non debere ad alia, quin potius Episcopum esse constituendum ex veteranis presbyteris. *Joann. VIII. in epist. ad omnes Episcopos, apud IX. synod. CP.*

## C A P U T IV.

<sup>12. q. 2.</sup> Durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum primæ sedis Antistite defudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes fuisse cognoscuntur, despecti aliquatenus crucientur. *Ilerden. 16. in fine.*

T I T U L U S XXIV.  
*DE HIS, QUE PATRIARCHÆ, VEL PRIMATI FACERE PROHIBENTUR.*

## C A P U T I.

<sup>9. q. 3. c. 7.</sup> **N**ullus Primas, vel Metropolitanus dicēsanī ecclesiam, vel parochiam, aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio, vel judicio, sed hoc observet, quod ab Apostolis, ac Patribus, & praedecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatum, &c. <sup>2. q. 2. c. 3.</sup> Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia, super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius juris esse dignoscitur, aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, si sui gradus honore potiri voluerit; sin aliter præsumperit, damnabitur, & cooperatores, atque consentientes, &c.

*Tom. V.*

*Callist. epist. 2. post princ. & ante med. Burch. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. panorm. CP. part. 5. cap. 100. CP. 101. CP. part. 14. cap. 72. decr. Anselm. lib. 6. cap. 119. Tarrac. lib. 3. cap. 75. Cæsar. lib. 5. cap. 18.*

## T I T U L U S XXV.

*PATRIARCHÆ, ET PRIMATES A PONTIF. MAX. VEL A SYNODO GENERALI JUDICANTUR.*

## C A P U T I.

**A**nathematizamus etiam Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta repente de curiali administratione, secularique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha Constantinopolitani est pervasorie, immo tyrannice a quibusdam schismatibus, vel anathematizatis, atque depositis institutus in ecclesia, donec sedis Apostolicæ sanctionibus inobediens perseverans, ejus lenitatem tam de se, quam de Patriarcha nostro Ignatio spreverit & conciliabuli acta, quod se auctore contra sedem Apostolicam congregatum est, anathematizare distulerit, &c. damnantes omnes, qui in illis damnati sunt, & præcipue jam dictum Photium, & Gregorium Syracusanum patricidas, videlicet, qui contra spiritalem patrem suum linguas eximere minime formidabant, atque perseverantes in schismate, sequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis societate permanerit, sancta synodus dixit: „Omnibus placet, „libellus a sancta Romana Ecclesia expositus“.

*VIII. syn. CP. sub Hadr. II. act. 1. in princ. libell.*

## C A P U T II.

Deinde lecta est definitio Episcoporum Orientis super depositione Ignatii, quæ facta fuerat prius, quam Vicarii senioris Romæ venissent, quæ conveniebat cum ea, quæ facta fuerat a synodo Romana præsente Nicolao Papa. *VIII. syn. CP. act. 1. sub Hadr. II.*

## C A P U T III.

In hoc conventu lecta est epistola Imperatoris Basili, & epistola Ignatii Patriarchæ ad Hadrianum Papam, & deinde epistola Hadriani Papæ ad Ignatum Patriarcham super damnationem Photii, & suorum sectatorum. *VIII. syn. CP. act. 3. sub Hadr. II.*

## C A P U T IV.

Secundo legitur altera ejusdem Nicolai ad Photium epistola, in qua invehitur in illum propter usurpatum sacerdotium contra ordinem sanctorum canonum, & respondit de Nectario, & Tharasio, & Ambrosio. *VIII. syn. CP. act. 4. sub Hadr. II. ante fin.*

## C A P U T V.

De Tharasii promotione, qui ex laicali coetu ad Patriarchatus exemplo culmen promotus est, Hadrianus Papa dicit: „Quod nisi in erigendis imaginibus ferventius contra illarum depositores, atque conculeatores, ut verus miles Christi resisteres, nequaquam vestram consecrationi assensum præberemus, aut in ordine Patriarchatus vestram dilectionem suscipieremus“. *Nicol. epist. ad Photium post princ. apud syn. VIII. act. 4. sub Hadr. II.*

L

CA

## 82 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T VI.

Beatissimum Papam Nicolaum tamquam organum sancti spiritus habentes, nec non & sanctiss. Hadrianum Papam successorem ejus definimus, atque sancimus, ea omnia, quæ ab eis synodice per diversa tempora exposita sunt, & promulgata, tam pro defensione, ac statu CP. ecclesiæ, & summi sacerdotis ejus, Ignatii videlicet sanctissimi Patriarchæ, quam etiam pro Photii neophyti, & invasoris expulsione, ac condemnatione servari semper, & custodiri. *Synod. VIII. CP. cap. 2. sub Hadr. II.*

### C A P U T VII.

Amorem principatus, utpote quandam malam radicem exortorum in Ecclesia scandalorum raditus excidentes, eum, qui temere, & prævaricatorie, ac irregulariter, veluti quidam gravis lupus, in Christi ovile insiliit, Photium scilicet, qui mille tumultibus & turbationibus orbem terræ replevit, justo decreto damnantes, promulgantes numquam fuisse prius, aut nunc esse Episcopum, nec eos, qui in aliquo sacerdotali gradu ab eo consecuti, vel promoti sunt, manere in eo, ad quod proiecti sunt. Insuper & eos, qui ab illo consuetas orationes ad præposituræ promotionem suscepserunt, ab hujusmodi patrocinio coeteremus, sed & ecclesiæ, quas ut putatur, tam Photius, quam ii, qui ab ipso consecrati sunt, dedicaverunt, vel si commotas mensas stabilierunt, rursus dedicari, & inthronizari, atque stabiliri decernimus: omnibus maxime, quæ in ipso, & ab ipso ad sacerdotalis gradus acceptiōnem, vel damnationem acta sunt, in irritum ductis. Dicit enim *Osee, 4.* universorum Deus per Prophetam: *Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mibi, & oblitus es legis Dei tui, & ego obliviscar filiorum tuorum, sic peccaverunt mihi, gloriam ipsorum in in honori antiæ ponam: peccata populi mei comedent, & in injustitiis suis accipient animas suas.* Et iterum *Osee, 8.* dicit: *Quia multiplicavit Ephraim altaria in peccatum, facta sunt ei altaria dilecta, scribam in ea multitudinem (al. scribam ei multiplices leges meas).* *VIII. synod. CP. cap. 4. sub Hadr. II.*

### C A P U T VIII.

Quoniam quidem apparuit Photium post prolatam contra se justissimam sententiam, & damnationem a sanctissimo Papa Nicolao, propter nequissimam invasionem CP. ecclesiæ, cum aliis malis operibus suis, etiam quosdam nequam, & adulatores de plateis, & vicis invenisse, & Vicarios hos sanctissimarum trium Patriarchalium sedium Orientis nominasse, ac præpoluisse, atque cum his ecclesiam malignantium, & concilium vanitatis colligentem depositorias accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commovisse, & anathema procaciter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei, saepe promulgasse. Quorum quasi monumentorum libros nos quoque vidi, ab ipso maligno opere, ac fallaci dictatione consutus, qui etiam synodice ab igne consumpti sunt. Hujus rei gratia, pro cautela ecclesiastici ordinis, anathematizamus primitus ipsum Photium, etiam propter

hujusmodi causam, deinde vero & omnem, qui amodo calliditatem fraudulenter egerit, & verbum veritatis adulteraverit, & falsos Vicarios simulaverit, vel libros dictatos mendaciis finxerit, & ad proprietorum favorem votorum commentus fuerit, quemadmodum & fortissimus pietatis athleta Martinus sanctissimus Papa Romanus tales synodice pepulit. *VIII. synod. CP. cap. 6. sub Hadr. II.*

### C A P U T IX.

Variam, & diversam malitiam antiquitus in ecclesia CP. infelix operatus est Photius. Vidi mus enim, quod & multum ante tyrannicum præsidatum, propriæ manus scriptoribus muniebat adhærentes sibi clientes, ad descendam sapientiam, quæ a Deo stulta facta est, cum manifeste nova est inventio, & sanctis Patribus nostris, & magistris Ecclesiæ penitus aliena. Igitur quoniam omnem colligationem iniquitatis solvere, & chirographa violentorum contractuum disrumpere præcipimus, definivit sancta, & universalis synodus, neminem ex his omnibus a nunc tale tenere, vel servare chirographum, sed absque quolibet offendiculo indubitanter, & intrepide tam doce re, quam discere omnes, qui ad utrumque consistunt idonei, præter hos, qui erroris inveniuntur, & haereticæ impietatis servituti redacti, hujusmodi enim certissime, & docere, & discere interdicimus. Si quis autem deprehensus fuerit, hanc definitionem nostram spernens, atque prævaricans, si quidem clericus est, a proprio gradu decidat, laicus vero sequestretur, utpote qui non credit dominico verbo perhibenti: *Quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solveritis super terram, erit solutum & in cælis.* *VIII. synod. CP. cap. 9. sub Hadr. II.*

### C A P U T X.

Et hoc debite sancta synodus definivit, quatenus Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi magnæ Ecclesiæ, qui consecrationem Methodii, & Ignatii sanctissimorum Patriarcharum habuerunt, & secundum insolens illud, & durissimum cor Pharaonis obdurati sunt, & usque nunc minime cum hac sancta, & universalis synodo convenerunt, sed nec nobis consonare in verbo veritatis voluerunt, quinimmo invasori Photio concorditer consenserunt, depositi sint, & omnino sacerdotali operatione privati, quemadmodum, & multum ante beatissimus Papa Nicolaus judicavit, & nequaquam tales in sacerdotii catalogo recipiantur, etiam si ex hoc converti voluerint, nisi in perceptione sanctificationum, qua dignos nullatenus eos, nisi per multam misericordiam judicamus; non enim sunt digni ad priorem honorem restitutionis locum per pœnitentiam invenire, secundum exosum illum Esau, licet cum lacrymis expetisset eam. *VIII. synod. CP. c. 25. sub Hadr. II.*

### C A P U T XI.

Habe cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia præsenti, quam per tuæ tibi direximus ecclesiæ defensorem sacerdotali honore, & communione catholica, nec non etiam a fide-

fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen, & munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti spiritus judicio, & Apostolica auctoritate damnatus numquamque anathematis vinculis exundus. *Felix III. cum LXVII. Episcopis ad Acajum CP. in fin.*

## C A P U T XII.

Aurelius Carthaginensis ecclesiae olim Episcopus cum collegis suis, instigante diabolo superbire temporibus praedecessorum nostrorum Bonifacii, atque Calestini contra Romanam Ecclesiam coepit, sed videns se modo peccatis Aurelii Eulalius a Romanae Ecclesiae communione segregatum, humilians recognovit, se pacem, & communionem Romanae Ecclesiae petens, subscribendo una cum collegis suis, damnavit Apostolica auctoritate omnes scripturas, quæ adversus Romanæ Ecclesiae privilegia factæ quoquo ingenio fuerunt. *Bonif. II. epist. un. in fine.*

## T I T U L U S XXVI.

*QUIBUS DE CAUSIS POSSINT PATRIARCHÆ EXCOMMUNICARI, ET DEPONI.*

## C A P U T I.

**P**hotius falsos Vicarios sanctissimarum trium Patriarchalium sedium Orientis nominavit, ac proposuit, atque cum his ecclesiam malignatum, & concilium vanitatis colligens, depositarias accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commovit, & anathema proculiter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei, sape promulgavit. Quorum quasi monumentorum libros nos quoque vidimus, ab ipso maligno opere, ac fallaci dictatione confutos, qui etiam synodice ab igne consumpti sunt. *Synod. gen. VIII. capitulo 6. sub Hadrian. II.*

## C A P U T II.

*Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, omnia mihi licent, sed non omnia aedificant;* dicit alicubi Paulus magnus Apostolus. *Igitur quoniam omnia ad utilitatem, & perfectiōnēm sanctarū Dei Ecclesiarū, & nihil omnino per contentionem, vel inanem gloriam facere debemus, & quoniam auditibus nostris fama sonuit, quod non solum haeretici, & ii, qui sanctæ CP. ecclesiæ sacerdotium fortiti, & \* orthodoxi, ac legittiimi Patriarchæ a sacerdotali catalogo pro-*

\* sed, f.  
\* propria manu.

*priæ manus \* scripta facere ad propriam tutelam favoremque suum, & quasi stabilitatem exigant & compellant, visum est sanctæ huic, & universali synodo, nequaquam id ex hoc a quopiam fieri, excepto eo, quod secundum formam, & consuetudinem, pro sincera fide nostra, tempore consecrationis Episcoporum exigitur: quod enim aliter sit, omnino non expedit, sed neque ad adefinitionem Ecclesiarū pertinet. Quisquis ergo ausus fuerit solvere hanc definitionem nostram, & aut expetierit, aut paruerit expetentibus honore proprio decidat. VIII. synod. CP. cap. 8. sub Hadrian. II.*

## C A P U T III.

Si quispiam Imperatorum, vel potentum, aut magnatum taliter illudere divinis, & talem ac tantam injuriam impie in divinum sacerdotium

facere, vel admittere tentaverit (*ficticium quendam Patriarcham constituendo*) arguatur a Patriarcha illius temporis, & Episcopis, qui cum ipso fuerint, & segregetur, & indignus divinis mysteriis judicetur, &c. Si vero Patriarcha CP. & suffraganei ejus Episcopi, quod factum fuerit cognoscentes, neglexerint debitum aduersus eos ostendere zelum, deponantur, & a proprio sacerdotio, ac honore pellantur. *VIII. synod. CP. c. 16. sub Hadr. II.*

## C A P U T IV.

Photius ob id specialiter condemnatur, quoniam depositionem, vel anathema presumpsit in sanctæ memoriae Papam Nicolaum nominare. *Anastasius biblioth. in procœm. VIII. syn. ad Hadr. II.*

## C A P U T V.

Primates expelli posunt ab ecclesia, & a dicēsibus si sèpius vocati noluerint venire ad synodum. *Carth. 54. G. Carth. III. c. 43. L.*

## T I T U L U S XXVII.

*COMMUNIA DE PATRIARCHIS, ET PRIMATIBUS.*

## C A P U T I.

**N**E laici Principes se electioni Patriarcharum ingerant. *Synod. VIII. gen. cap. 22. sub Hadr. II.*

## C A P U T II.

Volumus, & mandamus, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alii, qui curam obtinent animarum, studiose proponant sibi commissis verbum crucis, obsecrantes per Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, &c. Reges, Dukes, Principes, Marchiones, Comites, & Barones, aliosque magnates, nec non communiones civitatum, ut qui personaliter non accesserint in subsidium terræ sanctæ, competentem conferant numerum bellatorum, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Lat. c. ultimo.*

## C A P U T III.

Arbitramur, ut sicut Metropolitanos auctoritate ordinans singulari loquitur cum Episcopo *Alexandro*, sic & ceteros non sine permisso, conscientiaque tua finas Episcopos procreari. In quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos litteris datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu; vicinos autem, si æstimas ad manus impositionem tuæ gratiaræ statuas pervenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipue tuum debent mereari judicium. *Innoc. epist. 18. in princ. ad Alex. Episcopum.*

## C A P U T IV.

Vos, sive Patriarcham, sive Archiepiscopum, sive Episcopum vobis ordinari postuletis, a nemine nunc velle congruentius, quam a Pontifice Beati Petri, a quo & Episcopatus, & Apostolatus sumpsit initium, hunc ordinare valetis. *Nicolaus ad Consulta Bulgaror. c. 73.*

## C A P U T V.

Ubicumque, & maxime in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est Episcopus, interrogentur hi, qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recta habeant, & suo testimonio comprobent. *Elib. 58.*

## C A P U T VI.

*Apolyticæ, (Formatæ. L.) a Primatibus, vel aliis Episcopis clericis dandæ, habeant diem Paschæ. Si ea obscura sit, præterita Paschæ diem, ut in publicis actibus scribitur, post Consulatum. Carth. 109. G. Milev. 20. L. Afr. 73. L.*

## C A P U T VII.

*Durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum primæ sedis Antistite defudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes*

fuisse cognoscuntur, despecti aliquatenus crucientur. *Ilerd. 16. in fine.*

## C A P U T VIII.

Significamus Deo placitæ Paternitati vestræ, die xvii. Kalend. August. indictionis quartæ, nostram humilitatem, Divina gratia, suo, ut præcepit, munere præveniente, vestris Sanctis, ac Deo dignis precibus in sancta Romana Ecclesia Pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolam. *Athan. C' alii ad Felic. II. post med.*

## L I B E R T E R T I U S.

## De Archiepiscopis, &amp; Metropolitanis.

## T I T U L U S I.

DE INSTITUTIONE ARCHIEPISCO-  
PORUM.

## C A P U T I.

*Dijl. 80. c. 2. In illis civitatibus, in quibus dudu apud Ethnico erant Archiflamines minores, Archiepiscopos institui (B. Petrus) præcepit, qui non tamen Primum, sed Archiepiscoporum fruerentur nomine, &c. In singulis vero reliquis civitatibus singulos Episcopos constitui præcepit, qui non Primum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur, &c. Clem. epist. 1. post med. Leo IX. epist. 3. ad Episcopos Africæ, ante fin. Anselm. lib. 6. c. 105.*

## C A P U T II.

*Dijl. 99. c. 1. In capite provinciarum, ubi dudum Primates legi saceruli erant, Patriarchas, vel Primates leges divinæ, & Ecclesiasticae ponit, & esse jusserrunt. Reliquæ Metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, licet majores Comitibus essent, haberent metropolitanos suos, qui prædictis justè obedirent Primitibus, sicut & in legibus saceruli olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulæ metropoles civitates suas provincias habeant, & suos Metropolitanos judices habere debeant Episcopos, sicut prius Metropolitanos judices habebant sacerulares, Primates tamen & runc, & nunc habere jussæ sunt, ad quos post sedem Apostolicam summa negotia convenient, &c. Anac. ep. 2. post med. Vid. Greg. VII. lib. 6. reg. epist. 35. ad Rothomag. C' alios Episcopos. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 1. pan. C' part. 5. c. 53. decr. Ans. lib. 6. c. 106. Cæsar. lib. 2. c. 73.*

## C A P U T III.

*Non omnes Primates, vel Patriarchæ esse posunt, sed ille urbes, quæ prefatis, & priscis temporibus Primum tenuere, Patriarcharum, aut Primum nomine fruantur: reliquæ vero Metropoles, Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum, & non Patriarcharum aut Primum utantur nominibus, quia hæc eadem & leges saceruli in suis continent Principibus. Aliæ autem primæ civitates, quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis Apostolis, & a Beato Cle-*

mente, sive a nobis Primates prædicatores accepterunt. *Anaclet. epist. 3. post princ. Anselm. lib. 6. c. 106.*

## C A P U T IV.

Nulli Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent civitates, &c. Reliqui vero, qui alias Metropolitanas sedes adepti sunt, non Primates, sed Metropolitanæ nominentur. *Anic. ep. 1. post princ.*

## C A P U T V.

Nulli Metropolitanæ, aut alii Episcopi appellentur Primates, nisi qui primas sedes tenent, quorum civitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero, qui ceteras Metropolitanas civitates adepti sunt, non primates, sed aut Archiepiscopi, aut Metropolitanæ vocentur. *Steph. ep. 2. ante med.*

## C A P U T VI.

Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris præminaret, de qua forma Episcoporum quædam orta est distinctio, & magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia. Et rursum quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem ejus susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis Ecclesiæ cura confluere, & nihil usquam a suo capite disideret. [Qui ergo scit se quibusdam præpositum non moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. *Julius ep. 1. in fin. Vide Jul. ep. 2. Vigil. ep. un. c. 7. Leo ep. 82. in fine. Greg. IV. ad omnes Episcopos. in epist. incip. Divinis. Tolet. XI. c. 10. Ans. lib. 2. c. 18.*

## C A P U T VII.

Primates illi, & non alii sint, qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui Metropoles tenent sedes, Archiepiscopi vocanter, & non Primates, salva in omnibus Apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata. *Felix II. ep. 1. cap. 12. Burch. lib. 1. c. 163. Ivo part. 5. c. 273. decr.*

## C A P U T VIII.

Secundum sanctorum Patrum canones spiritu 25. q. 2. c. 5. Igitur.  
Dei

2. q. 6. c.  
12. C. 14.  
C' distinct.  
23. Quam-  
quam. c. 6.  
in fin.

Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, Metropolitanos singularum provinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuae cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant. *Leo ep. 54. alias ep. 82. c. 2. ad Anast. Thess. Ivo p. 5. c. 346. decr.*

## C A P U T IX.

*6. q. 3. c. 2.* Scitote certam provinciam esse, quæ habet x. vel xi. civitates, & unum Regem, & totidem minores potestates sub se, & unum Episcopum, aliosque suffragatores x. vel xi. Episcopos judices, ad quorum judicium omnes causæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum referantur, &c. *Pelag. II. epist. 1. infin. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 2. panorm. Anselm. lib. 6. cap. 107. Tarrac. lib. 2. cap. 21.*

## C A P U T X.

*Heb. 7. b.* In loco, ubi nunquam Patriarcha, vel Archiepiscopus constitutus est, a majori est primitus instituendus, quoniam secundum Apostolum minor a majori benedicitur: deinde vero accepta licentia, & pallii usu, ordinat ipse sibi deinde Episcopos, qui successorem suum valeant ordinare. *Nicol. ad Consulta Bulgaror. cap. 73.*

## T I T U L U S II.

DE CONSECRATIONE, ET ELECTIO-  
NE, ET CONFIRMATIONE AR-  
CHIEPISCOPORUM.

## C A P U T I.

**N**E laici Principes se electioni Archiepiscoporum ingerant. *Synod. VIII. gener. CP. cap. 22.*

## C A P U T II.

*Diffl. 66. Archiepi-  
scopus. c. 1. Ep. de temp.  
ordinand. c. 6. Greg. IX. Ep. c. 9. de e-  
lect. in 1. col-  
lect. diffl. 64. c. 4.* Si Archiepiscopus diem obierit, & alter ordinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes ejusdem provinciae Episcopi ad sedem Metropolitanos convenient, ut ab omnibus ipse ordinetur: oportet autem, ut ipse, qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur, & ordinetur. Reliquo vero [comprovinciales Episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus jussu Archiepiscopi consecrari possint Episcopi. Sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacraverint Pontificem. Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud tamen quod de Archiepiscopi consecratione prædictum est, atque præceptum, id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immunitari licet, quia qui illis præest ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet constitui, si aliter præsumptu fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus secus acta ordinatio. *Anicet. epist. 1. in princ. Burch. lib. 1. cap. 28. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 3. panorm. Ep. part. 5. c. 139. decr. Anselm. lib. 6. c. 34.*

## C A P U T III.

Sicut Metropolitanos auctoritate ordineas singulari, sic & ceteros, non sine permisso, conscientiaque tua finas Episcopos procreari. *Innoc. epist. 18. in princ. ad Alexandr. Antiochen. Episcop.*

## C A P U T IV.

Metropolitano defuncto, cum in loco ejus a*Diffl. 63. c.* lius fuerit surrogandus, provinciales Episcopi ad *19. d. 77. in-* *princ.* civitatem Metropolitanam convenire debebunt, ut omnium clericorum, atque omnium civium voluntate discussa, ex presbyteris ejusdem ecclesiæ, vel ex diaconibus optimus eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam provinciales referant sacerdotes, &c. *Leo epist. 54. alias epist. 82. c. 6. ad Theffalon. Epis. cop. Ivo part. 5. cap. 348. decr. Deusd. c. 1. Anselm. lib. 6. cap. 16. Cæsar. lib. 3. c. 1.*

## C A P U T V.

Admoneatur unus Episcopus, qui reliquis est, *Diffl. 65. c.* ut alios Episcopos ordinet, per litteras ab Exarcho provinciæ, id est Metropolitan. Vocenturque propinqui Episcopi ad Metropolitanum ordinandum. *Sard. 6. Burch. lib. 1. c. 26. Ivo part. 5. c. 137. decr.*

## C A P U T VI.

In ordinandis Metropolitanis Episcopis antiquam institutionis formulam renovamus, quam per incuriam omnimodis videmus amissam. Itaque Metropolitanus Episcopus a comprovincialibus clericis, vel populis electus, congregatis in unum omnibus comprovincialibus Episcopis, ordinetur, ut talis, Deo propicio, ad gradum hujus dignitatis accedat, per quem regula Ecclesiæ in melius aucta, plus floreat. *Aurel. II. c. 7.*

## C A P U T VII.

Metropolitanus a Metropolitanis omnibus, fieri potest, presentibus comprovincialibus ordinentur, ita ut ipsi Metropolitanus ordinandi privilegium maneat, quem ordinatio consuetudo requirat. Ipse tamen Metropolitanus a comprovincialibus Episcopis, sicut decreta sedis Apostolicæ continent, cum consensu cleri, vel civium eligatur. De comprovincialibus vero ordinandis cum consensu Metropolitanus, cleri, vel civium, juxta propriorum \* canonum statuta electio, & \* Priorum, voluntas requiratur. *Aurel. III. cap. 4.*

## C A P U T VIII.

Tempore quo Metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus Episcopus, placitum in nomine suorum comprovincialium Episcoporum faciat, ut caste, sobrie, recteque vivat. *Emer. c. 4.*

## C A P U T IX.

Porrexit Hincmarus Archiepiscopus Remensis Epistolam, totius Galliae Episcoporum manibus subterscriptam ad Apostolicam sedem, pro confirmatione ipsius ordinatio, &c. Ostendit etiam ipsi Christianissimo Principi coram sancta synodo diploma sacrum, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subtersignatum ex approbatione suæ ordinatio, ad eandem sanctam, & Apostolicam, omnium scilicet ecclesiæ matrem, Romanam Ecclesiam. *Synodus apud Sanctum Medardum in causa Hincmari.*

## T I T U L U S III.

DE REVERENTIA, QUÆ DEBETUR  
ARCHIEPISCOPIS.

## C A P U T I.

**N**E Episcopi, aut presbyteri ante diligentem examinationem, & canonicam sententiam

ie

se separant a communione suorum Metropolitano rum. *Synod. VIII. gener. CP. cap. 10. sub Hadriano II.*

### C A P U T II.

Nolumus prudentiam tuam moleste accipere, quod Archiepiscopum vestrum Jacobum confuetudini sanctarum Romanarum Ecclesiarum, matris omnium ecclesiarum, vestraeque specialiter obedire coegerimus, scilicet, ut quemadmodum totius Occidentalis ecclesiarum clerus, ab ipsis fidei Christianae primordiis, barbam radendi morem tenuit, ita & ipse frater noster vester Archiepiscopus radet; unde eminentia quoque tuae præcipimus, ut ipsum ceu pastorem, & spiritualem Patrem suscipiens, & auscultans eum, cum consilio ejus omnem tuam potestatis clerum barbas radere facias atque compellas. *Gregor. VII. lib. 8. registr. ep. 10. post princ.*

### C A P U T III.

Episcopus, presbyter, clericus, sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in provincia sunt, & maxime Metropolitani, ad Imperatorem non eant, &c. *Antioch. c. 11. G. Capitul. lib. 1. c. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo part. 6. c. 268. decr. Ans. lib. 6. c. 115.*

### C A P U T IV.

Placuit, ut Episcopi trans mare non proficiantur, nisi consulto primæ sedis Episcopo, sive cuiusque provinciarum Primate, ut abeo præcipue possiat sumere formatam, vel commendationem. *Carth. III. c. 28.*

### C A P U T V.

Conservatio Metropolitani Episcopi Primituti ceteri Episcoporum, secundum suam ordinationis tempus, alias alio sedendi deferat locum. *Bracar. I. c. 24.*

### C A P U T VI.

Placuit, ut pro reverentia Principis, ac regiae sedis honore, vel Metropolitani civitatis ipsius, & consolatione, convicini Toletanae urbis Episcopi, qui ejusdem Pontificis admonitionem accepterint, singulis per annum mensibus in eadem urbe debeat commorari, meisvis, ac vindemialisibus feriis relaxatis. *Tolet. VII. c. 6.*

### C A P U T VII.

Episcopi secundum canoniam institutionem, Metropolitano obdiant. *Vern. sub Pipino c. 3.*

### C A P U T VIII.

Ut Metropolitanis sedibus antiquitus statuta jura serventur, & a provincialibus Episcopis juxta regulas ecclesiasticas, eis reverentia exhibeat. *Meldens. c. 31.*

### C A P U T IX.

Ad Episcopos Britonum, qui contra auctoritatem a Metropoli sua moluntur discindere, synodus litteras secundum auctoritatem sacram dixit, quatenus ad suam Metropolim redeant, eique debito jure se subdant, ne a canonica, & Episcopali communione se segregent. *Tull. c. 9.*

### C A P U T X.

Non ignoramus, Metropolitano vestro carissimo fratri nostro Erardo competentem reverentiam vos debere, ita ut praeter ejus presentiam, aut consensum, nullus in regione vestra canonice

possit ordinari Episcopus, nec vos generale aliquid sine ejus assensu posse fancire. Pro qua reverentia salubriter a vobis, & a gente vestra Metropolitano impendenda, reverentissimi Papæ Leonis, & successoris ejus Benedicti scripta docuerunt, & refragantibus Apostolicæ auctoritati, dignam excommunicationis protulerunt sententiam, &c. Proinde monemus sanctam, nobisque amabilem fraternaliter vestram, ut ab his excessibus ulterius temperetis, & vestra instantia, opitulante Dei gratia, gentem vestram, ad olim traditæ disciplinæ, ac totius ecclesiasticae religionis observantiam invitatis. Verum, si quod non optamus, ab ejusdem Metropolitani sollicitudine ulterius resilueritis, & nostris ex charitate manantibus exhortationibus vos constituerit reluctari, ministerii necessitate, canonicam in vos cogemur proferre sententiam. *Synodus Tullen sis in epistola ad quosdam Episcopos, in fine.*

### C A P U T XI.

Placuit universali concilio, ut Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, suggeratis, ut permitrat totius Britanniarum Episcopis debitam reverentiam Metropolitano inferre. *Synodus Tullen sis post epistolam ad quosdam presbyteros.*

### T I T U L U S IV.

#### DE PALLIO ARCHIEPISCOPORUM.

### C A P U T I.

E Piscopi, quibus concessum est pallii uti certis temporibus, in eisdem temporibus & locis his induantur, & tanto, & tali non abutantur amictu, propter typhum, & inanem gloriam, & humanum placorem, atque sui amorem, omni videlicet tempore divini sacrificii, & omnis alias ecclesiastici ministerii hunc inepte portantes. Quisquis ergo Episcopus præter definita sibi tempora se pallio induerit, aut corrigatur, aut a Patriarcha proprio deponatur. *VIII. Synodus gener. CP. c. 27. sub Hadr. II.*

### C A P U T II.

Postquam (Patriarcha CP. & tres reliqui) *De privilegiis a Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officii Pontificalis insigne, praestito sibi fidelitatis, & obedientiæ juramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur recipientes pro se professionem canoniam, & pro Romana Ecclesia pensionem obedientiæ ab eisdem. Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 5.*

### C A P U T III.

Reverendissimo fratri, & coepiscopo nostro Leandro palliū a beati Petri Apostoli sede transmisimus, quod & antiquæ consuetudini, & vestris moribus, & ejus bonitati, atque gravitati debebamus. *Greg. epist. 3. in fin. lib. 7. c. 122. reg. ad Reccared.*

### C A P U T IV.

Præterea ex benedictione beati Petri Apostolorum Principis pallium vobis transmisimus, ad sola missarum solemnia utendum, &c. *Greg. ep. 2. ad Leandrum Hispal. Episcop. lib. 7. c. 125. in fine.*

### C A P U T V.

Tibi sacri pallii direximus munus, quod B. Petri Apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque

que inter Archiepiscopos unus Deo auctore præcipimus, ut censearis. Qualiter enim eo utaris, ex mandato Apostolico informatus cognoscet, ita ut dum missarum solemnia geris, vel Episcopum te contigerit consecrare, illo tantummodo tempore eo utaris. *Greg. II. epist. 8. ad Bonif. Episcopum, in princ.*

## C A P U T VI.

Archiepiscopus accepta licentia, & pallii usu ordinet ipse sibi deinceps Episcopos, qui successorem suum valeant ordinare, &c. Episcopi, qui ab obeunte Archiepiscopo consecrati sunt, simul congregati constituant Archiepiscopum, in throno non sedentem, & præter corpus Christi non consecrantem, priusquam pallium a sede Romana percipiat, sicut Galliarum omnes, & Germanæ, & aliarum regionum Archiepiscopi agere comprobantur. *Nicol. ad Consulta Bulgar. c. 73.*

## C A P U T VII.

In hoc primo anno Pontificatus sui dominus Gregorius Papa constituit, & consecravit Archiepiscopos, & Episcopos per diversa loca in Sardinia Provincia, Jacobum Archiepiscopum Caralitanum, Constantinum Archiepiscopum Turensem, quibus pallia cum privilegiis dedit. Brunoni Episcopo Veronensi pallium cum privilegio dedit. *Ex lib. 1. registr. Gregor. VII. in fine.*

## C A P U T VIII.

Illud, nisi nos Apostolica mansuetudo detinere, feverius in te animadversum sentires, quod hucusque præclarus tuæ dignitatis insigne, videlicet pallium, ab Apostolica sede pro more acquirere postposuisti. Te ipsum non ignorare putamus, quam districte sanctorum Patrum censura in eos judicandum statuerit, qui post consecrationem suam per tres continuos menses, pallium, quod sui sit officii, obtinere teperuerint. Proinde Apostolica tibi præcipimus auctoritate, ut quia sanctorum Patrum statuta parvipendisti, nullum deinceps Episcopum, vel sacerdotem ordinare, seu ecclesiæ præsumas consecrare, donec oneris tui supplementum, pallii videlicet usum, ab hac sede impetraveris. *Greg. VII. lib. 9. registr. ep. 1.*

## C A P U T IX.

Quarta actione evidentissimis documentis ostensum est, Hincmarum Archiepiscopum canonice a vicina dicecesi adeptum, canonice electum & canonice ordinatum, & canonice pallio Apostolica sedis rata ordinatione perfectum, & in culmine Primatis Metropolitana auctoritate usque quaque, & in omnibus confirmatum. *Synod. apud B. Medardum Suezion. in causa Hincmari.*

## C A P U T X.

*Sed hic ea-  
non receptus  
non fuit a Se-  
de Apofi.* Archiepiscopus sine pallio missas dicere non præsumat. *Matis. 6.*

## C A P U T XI.

Leo III. fecit constitutum, quod archivo Ecclesiæ continetur, ut qui ordinatus fuerit Archiepiscopus nulla consuetudine, pro usu pallii, aut diversis officiis Ecclesiæ quidquam persolvere debat. *Ex Pontif.*

## C A P U T XII.

Gregor. III. venerabilem Wilcharium in partibus Franciæ in civitate Vienna dato pallio Ar-

chiepiscopū eum esse constituit. *Ex Pont. in fin.*

## T I T U L U S V.

NE UNUS METROPOLITANUS DUAS PROVINCIAS OBTINEAT, NEQUE UNAM PROVINCIAM IN DUAS DIVIDAT.

## C A P U T I.

I Mperator ad sanctam synodum dixit: „Ad „honorē sanctæ Martyris Euphemiae, & ve- „stræ pariter sanctitatis, Chalcedonensium ci- „vitatem, in qua sanctæ fidei concilium gestum „est, Metropolis privilegia habere sancimus, no- „mine tantum hanc honorantes, salva videli- „cet Nicomediensium civitati propria dignita- „te“. Omnes clamaverunt: „Justum judicium „Imperatoris digni sancta Martyre“. *Chalced. act. 6. in fine.*

## C A P U T II.

Sunt, qui contra ecclesiastica jura per potesta- *Difl. 101.  
Pervenit. c.*  
tes sæculares conantur unam provinciam in duas dividere, ut duo Metropolitani in una provin- *1.*  
cia sint. Jubemus id non fieri ab Episcopo, vel ca-  
dat a suo gradu: quæ vero urbes per imperiales litteras Metropoleos nomine gaudent, eo fruan-  
tur, sed Episcopus servet vero Metropolitanu sua jura. *Chalc. 12. Burch. lib. 1. cap. 35. Ivo parte 5. cap. 146. deer.*

## C A P U T III.

Quod sciscitaris, utrum divisis Imperiali judi- *Cap. 1. d. 10.  
post princ.*  
cio provinciis, ut duæ Metropoles fiat, si duo Metropolitani Episcopi debeant nominari, non vere visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanarum, Dei Ecclesiam commutari, ho-  
noresque aut divisiones perpeti, quas pro suis cau-  
sis faciendas duxerit Imperator. Ergo secundum pristinum provinciarum mórem Metropolitanos Episcopos convenit nominari. *Innoc. epist. 18. cap. 2.*

## C A P U T IV.

Lutubensis ecclesiæ cleri ordo, vel plebis, pre-  
ces suas, & lacrymas ad nos quantum datur intel-  
ligi magno cum dolore miserunt, dicentes, Episcopum Patroclum sua petitione cessante in lo-  
cum decadentis Episcopi, nescio quem in aliena provincia prætermisso Metropolitanu contra Pa-  
trum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia convenit nos paternarum sanctionum esse diligentes custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, &c. Per unamquamque provinciam jus Metropolitanos singulos ha-  
bere debere, nec cuiquam duas esse posse subje-  
ctas, &c. ut ista \* constitutio quoque nostra de-  
finiat, quatenus Metropolitanu sui unaquaque provincia in omnibus rebus semper ordinem ex-  
pectet. *Bonif. epist. 3. ad Hilar. Narbon. Vid. Nicæn. 4. C 6. refert. Cœlestin. epist. 2. c. 4.*

## C A P U T V.

Primum, juxta canonum decreta, unaquaque provincia suo Metropolitanu contenta sit, ut deceoloris nostri data ad Narbonensem Episcop. continent instituta, nec usurpationi locus alicui facerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit con-  
cessis sibi contentus unusquisque limitibus. Alter in

\* ita, f.

*in alterius provinciae nihil presumat, &c. Cœlest. epist. 2. c. 4. Bonif. d. ep. 3.*

### TITULUS VI.

*ARCHEPISCOPI EST EPISCOPOS ORDINARE, AUT ILLORUM ORDINATIOMNI CONSENSUM PRÆBERE,*

#### CAPUT I.

*Dif. 64. c. 1. CUM Episcopus a tribus presentibus aliis Episcopi, per litteras consentientibus ordinatur; au- &c. 7. Episcoporum (confirmatio L. Carrh. VI.) rerum gestarum in singulis provinciis Metropolitanano defera- tur. Nicæn. c. 4. Mart. Brac. c. 2. Nic. II. c. 3. Innoc. ad Victor. c. 1. Jo. III. epist. un. in med. Ivo part. 5. c. 117. decr. Anselm. libro 6. cap. 48. Cœsar. lib. 3. cap. 26.*

#### CAPUT II.

*Dif. 64. II. Si quis sine Metropolitanani sententia fiat Episcopus, Episcopus non sit. Nicæn. 6. Ans. lib. 6. cap. 37. Deusd. cap. 1. Cœsar. lib. 3. cap. 47.*

#### CAPUT III.

*Dif. 75. Quoniam. cap. 2. Quidam Metropolitanani negligunt oves sibi commissas, & different ordinationes Episcoporum. Placuit, ut intra menses tres Episcopi ordinentur, nisi ex necessaria causa hoc tempus pro- teletur. Contra faciens subjaceat canonis po- nis. Proventus vero ecclesie viduatæ apud cœ- nomum ejusdem ecclesie conserveretur. Chalc. 25. Vener. cap. 17. Vid. Vormac. 75. Capitul. libro 3. cap. 28. Burch. lib. 1. cap. 24. Ivo part. 5. cap. 135. decr. Ans. lib. 6. cap. 35.*

#### CAPUT IV.

*Metropolitanani Pontices, Asianæ, & Thracicæ dioceses ab Archiepiscopo CP. ordinantur, i-psi Episcopos in suis diocesibus cum Episcopis Provincialibus ordinant. Chalc. 28. G. Vi- de CP. 2. G.*

#### CAPUT V.

*Dif. 64. c. 5. Extra conscientiam Metropolitanani Episcopi nullus audeat ordinare Episcopum. Integrum enim est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Innoc. epist. 2. ad Victor. cap. 1. Ivo part. 5. cap. 113. decr. Anselm. lib. 6. cap. 50. Tarrac. lib. 3. cap. 44.*

#### CAPUT VI.

*Lutubensis ecclesie cleri ordo, vel plebis, pre- ces suas, & lacrymas ad nos magno cum dolore miserunt, dicentes, coepiscopum nostrum Patronum sua petitione cessante in locum decedentis Episcopi, nescio quem, in alia provincia, prætermitto Metropolitanano, contra Patrum regulas ordinasse. Quod nequam possumus ferre pa- tienter, quia convenient, nos paternarum sanctio- num esse diligentes custodes, &c. Bonif. epist. 3. in med.*

#### CAPUT VII.

*Si quisquam fratum nostrorum in quacumque provincia decesserit, si sibi ordinationem vin- dicet sacerdotis, quem illius provincie Metropo- litanum esse constiterit. Leo epist. 67. al. 87. ad Episcopos Vienensem. provinc. post med.*

#### CAPUT VIII.

*Dif. 65. Si forte. c. ult. Si in aliam forte personam partium se vota diviserint, Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & studiis juvatur, &*

*meritis. Leo ep. 82. ad Anast. Thessalonic. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 6. panorm. & part. 5. cap. 347. decr. Deusd. cap. 1. Anselm. lib. 6. c. 16.*

#### CAPUT IX.

*Nulla ratio sinit, ut inter Episcopos haben- tur, qui neque a clericis sunt electi, neque a plebi- bus experti, neque a provincialibus Episcopis cū Metropolitanani judicio consecrati. Leo ep. 90. ad Rustic. Episc. Narbon. c. 1. Vidend. Eugen. II. in syn. c. 2. Burch. lib. 1. cap. 11. Ivo part. 3. c. 65. An- selm. lib. 6. cap. 68. Deusd. cap. 1. Cœsar. lib. 3. cap. 3. Tarrac. lib. 3. cap. 6.*

#### CAPUT X.

*Nullus præter notitiam, atque consensum fra- tris Ascanii Metropolitanani aliquatenus consecre- tur Antistes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc CCCXVIII. sanctorum Patrum definitivit au- toritas, cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præcep- tionibus resultarit. Hilar. epist. 1. cap. 1. Asca- nio, & Episcopis Tarrac. provinc.*

#### CAPUT XI.

*Licet ii, qui præter notitiam, atque consen- sum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoveri: ne quid ta- men in tanta necessitate decernamus austерum, eos, qui Episcopi facti sunt, ita volumus perma- nere, ut in Apostolicis præceptionibus, & statu- tis sanctorum Patrum non reperiantur obnoxii. Hilar. epist. 3. ad Ascan. Episcop. Tarrac. Metropol. in med.*

#### CAPUT XII.

*In canone legitur Nicæno: Episcopum conve- nit maxime quidem ab omnibus, qui sunt in pro- vincia, Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, a tribus in id ipsum convenientibus, & ab- sentibus consentientibus, ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per u- namquamque provinciam, Metropolitanu tri- buatur Episcopo. Omnia quoque maxima conci- lia affirment, eum non esse Episcopum, qui mi- nus quam a tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitanu, fuerit factus Episcopus. Joann. III. ep. 1. in med. Nicæn. cap. 4.*

#### CAPUT XIII.

*Nullus Episcopus sine Metropolitanu permis- su, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus Episcopis provincialibus presumat Episco- pus ordinare. Arel. II. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 8. panorm. & p. 5. c. 138. decr.*

#### CAPUT XIV.

*Illud ante omnia claret, eum, qui sine con- scientia Metropolitanu constitutus fuerit Episco- pus juxta magnam synodus esse Episcopum non debere. Arel. II. cap. 6. Nicæ. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 20. Ivo part. 5. cap. 74. decr.*

#### CAPUT XV.

*Episcopus non ordinetur sine consensu, & præ- sentia Episcopi Metropoleos provinciæ. Opti- mumque esset omnes Episcopos cum eo conveni- re. Antist. 19. Mart. Brac. cap. 3.*

#### CAPUT XVI.

*Dif. 24. c. 4. dif. 6. Episcopi judicio Metropolitanorum, & vici- Episcopi. 6. no*

*norum Episcoporum ordinentur. Laod. 12. Tullen. p. 2. cap. 8. Capit. lib. 7. cap. 78. Burch. lib. 1. cap. 9. Ivo p. 5. cap. 63. decr.*

### C A P U T XVII.

*Cum conventu totius provinciae Episcoporum, maximeque Metropolitani, vel auctoritate, vel presentia, ordinetur Episcopus. Cart. IV. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 8. Ivo part. 5. cap. 62. decr.*

### C A P U T XVIII.

*Dif. 65. c. 8. Si quis in Metropolitana civitate non fuerit Episcopus ordinatus, posteaquam suscepit benedictione per Metropolitani litteras honorem fuerit Episcopi adeptus, &c. statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se in Metropolitani sui presentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius, quid observare debat, recognoscatur. Si non fecerit, in synodo interpellatus a fratribus corrigatur. Si infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit impeditus, hoc suis litteris Metropolitano indicare procuret. Tarrac. cap. 5.*

### C A P U T XIX.

*Episcopatum desiderans electione clericorum, vel civium, consensu etiam Metropolitani ejusdem provinciae Pontifex ordinetur. Arvern. c. 2.*

### C A P U T XX.

*Licet melius esset in sua ecclesia fieri, tamen aut sub presentia Metropolitani, aut certe cum ejus auctoritate, intra provinciam omnino a comprovincialibus ordinetur Episcopus. Aurel. IV. cap. 5.*

### C A P U T XXI.

*Ne quis Britannum, aut Romanum in Armorico sine Metropolitani, aut comprovincialium voluntate, vel litteris, Episcopum ordinare presumat. Si quis contra ire tentaverit, sententiam in anterioribus canonibus observet, & a charitate usque ad majorem synodus se cognoscatur esse remotum. Turon. II. cap. 9.*

### C A P U T XXII.

*Dif. 51. Qui in aliquo. nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clericus, nec populus propriæ civitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum assensus non exquisivit, &c. a tribus in Sacerdotem die Dominica consecrabitur, convenientibus ceteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel presentia ejus, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non, nisi in civitate Metropoli, & comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra praedicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit. Tolet. IV. cap. 18.*

### C A P U T XXIII.

*Dif. 75. c. 2. Quoniam quidam Metropolitanorum, quantum comperimus, negligentius commissos sibi greges, & ordinationes Episcoporum facere differunt, placuit sancta synodo intra tres menses ordinationes celebrari, nisi forte necessitas excusabilis præparet tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, correptioni eccl-*

*Tom. V.*

*fasticæ subjacebit. Veruntamen redditus ecclesiæ viduatæ penes ceconomum ejusdem ecclesiæ integri reserventur. Wormaciens. 75. Chalc. 25.*

### C A P U T XXIV.

*Decrebit sancta synodus, ut nullus Episcopus accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet laicæ persona donum Episcopatus, &c. Sed Episcopus a suo Metropolitanu. Pictav. cap. 1.*

### T I T U L U S VII.

*IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTORUM, ET CELEBRATIONE DIVINORUM OFFICIORUM, SEQUANTUR EPISCOPI PROVINCIALES ORDINEM PRÆSCRIPTUM A METROPOLITANO.*

### C A P U T I.

*A quem Metropolitani tenent, provinciales observare debent. Epaun. 27. Burch. lib. 3. cap. 23. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 5. panorm. O pars. 3. cap. 30. decr.*

### C A P U T II.

*Institutio missarum, sicut in Metropolitana ecclesia agitur, ita in omni Tarragonensi provincia, tam ipsius missæ ordo, quam psallendo, vel ministrando, consuetudo servetur. Geru. F. Burchard. lib. 3. cap. 66. Ivo part. 3. cap. 68. decr.*

### C A P U T III.

*Nullus eum baptizandi ordinem prætermitat, quem & antea tenuit Metropolitana Baccarense ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, praedictus Profuturus Episcopus scriptum & sibi directum a sede beatissimi Petri Apostoli suscepit. Brac. I. cap. 23.*

### C A P U T IV.

*Placuit huic sancto concilio, ut Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, uniuscujusque provinciæ cives \*, rectoresque ecclesiarum unum, \* Pontificis eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate eujuscumque ordinis, vel officii, a Metropolitana se patiantur sede disjungi, &c. Tolestan. XI. cap. 3.*

### T I T U L U S VIII.

*VARIA NEGOTIA AD ARCHIEPISCOPUM PERTINENTIA.*

### C A P U T I.

*Tansfugam clericum ad suam ecclesiam Metropolitanus redire compellat. Leo epist. 82. cap. 9.*

### C A P U T II.

*Tuæ sollicitudinis est, frater carissime, omnia debita tibi auctoritate tueri, & licetis, non modo, non præbere assensum, sed etiam cuncta, quæ contra regulam facta repereris, coercere. Hilar. epist. 3. ad Ascan. Episcop. Tarrac. Metropol. in fin.*

### C A P U T III.

*Episcopus, presbyter, clericus, sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in provincia sunt, & maxime Metropolitanus ad Imperium non eat, sed & communione, & dignitate privetur. Antioch. XI. Capit. lib. 1. cap. 10. Burch. lib. 2. cap.*

*M*

*cap. 177. Ivo part. 6. cap. 268. decr. Anselm.  
lib. 6. cap. 115.*

## C A P U T IV.

Nullus Episcopus de rebus ecclesiæ suæ sive conscientia Metropolitani sui, vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen omnibus commutatione permissa. *Epaun. 12.*

## C A P U T V.

Ante tres menses Epiphaniorum Metropolitani sacerdotes litteris se in vicem inquirant, ut communis sententia doctriæ, diem resurrectionis Christi comprovincialibus suis insinuant, & uno tempore celebrandum antecedent. *Tolet. IV. cap. 4.*

## C A P U T VI.

*De consecr. dist. 3. Pla- cuit. 25.* A Metropolitano Episcopo in concilio nuntiatur Pascha, &c. *Brac. II. c. 9.*

## C A P U T VII.

*Dist. 12. c. 13. Jac. 1. a.* De his, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huius sancto concilio, ut Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, uniuscujusque provinciæ cives \* redoresque ecclesiæ unum, eundemque in psalmando teneant modum, quem in Metropolitana sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate cuiuscumque ordinis, vel officiæ a Metropolitana se patiantur sede disjungi. Si enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magistrorum, unde honoris consecrationem accepit, ut iuxta majorum decretæ, sedes, quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis, sit ecclesiastica magistra rationis &c. Quisquis violator estiterit, sex mensibus communione privetur, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, &c. Sub ista ergo regula disciplina non solum Metropolitanus totius suæ provinciæ Pontifices, vel sacerdotes adstringat, sed etiam ceteri Episcopi subiectos sibi ecclesiaram rectores obtemperare his institutionibus cogant. *Tolet. XI. cap. 3. Leo ep. 4. cap. 1. ad Episcopos Siciliæ.*

## C A P U T VIII.

Constituimus per concilium sacerdotum, & ordinavimus per civitates legitimos Episcopos. Et idcirco constituimus super eos Archiepiscopos, Abel, & Ardoberum, ut ad judicia eorum de omni necessitate ecclesiastica recurrent tam Epilcoli, quam aliis populus. *Sueffion. sub Pipin.*

## T I T U L U S IX.

DE CURA METROPOLITANI ERGA EC- CLESIAM SUAM, ET DIOCESES, ET PERSONAS SUBDITORUM EPISCOPO- RUM, ET DE SEDE VACANTE.

## C A P U T I.

*9. 9. 5. c. 3. Cum simus.* SI Metropolitanus in sua Ecclesia non constituit œconomum, CP. Episcopus constitutus: si Episcopus non constituit, tum ejus Metropolitanus. *Nicen. II. Ivo part. 5. c. 374. decr.*

## C A P U T II.

*12. 9. 2. c. 48.* Si Episcopus inveniatur indoctus, a Metropolitanu proprio, ac deinceps sacerdotes a suo Episcopo, ut doceri possint, admoneantur. *Syn. Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. c. 4.*

## C A P U T III.

*Non licet Metropolitano, moriente Episco- 12. 9. 2. c. 48.* po, qui sub ejus sede censem, ejus bona, vel ejus Ecclesiæ auferre, vel alienare, sed sint sub custodia cleri ejus ecclesiæ, usque ad promotionem alterius, nisi clerici non suscipiant \*: tunc enim \* fuerint. Metropolitanus ea intacta custodiatur, & ordinato Episcopo tradat. *Trull. 35.*

## C A P U T IV.

Episcopo e corpore recessente (*Metropolitani*) electione talis persona ordinandæ domui ecclesiastice procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in Episcopo ordinando succederit, Metropolitanus congruis temporibus reddere possit rationem. *Valent. Hispan. c. 3.*

## C A P U T V.

Parentibus, & propinquis decedenti Episc. si intestatus obierit, denuntietur, ut sine Metropolitanis, vel comprovincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti occupare pertinent, sed usque ad ordinationem futuri expectent Antistitis, aut certe si longum fuerit, ad Metropolitanus ordinationem recurrant, &c. Si autem rationabiliter, modesteque unusquisque repetit, quod sibi jure debetur, ei absque aliqua animadversione a Metropolitanis, vel cui injunxerit, aut ratio non negetur. *Valent. Hispan. c. 3.*

## C A P U T VI.

Propinqui morteatis Episcopi nihil de rebus ejus, absque Metropolitanis cognitione usurpare presumant. Quod si is, qui recesserit, Metropolitanus fuerit, successoris ejus sententiam, aut concilium substinebant. *Tolet. IX. c. 7.*

## C A P U T VII.

Metropolitanus ex morientis (*Episcopi*) ecclesiæ nihil proflus auferre presumat, sed solam, quæ ad eum pertinet, curam salutarem impendat. *Tolet. IX. c. 9.*

## C A P U T VIII.

Quæ de transgressione (*Saphoraci Episcopi*) in Aurelianensi synodo nuper habita sunt decreta a Metropolitanis, cui redigandi actio, vel ordinatione comprovincialibus ejus ecclesiæ manet, in memorata urbe scripta serventur. *Parisien. II. cap. un.*

## C A P U T IX.

Sicut Metropolitanis in confinitimis, ceterisque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinitimis in commissione sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinas legis eruditionibus imbuatur. Ita ut Prelatus quisque subditos querat, &c. *Tolet. XI. c. 2. vi de Tolet. VIII. c. 8.*

## C A P U T X.

Placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, atque *Distin. 63.* Galliciæ \*, salvo privilegio uniuscujusque provinciæ, ut licitum maneat deinceps Toletano *Cum lon- ge, 25. Gallie.* Pontifici, quoscunque Regalis potestas elegerit, & dicti Toletani Pontificis judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis, in præsentium sedibus præficere Præfules, &c. Ita tamen, ut post ordinationis suæ tempus, intra tres menses proprii Metropolitanis præsentiam videat: *ut*

ut ejus auctoritate, & disciplina instructus, condigne suscepit sedis gubernacula teneat. Quod si non fecerit, excommunicatum se per omnia non verit, excepto si regia iussione impeditum se esse probaverit, &c. *Tolet. XII. c. 6.*

## C A P U T XI.

De baptismo, & mysterio sanctæ fidei unusquisque Archiepiscopus suos suffraganeos diligenter, studioseque admoneat, &c. *Arelat. sub Carolo, c. 3.*

## C A P U T XII.

Si Episcopus ministerium Ecclesiasticum propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in Archiepiscopi hoc cum voluntate Episcopi ejusdem ecclesiæ maneat ordinatione, quâliter debitum officium non remaneat. *Melden. cap. 47.*

## C A P U T XIII.

Metropolitani munus est dare operam, ut si Episcopus aliquis eligitur ineptus, alius consti-tuatur. Si autem pretio, aut alia re commotus non præstat officium suum, in synodo reprehendatur. *Valent. sub Lothario c. 7. in fin.*

## C A P U T XIV.

Singulis Metropolitanis cum suffraganeis suis cura præcipua sit de vita, & opinione, non solum totius cleri, sed etiam ipsorum Episcoporum, ne se per culpam, vel negligentiam suam tales exhibeant, qui merito apud laicos, viles atque infames, ac per hoc in ipso sacro ministerio contemptibiles habeantur. *Valent. sub Loth. c. 19.*

## C A P U T XV.

Episcopo de corpore recessente, vicinus illi accedat Episcopus, qui ex more exequiis celebratis statim ecclesiæ illius curam districtissime gerat, descriptioque fidelissima, si fieri potest, inter octavas defuncti sub diligentia præsentis Episcopi peragatur. Dehinc ad Metropolitanus notitiam habita ordinate descriptio deferatur, ut ejus lectione talis persona ordinandæ domus ecclesiastica procuretur, qua vel consueta clericis stipendia dispensem, & creditarum sibi rerum, si forsan tarditas in Episcopo ordinando succederit, Metropolitanus congruis temporibus reddere posset rationem. *Trostajan. cap. 14.*

## T I T U L U S X.

**ARCHIEPISCOPI EST VOCARE EPISCOPOS AD CONCILIUM.**

## C A P U T I.

*Distinct. 18. Pervenit. 6.* **S**ecundum canones sanctorum Patrum, bis singulis annis in unaquaque provincia Episcopi convenient, ubi Metropolitanus voluerit, ut corrigantur, qua emergerint. *Chalc. 19. Vid. Antioch. 20. Capitul. lib. 1. c. 13. Ivo part. 4. c. 243. deer. Anf. lib. 6. c. 199.*

## C A P U T II.

*Distinct. 18. Quoniam. 7.* Sextæ synodi Patres semel singulis annis (*conclitum*) fieri voluerunt, &c. Si quis Metropolitanus negligat facere sine aliqua causa necessaria, canonice pœnis subiicitur. *Nicæn. II. c. 6. Vide Trull. 8. Ivo part. 5. cap. 373. deer.*

## C A P U T III.

*De accusat. 25. Gregor. IX. c. 5. cod. sit. in 4. collecta.* Sicut olim a sanctis Patribus noscitur, institutum, Metropolitanus singulis annis cum suis suf-

fraganeis provincialia concilia celebrent, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. c. 6.*

## C A P U T IV.

Ad Arelatenis Episcopi arbitrium synodus est congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, præcipue Gallicanis, sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium, atque conventum. Si quis commonitus, infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat. *Arel. II. c. 18.*

## C A P U T V.

Admoneantur Episcopi ejus provinciæ a Metropolitano suo, ut ad synodum veniant post tertiam hebdomadam Paschæ, & Id. O.R. Non fiant autem synodi ab eis sine Metropolitano (*cui de omnibus causis constat permisum esse judicium, L. Antioch. 20. Vide Nicæn. 5. Ap. 37. G. 38. L. Mgr. Bracar. 18. Capitul. lib. 1. c. 13. Burch. lib. 1. c. 44. Ivo lib. 4. tit. 2. c. 3. O. 4. pan. O. part. 5. c. 154. deer.*)

## C A P U T VI.

Si Episcopus Metropolitanus ad comprovinciales Episcopos epistolas direxerit, in quibus eos ad ordinationem Summi Pontificis, aut ad synodum invitat, postpositis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis, aut præceptione Regia, ad constitutum diem adesse non differant. Quod si defuerint, sicut præsa canonum præcepit auctoritas usque ad proximam synodum a charitate fratrum, & ecclesiæ communione priventur. *Agath. 35. (Vide Tarrac. 6. Aurel. II. cap. 19. Val. 29.) Burch. lib. 1. cap. 49. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 5. panorm. O. part. 5. cap. 159. deer. Cæsar. lib. 4. cap. 116.*

## C A P U T VII.

*Distinct. 1. c. 14.* Si quis Episcoporum commonitus a Metropolitanus, ad synodum, nulla gravi intercedente necessitate corporali, venire contemplerit, sicut statuta Patrum censuerunt, usque ad futurum concilium cunctorum Episcoporum, charitatis communione privetur. *Tarr. 6. Vid. Agath. 35.*

## C A P U T VIII.

Epistolæ tales per fratres a Metropolitanus sunt dirigenda, ut non solum cathedralis ecclesiæ presbyteris, verum etiam de dicœfanis ad conciliū trahant, & aliquos de filiis ecclesiæ secularibus secum adducere debeant. *Tarrac. 13. Burch. lib. 1. c. 48. Ivo part. 5. c. 158. deer.*

## C A P U T IX.

Cum Metropolitanus fratres, vel comprovinciales suos ad concilium, aut ordinationem cujusque confessoris crediderit vocandos, nisi causa evidens extiterit, nullus excuset. *Epann. 1.*

## C A P U T X.

Statuimus, ut frater, & coepiscopus noster Montanus, qui in Metropoli est, ad comprovinciales nostros Domini sacerdotes litteras de congreganda synodo adveniente tempore debeat destinare. *Tolet. II. in fin.*

## C A P U T XI.

Nullus Episcoporum, admonente Metropolitano, nisi certa rædii causa detenus, ad concilium, vel ordinationem confessoris venire penitus ultra excusatione detrectet. *Aurel. II. c. 1.*

CA-

## C A P U T XII.

Metropolitani singulis annis comprovinciales suos ad concilium evocent. *Aurel. II. cap. 2.*

## C A P U T XIII.

Unusquisque Metropolitanus in provincia sua cum comprovincialibus suis singulis annis synodale debet opportuno tempore habere concilium, quod si illum infirmitas, aut necessitas certa tenuerit, ut ad constitutum locum adesse non possit, ad suam civitatem suos evocet fratres, ut si intra biennium definitum, temporum tranquillitate concessa, admonitis comprovincialibus a Metropolitanana synodus indicta non fuerit, Metropolitanus ipse pro evocationis tarditate, anno integro missas facere non presumat. Quod si evocati, non corporali infirmitate detenti, adesse suæ evocationi distulerint, simili sententiaæ subjacebunt, qui tamen & hanc excusationem sibi noverint esse sublatam, si absentiam suam per vigorem fortis \* crediderint excusandam. *Aurel. III. cap. 1.*

## C A P U T XIV.

Cuncti Metropolitani de comprovincialibus suis in provincia sua annis singulis synodum debent congregare. *Aurel. IV. cap. 36.*

## C A P U T XV.

Bis ad synodum annis singulis Metropolitanus, & comprovinciales sui in locum, quem deliberatio Metropolitanus elegerit, Deo proprieante convenient, aut si necessitas fuerit inevitabilis, sicut præcepit auctoritas, vel semel in anno sine cuiuslibet excusatione personæ, &c. *Turon. II. cap. 1.*

## C A P U T XVI.

In omnibus Patrum conciliis habetur scriptum, ut intra anni circulum unusquisque Metropolitanus Episcopis junctis in unum locum comprovincialibus suis, intra provinciam suam studeat habere concilium, &c. *Aurel. V. cap. 22.*

## C A P U T XVII.

Antiquorum Patrum juribus in omnibus custoditis, ad synodum post triennii tempus omnes convenient, &c. Et hoc adimplere sollicitudinis sit Metropolitanus Lugdunensis Episcopi una cum dispositione magnifici Principis nostri prius definitis locum mediterraneum, ad quem omnes Episcopi sine labore alacres congregentur. *Matisconen. II. cap. 20.*

## C A P U T XVIII.

Si nec de fide, nec de communi Ecclesiæ utilitate tractabitur, speciale erit concilium unius, cuiusque provinciæ, ubi Metropolitanus elegit peragendum, &c. Pro compellendis judicibus, vel sæcularibus viris ad synodum, Metropolitanus studio quidam executor a Principe postuletur. *Tolet. IV. cap. 3.*

## C A P U T XIX.

Omnianno ad peragendum celebritatem concilii in Metropolitanana sede, tempore, quo Principis, vel Metropolitanus electio defnierit, omnes provinciæ Pontifices adsint. *Tolet. XI. c. 1. 5.*

## C A P U T XX.

Statuimus, ut juxta veterem canonem, quotannis fiat synodus Episcoporum, ubi Metropo-

itanus voluerit, ubi omnia ecclesiastica negotia terminentur. *Trull. cap. 8. Vide Nicæn. II. cap. 6.*

## C A P U T XXI.

Placuit, per singulas provincias bis in anno concilia fieri, convocante Metropolitanu Episcopo omnes provinciæ Episcopos. *Mart. Brac. cap. 18. Vid. Antioch. 20.*

## T I T U L U S XI.

## DE JUDICIIS METROPOLITANORUM.

## C A P U T I.

**S**i quis putaverit, se a proprio Metropolitanu <sup>z. q. b. c. 7.</sup> gravari, aut penes Primatum Diœceseos, <sup>¶ 15.</sup> aut penes universalis Apost. Ecclesiæ Papam judicetur, *Nicæn. 21. apud Jul. epist. 2. cap. 4. Viator epist. 1. in med. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo part. 5. cap. 257. decr. ¶ lib. 4. sit. 12. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 2. cap. 9. ¶ 11.*

## C A P U T II.

Si Episcopus Metropolitanum, aut judices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud Primates diœceseos, aut apud Romanæ sedis Pontifices judicetur. *Nicæn. 54. apud Jul. epist. 2. cap. 17. Anicet. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 170. Ivo part. 5. cap. 280. decr.*

## C A P U T III.

Quidquid de comprovincialium Episcoporum causis (*loquitur de Metropolitanis*) suaramque Ecclesiæ, & clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi omnium administratione. *Nicæn. 61. apud Jul. epist. 2. cap. 23. Hadrian. ad Episcop. Medium. cap. 43. Capitul. lib. 7. cap. 358. ¶ in addit. cap. 142.*

## C A P U T IV.

Archiepiscopi judicia Episcoporum, & majora negotia habeant. Sed si Episcopi reclamaverint, vel eos suspectos habuerint, ad Primates, vel Patriarchas transferantur. *Clement. ep. 1. sub med.*

## C A P U T V.

Ad XII. ejusdem provinciæ judices, ad quorum judicium omnes causæ civitatum referantur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum, apud Episcopos interveniente Primate, si quidem major causa fuerit, si vero minor, Metropolitanu. *Anacl. epist. 1. ante fin.*

## C A P U T VI.

Salvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus Metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas, quia irritæ erunt aliter actæ, quam in conspectu omnium ventilatae, & ipse si fecerit, coerceatur a fratribus. *Hyg. epist. 1. ante fin. Nicæn. apud Jul. 51. Luc. epist. 1. Hadrian. ad Episcop. Medium. cap. 14. Capitul. lib. 6. cap. 106. ¶ in addit. cap. 146. Burch. lib. 1. cap. 65. Ivo part. 5. cap. 99. ¶ 174. decr. Anselm. lib. 2. cap. 22. in Rom.*

## C A P U T VII.

Archiepiscopus nihil de Episcoporum causis, <sup>9. q. 3. c. 4.</sup> aut de aliis communibus, juxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio, <sup>9. q. 3. c. 5.</sup> nec

nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet, sine suo, quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis, &c. *Anicet. epist. unic. cap. 1.*

## C A P U T VIII.

*3. q. 6. c. 7.* Quamvis liceat apud Provinciales, & Metropolitanos, atque Primates eorum, Episcoporum ventilare accusationes, vel criminationes, non tamen licet definire secus, quam praedictum est. Reliquorum vero clericorum causas apud Provinciales, & Metropolitanos, ac Primates, & ventilare, & juste finire licet. *Eleuth. epist. unic. cap. 2. Ivo part. 6. cap. 316. decret. C lib. 4. tit. 12. cap. 12. panorm.*

## C A P U T IX.

Non liceat Metropolitanis, sicut agere solebant, inconsulto Romano Pontifice, Episcopos damnare, sed communis sanctæ Romanæ Ecclesiæ confilio. *Julius epist. 1. post med. Anselm. lib. 2. cap. 42.*

## C A P U T X.

Quamquam comprovincialibus Episcopis una cum eorum Metropolitanano suæ provinciæ causas Episcoporum liceat concorditer agitare, non tamen, sicut in Nicæna synodo est constitutum, licet definire, absque Romani Pontificis auctoritate. *Felix II. epist. 1. cap. 18.*

## C A P U T XI.

*6. q. 4. c. 1. 6. 2.* Si Episcopus de aliquibus criminibus judicetur, & de eo Episcopi ejus provincia discordent, aliquibus innocentem, aliis nocentem judicantibus, de tota controversia sic fiat. Metropolitanus ex proxima provincia alios evocet, qui judicent, una cum ejusdem provinciæ Episcopis. *Antioch. cap. 14. Mart. Brac. cap. 13. Burch. lib. 1. cap. 150. Ivo part. 5. cap. 263. decret. Anselm. lib. 5. cap. 77. in addit.*

## C A P U T XII.

Abbas, si in culpa reperiatur, aut fraude, & innocentem se afferens, ab Episcopo suo accipere noluerit correctionem, ad Metropolitanus judicium ducatur. *Epaun. cap. 19.*

## C A P U T XIII.

Si quæcumque persona contra Episcopum, vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrat charitatis studio, ut familiari aditione commonitus, sana-re ea debeat, quæ in querimoniam deducuntur, quam rem si differre voluerit, tunc demum ad Metropolitanus audientiam veniatur: de qua re cum litteras suas Metropolitanus ad comprovin-cialem Episcopum dederit, & causa ipsa inter u-trosque quacumque occasione amicis mediis non fuerit definita, ut ipsi Metropolitanus necessari-um sit in eodem negotio iterare scriptum, & secundo admonitus, aut mittere, aut venire distu-lerit, tunc a charitate Metropolitanus sui noverit se esse suspensum, donec ad præsentiam ejus ve-niens, causæ ipsius, de qua petitur, reddiderit rationem. Quod si patuerit, Episcopum ipsum contra justitiam fatigatum, is, qui eum injus-tia interpellatione pulsavit, anni spatio a com-munione ecclesiastica suspendatur. *Aurelian. V. cap. 17.*

## C A P U T XIV.

Si aliquid contentionis adversus Episcopum potentior persona habuerit, pergit ad Metropolitanum Episcopum, & ei causas alleget, & i-pis sit potestatis, honorabiliter Episcopum, de quo agitur, evocare, ut in ejus præsentia ac-culatori respondeat, & oppositas sibi actiones extricet. Quod si talis fuerit immanitas causæ, ut eam solus Metropolitanus definire non valeat, advocet secum unum, vel duos coepiscopos. Quod si & iplis dubetas fuerit, concilio definito diem, vel tempus instituant, in quo universi rite collegi fratri sui, & coepiscopi causas discutiant, & pro merito, aut justificant, aut culpant. *Ma-tise. II. cap. 9.*

## C A P U T XV.

Clerici tam locales, quam dioecesani, qui se ab Episcopo gravari cogoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, ut Metropolitanus non moretur ejusmodi præsum-ptiones coercere. *Tolet. III. cap. 20. Ivo part. 3. cap. 137. deer.*

## C A P U T XVI.

Si diversæ provinciæ duo fuerint sacerdotes, inter quos aliqua disceptatio oriatur, convenien-tibus in unum Metropolitanis ipsorum, omnis illorum actio eorum judicio terminetur, ita ut si unus ex Episcopis ab alio Episcopo, aut a qua-cumque persona inique fuerit aggravatus, com-muni fratrum studio cum Dei solatio defensetur. *Lugd. cap. 1.*

## C A P U T XVII.

Illi ex Pontificibus sententiam excommuni-cationis merebuntur excipere, qui exortos con-tra se clamores negotiorum admoniti a Metro-politano distulerint emendare, atque compescere, aut si admoniti, ut in judicium primæ sedis ac-cedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Tolet. XIV. cap. 8.*

## T I T U L U S XII.

ARCHIEPISCOPUS AUDIT APPELLA-TIONES, ET QUERELAS, QUÆ DE EPISCOPIS DEFERUNTUR.

## C A P U T I.

PLacuit & hoc sanctæ synodo, ut quicum-que presbyter, aut diaconus a proprio Epi-scopo depositus fuerit propter aliquod crimen, vel si quamlibet injustitiam se pati dixerit, & non acquiecerit judicio proprii Episcopi, dicens eum suspectum se habere, vel propter inimici-tiam, quam erga se tenuerit, vel propter gratiam, quam aliis quibusdam præstare voluerit, idcirco in se fuisse tale operatum, potestatem habeat ad Metropolitanum ipsius provinciæ concurrere, & eā, quam putat injustitiam, dispositionem\*, vel aliam læsionem denuntiare. Metropolita vero ille libenter suscipiat hujuscemodi, & advocet Episcopum, qui depositus, vel alio modo clericum læsit, & apud se cum aliis etiam Episcopis negotii faciat examen, ad confirmandam scili-cet sine omni suspicione, vel destruendam per generalem synodum, & multorum sententiam, cleri-

\* deposit-ionem.

clericis depositionem. *Syn. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 26.*

## C A P U T II.

*12. q. 3. c. 4.* Si Episcopus iracundus, quod esse non debet, cito in presbyterum, vel Diaconum motus eiice-re eum ab ecclesia voluerit, providendum est, ne innocens condemnetur, vel communione pri-vetur. Ejectus potest ad Metropolitanum config-  
gere; si vero is abest, ad vicinum, (*poteſt ad vi-cinos Episcopos configere. L.*) qui de causa dili-genter cognoscet \*. Audiendae enim sunt preces supplicum, &c. *Sard. 14. G. 17. L. Vide Nicæn. apud Carth. VI. cap. 6. L. Afr. 101. L. C in e-pist. ad Bonif. L. ante canones Carth. G. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 4. panorm. C part. 14. cap. 15. decret. Anselm. lib. 3. cap. 68. Cæsar. lib. 5. cap. 48.*

## C A P U T III.

Si quæcumque persona contra Episcopum, vel actores ecclesiæ habeat negotium, & ab eo commonitus differat sanare querimoniam, ad Metropolitanus audientiam veniatur, de qua re-cum litteras suas Metropolitanas ad comprovin-  
cialem Episcopum dederit, & causa non fuerit definita, ut ipsi Metropolitanus necessarium sit in eodem negotio iterare scriptum, & secundo ad-monitus aut mittere, aut venire distulerit, tunc a charitate Metropolitanus sui noverit se esse suspen-sum, donec ad præsentiam ejus veniens, causæ ipsius, de qua petitur, reddiderit rationem, &c. Si vero Metropolitanus a quocumque comprovinciali Episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit, ad proximam sy-nodum, quæ constituetur, negotium suum in con-cilium licentiam habeat exercendi, & quidquid pro justitia a comprovincialibus suis statutum fuerit, studeat observare. *Aur. V. c. 17.*

## C A P U T IV.

*10. q. 3. Quia. 6.* Clerici locales, & dioecesani, qui se ab Episcopo gravari cogoverint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur ejusmodi præsumptiones coercere. *Toletan. III. cap. 20. Ivo part. 3. cap. 137. decret.*

## C A P U T V.

Si quis sacerdotum secundum statuta concilii Valentini, ad humanda decedentis Episcopi membra venire commonitus, pigra voluntate distule-  
rit, appellantibus clericis obeuntis Episcopi, apud synodum, sive apud Metropolitanum Episcopum tempore anni unius, nec faciendi missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. *Tolet. VII. c. 3. Burch. lib. 1. c. 216. Ivo part. 5. cap. 330. decret.*

## C A P U T VI.

*16. q. 7. c. 31.* Filiis, vel nepotibus ejus, qui construxit, vel ditavit ecclesiam, licitum sit, ut si sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus prævide-rint defraudari, aut commonitionis honestæ con-ventione compescant, aut Episcopo, vel judici corrigenda denuntient. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitanus ejus hæc insinuare procurent. *Tolet. IX. c. 1. Burch. lib. 3. c. 182. Ivo part. 3. c. 243. decret.*

## C A P U T VII.

Quicumque ex clericis, vel monachis causam contra proprium Episcopum habens, ad Metro-politanum suum causaturus accesserit, non de-beat a proprio Episcopo excommunicationis sen-tentia prædamnari, antequam per judicium Me-tropolitani sui, utrum dignus excommunicatio-ne habeatur, possit agnosciri. Quod si ante judicium quis Episcoporum in talium personas excommu-nicationis sententiam præmisserit, illis penitus, quos ligaverit, absolutis, in se illam noverit re-torqueri sententiam. Quod etiam, & inter Me-tropolitanos convenit observari, si prægravatus quis a proprio Metropolitanus ad alterius provin-ciæ Metropolitanum molestiam præfusuræ suæ a-gnoscendam detulerit, aut si inauditus a duobus Metropolitanis, ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, & ob hoc excommunica-tionis jugulum a proprio Episcopo illi videatur infigi. *Tolet. XIII. c. 12.*

## T I T U L U S XIII.

*ARCHIEPISCOPUS CIRCUMEAT DIŒCE-SIM, CUM OPUS FUERIT.*

## C A P U T I.

*A* Rchiepiscopi parochias visitantes, pro di-versitate provinciarum, & facultatibus ecclesiæ xl. vel l. evectionis numerum non excedant. Cardinales vero xx. vel xxv. non exce-dant. Episcopi xx. vel xxx. &c. *Alex. III. in can-cil. Lateran. cap. 4.*

## C A P U T II.

Quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, vel idoneas perso-nas honestas, bis, aut saltē semel in anno pro-priam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos collecti, habitare, circumeat, &c. *Innoc. IV. in conc. gen. Later. cap. 3.*

## T I T U L U S XIV.

*NE ARCHIEPISCOPUS AVARITIÆ CAUSA SUFFRAGANEORUM DIŒCESES CIRCUMEAT.*

## C A P U T I.

*A* Varitiam, utpote secundam idolatriam, *Colos. 3. 4.* Paulus magnus execratur Apostolus, cu-natos videlicet, qui Christiano vocabulo censem-*1. Tim. 3. b. Tit. 1. Pet. 5. 4.* tur, ab omni turpi lucro abstinenti volens, multo magis ergo iis, qui sacerdotio funguntur, nefas est coepiscopos, & suffraganeos suos per quem-cumque modum gravare. Hujus rei gratia definivit sancta hæc, & universalis synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relin-quere propriam ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate pro-pria inferiore salut\*, & consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad ecclesiasticam disposi-tionem, & alimenta pauperum: ac per hoc ag-gravare avaritiæ modo conscientias fratrum, & comministrorum suorum, excepta hospitalitate, quæ aliquando ex necessario transitu fortassis ac-cesserit. Sed & tunc non alia, nisi ex iis, quæ sunt ad præsens, de compendio præparata inveniuntur cum reverentia, & cum timore Dei dignanter ac-cipiat, & maturius propositum iter perambu-let, nihil omnino eorum, quæ sunt ecclesiæ il-lius,

*De confib. c. 6. Greg. IX. & in t. coll.*

lius, vel suffraganei Episcopi petens, vel exigens. Si enim unumquemque Episcoporum Ecclesiae propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importune, ac sine ratione disperdere, vel consumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt, qua putas impietate judicabitur dignus, qui aliis commissas ecclesias gravare, vel ambire, ac per hoc sacrilegii crimen incidere non formidat? Quisquis ergo post hanc definitionem nostram tale quid facere tentaverit, poenam a Patriarcha subeat, qui per tempus fuerit, secundum congruentiam in iustitia, ac avaritiae suæ, & deponatur, & sequestretur, ut sacrilegus, & alter idoloatra factus, juxta magnum Apostolum. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. c. 19.*

## C A P U T U S X V .

**ARCHIEPISCOPI A PONTIFICE MAX. A PATRIARCHA, ET A SYNODO JUDICANTUR.**

## C A P U T I .

**M**etropolitanus hæreticus provincialium Episcoporum, & vicinorum Metropolitanorum in iudicio subiicitur. *Ephes. 1.*

## C A P U T II .

Si clericus cum suo, vel alieno Episcopo controversiam habet, a synodo provinciæ judicetur. Si vero cum Metropolitanano Episcopus, vel clericus litigat, apud Primatem dicceos, vel CP. sedem judicem accipiat. *Chalc. q. G. 17. Aquisgr. 86. Nicol. in epist. ad Mich. Imper. Ivo part. 6. cap. 360.*

## C A P U T III .

**Hier. 48. b.** Divina Scriptura dicente, *Maledictus omnis homo, qui facit opus Domini negligenter; qui-dam Metropolitanorum in extremam negligentiā, & desidiam delapi, præceptionibus suis subjectos ad se adducunt Episcopos, & commit-tunt eis Ecclesiæ propriæ divina officia, & litanias & cuncta omnino sacra, quæ ad le perrinent mi-nisteria\**, ita ut per illos celebrent omnia, quæ per semet alacriter agere debuerunt, ac per id eos, qui Episcopalem dignitatem meruerunt, quodam modo clericos sibi subjectos exhibeant. Vacant

\* mysteria. \* idem, f. autem eidem\* præter ecclesiasticas leges secula-ribus curis, atque dispositionibus, dimitentes perseverare in orationibus, & obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorantias, quod nus-quam apud alios penitus invenitur, cum sit ca-nonicis nimis contrarium omnino præceptis, & quod saevius\* est, quia suis stipendiis per di-stinctas mensium vices præcipi dicuntur prædicta perficere ministeria, quod ab Apostolico mun-i-mine modis omnibus ostenditur alienum. Hæc au-tem omnia magnis, & multis, & vehementissi-mis damnationibus dignos hujusmodi statuunt, probantur enim tales per hæc, quæ faciunt, etiam Satana jaçtantia, & superbia languere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc san-ctæ, & universalis synodi definitionem, eadem audacia, vel superbia, & contemptu abusus, non per se cum timore Dei, & alacritate, seu con-scientia bona, debita ministeria in propria civi-tate, sed per suffraganeos Episcopos suos efficere

tentaverit, poenas exsolvat coram proprio Pa-triarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. c. 24.*

## C A P U T IV .

Similiter Episcopos concurrere ad Patriarcha-le caput decernimus, qui a Metropolitis suis (*quamlibet in justiam pati dicunt*) ut apud Patriarcham de Metropolitis, qui sub ipso sunt, justam, & sine suspicione sententiam, negotium, quod movetur, accipiat. Insuper etiam nullo mo-do quisquam Metropolitanorum, vel Episcopo-rum a vicinis Metropolitis, vel Episcopis pro-vinciæ suæ judicetur, licet quadam incurrisse etiama perhibeatur, sed a solo Patriarcha pro-prio judicetur, &c. Si quis autem non acquie-rit iis, quæ a nobis edita sunt, excommunicatus existat. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. c. 26.*

## C A P U T V .

Metropolitani delictum superioris iudicio re-linquaret ex parte concilii nuntiandum, &c. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 30.*

## C A P U T VI .

Constitutum est, ut Amilia tota cum suis ur-bibus, id est, Placentia, Parma, Regio, Mutina, Bononia, numquam ulterius Ravennati Me-tropoli subiicerentur. Hæc enim Metropolis pe-ne jam annos centum contraria sedem Apostolicam erexerat se, nec solum ejus prædia usurpaverat, sed ipsam Romanam Ecclesiæ aliquando invasit Guibertus ejus Metropolis incubator. *Synod. apud Guardastall. sub Paschaf. II. c. 1.*

## C A P U T VII .

Delatum est conventui nostro Epistolium con-fusæ confessionis, & abolendæ subscriptionis, quo Potamius Bracarense Ecclesiæ Episcopus de factis propriis, suis annotarat articulis &c., tunc solitarie tantum, secretimque adunatis Pontificibus Dei, prædictum Episcopum adesse coram nobis fecimus, &c. qui scripturam recon-gnovit, &c. & cum unius Dei nominis juramen-to vera esse dixit, unde etiam per novem ferme menses sponte deteruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam pro ad nullo flagitio adhucus pœnitentiam se conclusisse dixit, tunc per fide-lem confessionem agnito, quod tacitū sc̄mīeo sorduisset; licet hunc paterna antiquitas sacris re-gulis deiicere ab honore decernat, nos tamen non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui cri-minis confessione jam abstulerat, sed decrevi-mus perpetua pœnitentia hunc inservire officiis, & arumnis, &c. Tunc venerabilem Fratrem uolum ecclesiæ Dumiliensis Episcopum communis omnium nostrum electione constitutum ecclesiæ Bracarense gubernacula continere, ita ut omnem Metropolitanum provinciæ Gallicæ, cunctosque Epi-scopos, populosque conventus ipsius, omniumque curam animarum Bracarense Ecclesiæ gubernan-dum suscipiat, &c. *Ex concilio Valentino Galliæ tit. 4. Nec illud fratres, G. Tolet. X. in fine.*

## C A P U T VIII .

Similiter, & a supradictis Patribus (Nicanis) est definitum consonanter, ut si quisquam Epi-scoporum, aut Metropolitanorum, aut compro-vinciales, vel judices suspectos habuerit, vestram fan-

*De prob. 29.  
Greg. IX. c.  
c. 5. evd. tit.  
in 4. coll.*

sanciam Romanam interpellet sedem, &c. *Athan.*  
*& alii ad Fel. II. in med.*

## C A P U T . IX.

Ego Manasses Remensis Archiepiscopus pro superbia non dimisi, quod non venerim ad synodum Augustudunensem, ad quam me Diensis Episcopus (*Legatus Apostolicus*) vocavit. Si vocatus nuntio, vel litteris Apostolicæ sedis fuerit, nullo malo ingenio, & nulla fraude me substraham, sed veniens definitioni, & judicio hujus Ecclesiæ fideliter obediam. *Apud Gregor. VII. lib. 5. reg. ep. 17. post princ.*

T I T U L U S XVI.  
**NIHIL METROPOLITANUS SINE EPISCOPIIS, NIHIL EPISCOPI SINE METROPOLITANO AGERE DEBENT; EXCEPTIS IIS, QUÆ AD SINGULORUM PAROCHIAS PERTINENT.**

## C A P U T . I.

*g. q. 3. c. 4.* **S**alvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio nullus Metropolitanus, absque ceterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia aliquorum, audiat causas eorum, quia irritæ erunt, immo & causam in synodo profecto dabit. *Nicæn. LI. apud Jul. ep. 2. c. 14. Hygin. ep. 1.*

## C A P U T . II.

*g. q. 3. c. 7.* **S**i quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod Nullus. *S. I.* ad suam solum pertinet parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium Episcoporum, aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit, irritum habeatur: sed quidquid de comprovincialium Episcoporum causis, suarumque ecclesiarum, & clericorum, atque secularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu comprovincialium Pontificum agatur, non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & con Matt. 20. d. cordi administratione, sicut Dominus ait: *Non ve- Març. 10. g.* ni ministrari, sed ministrare, & alibi: *Qui ma- jor est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Si- militer & ipsi comprovinciales Episcopi, cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias Parochias per- tinet, agant, juxta sanctorum Patrum constituta, ut uno ore sancta glorificetur Trinitas in sæcula. Nic. LXI. apud Jul. epist. 2. cap. 23. Anselm. lib. 3. cap. 88.*

## C A P U T . III.

Episcopos uniuscujusque gentis nosse oportet eum, qui in eis est primus, & existimare, ut caput, & nihil facere, quod sit arduum, aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere unumquemque, quæ ad suam parochiam pertinent, & pagos, qui ei subsunt, sed nec ille absque omnium sententia aliquid agat. *Ap. 34. G. 34. L.*

## C A P U T . IV.

*g. q. 3. c. 5.* **A**rchiepiscopus nihil de (*Episcoporum*) causis aut de aliis communibus, juxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio: nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet, sine suo, quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis, &c.

*g. q. 3. c. 6.* [ Si autem aliquis Metropolitanorum inflatus

fuerit, & sine omnium comprovincialium praesentia, vel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantum, quæ ad propriam suam parochiam pertinent, agere, aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps presumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia Episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant, &c. *Anicet. ep. 1. post princ. & in med. Hadr. c. 23. ad Episcop. Med. Capitul. lib. 7. c. 493. Burch. lib. 1. c. 63. Ivo lib. 4. tit. 4. c. 1. pa- norm. & part. 5. c. 54. decr. Anselm. lib. 2. cap. 21. in Rom.*

## C A P U T . V.

Item constituimus, sicut & a sanctis Apostolis, eorumque successoribus decretum reperimus. Si quis Metropolitanus Episcopus, &c. (*ut Nic. 61. apud Jul. ep. 2. c. 23. & Call. ep. 2.*) Similiter auctoritate fulti Apostolica præcipimus, ut [nul- lus Metropolitanus Episcopus absque ceterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia aliquorum, audiat causas eorum, quia ir- rita erunt, & ipse causam pro facto dabit. *Lucius ep. 1. post princ. Hadr. c. 43. ad Ep. Med. Burch. lib. 1. c. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. panorm. & part. 5. cap. 100. & 101. decr. Anselm. lib. 3. cap. 88.*

## C A P U T . VI.

Nullus Primas, vel Metropolitanus dicœsa- ni ecclesiam, vel parochiam, aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare, vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio, vel judicio, sed hoc observet, quod ab Apostolis, ac Patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatum. Id est, si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio, ac voluntate omnium comprovincialium Episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, & quod egerit, ir- ritum habeatur, & vacuum. Sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, eorumque eccliarum, & clericorum, atque secularium ne- cessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu provincialium agatur Pontificum, nec aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi administratione, sicut Do- minus ait: *Non veni ministrari, sed ministra- Matt. 19. d. re, & alibi: Qui major est vestrum, erit minister Març. 10. g. vester, & reliqua. Similiter ipsi comprovinciales Episcopi cuncta cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta Patrum, qui quamvis aliquo temporum intervallo nos antecesserint, ab uno tamen, eodemque puritatis fonte veritatis, & fi- dei lumen hauserunt, &c.* [ Nullus primas, aut Metropolitanus, aut Episcopus alterius *& c. 3. de paroch.* adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia, super cujusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius juris esse dignoscitur, aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, si sui

si sui gradus honore potiri voluerit: si aliter, præsumperit, damnabitur, & cooperatores, atque consentientes, &c. *Call. ep. 2. post princ. Hadr. c. 43. ad Episc. Med. Burch. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. c. 2. panorm. C part. 5. c. 100. C part. 14. cap. 72. decr. Anselm. lib. 3. c. 83. C lib. 6. c. 119. Cœfaraug. lib. 5. c. 18.*

## C A P U T VII.

*9. q. 2. Per singulas. c. 1. C. 2.*

Episcopi in singulis provinciis sciant eum, qui præfest Metropoli, & curam totius provinciæ suscipere, propterea quod in Metropolim undique concurrunt omnes, qui negotia habent; unde vi sum est honore quoque eum præesse, nihilque excedere Episcopos sine eo, juxta veterem, & observatum Patrum canonem: his exceptis, quæ ad singulas parœcias competit, & vicos, qui sub eis sunt. Namque singuli Episcopi suæ parœcias habent potestatem, & eam administrant pro singulorum pietate, & providere possunt omnem vicum, qui sub sua urbe est, ut ordinare presbyteros, & diaconos, & cum judicio singula discernant, nihilque amplius computare, sine Metropolitanu Episcopo. Ipse quoque nihil tentet sine aliorum sententia. *Antioch. 9. Mart. Brac. c. 4. Capitul. lib. 1. c. 8.*

## C A P U T VIII.

Anathema sine consensu Archiepiscopi, aut coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione (*Episcopus*) nulli imponat. *Meld. c. 56.*

## T I T U L U S XVII.

## DE HIS, QUÆ ARCHIEPISCOPI FACERE PROHIBENTUR.

## C A P U T I.

**S**Alvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus Metropolitanus, absque ceterorum omnium comprovincialium Episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt, immo & causam in synodo profectabunt. *Nicæn. L. apud Jul. ep. 2. c. 14.*

## C A P U T II.

Non licet Metropolitanu inconsulto Romano Pontifice Episcopos damnare. *Julius ep. 1. post med.*

## C A P U T III.

*3. q. 6. c. 6.* Discretione namque Episcopos, & summas ecclesiasticorum negotiorum causas Metropolitanu una cum omnibus suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet: sed definire eorum, atque ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos absque hujus sanctæ sedis auctoritate minime licet. *Damas. ep. 3. c. 2. Ans. lib. 2. c. 60. Tarrac. lib. 2. c. 45.*

## C A P U T IV.

Didicimus libere inexploratae vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa conjugia, ad præfatas dignitates, (*Episcopatum, presbyteratum, C. diacon.*) prout cuicunque libuerit, aspirare, quod non tantum illis, qui ad hæc immoderata ambitione pervenient, quantum Metropolitanis specialiter Pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus connivent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt, &c. *Syric. ep. 1. cap. 8.*

*Tom. V.*

## C A P U T V.

Ordinationem sibi singuli Metropolitani suarum provinciarum, cum his, qui ceteros sacerdotii antiquitate præveniunt, restituto sibi per nos jure defendant. Alienum jus alter sibi non audeat vindicare, suis limitibus, suis terminis sit unusquisque contentus, & privilegium sibi debitum in aliud transferre se posse, neverit non licere. Quod si quis negligens Apostolicas sanctiones, plus gratia tribuens personali, sui honoris deserter esse voluerit privilegium suum in aliud transferre posse se credens, non is, cui cesserit, sed is, qui intra provinciam antiquitate Episcopali ceteros prævenit, sacerdotes ordinandi sibi vindicet potestatem. *Leo ep. 67. sive 87. Episcopis Vienn. provinc. post med.*

## C A P U T VI.

Hoc etiam placuit custodiri, ut nihil contra magnam synodum Metropolitanu existiment vindicandum. *Arel. II. c. 37.*

## C A P U T VII.

Nullus Metropolitanus cuicunque laico dignitatem Episcopatus tribuat, sed nec reliqui Pontifices presbyteri, vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conversio. *Arel. III. cap. 2.*

## T I T U L U S XVIII.

## DE VARIIS QUIBUS DAM METROPOLITANIS ECCLESIAS, QUARUM MENTIO FIT IN CONCILIES, ET PONTIFICIUM EPISTOLIS.

## C A P U T I.

**C**ontentio de Metropoli, & leges de Metropoli Nicææ, & Nicomediæ. *Chal. ad. 13.*

## C A P U T II.

Damasus Stephano Archiepiscopo concilii Mauritanie, & universis Episcopis Africanæ provinciæ. *Damas. epist. 3. in princ.*

## C A P U T III.

Bonifacius Episcopus urbis Rom. Hilario Episcopo Narbonensi (Metropolitanu Bonifac. epist. 3.)

## C A P U T IV.

De Attico veteris Epi Metropolitano Antistite. *Leo epist. 82. ad Anastas. Thess.*

## C A P U T V.

De Metropolitanu Episcopo provinciæ Venetiæ. *Leo ep. 55. ad Septimum Episcopum Altini, sive epist. 83.*

## C A P U T VI.

Ad Ravennium Arelatensem Archiepiscopum gratulatoria, & admonitoria. *Leo ep. 68. sive 88.*

## C A P U T VII.

Frater, & coepiscopus noster ingenuus Ebredunensis alpium maritimarum provinciæ Metropolitanus, &c. *Hilarius epist. 3.*

## C A P U T VIII.

De civitate, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitioem Francorum nostræque auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolitanum confirmabimus, &c. *Zac. epist. 4. in fine.*

## C A P U T IX.

In Thessalonicensi Metropoli multi presbyteri,

N

ri, & diaconi alieni versantur. De his serventur canones, qui de Episcopis disponunt. *Sard.* 16. 17. *G.* 20. *L.*

## C A P U T X.

*Urbs Tarragonensis Metropolitana. Tarrac.*  
*in proœm. Ger. I.*

## C A P U T XI.

Cum Gallicæ provinciæ Episcopi in Metropolitanâ Bracarum ejusdem provinciæ ecclesiæ confidissent, Lucretius memoratae Metropolitanæ ecclesiæ Episcopus dixit, &c. *Bracar. I. in pr.*

## C A P U T XII.

Profuturus Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus, &c. *Bracar. I. c. 18. 22.*

## C A P U T XIII.

Gallicæ provinciæ Episcopi tam ex Bracarensi, quam ex Lucensi synodo cum suis Metropolitanis in Metropolitanâ Bracarensi ecclesia conve- nerunt. Martinus Bracarensis Episcopus dixit, &c. Nitigis Lucensis ecclesiæ Episcopus dixit, &c. *Brac. II. in proœm.*

## C A P U T XIV.

Martinus Bracarensis Metropolitanæ ecclesiæ subscrispi. Nitigis Lucensis Metropolitanæ ecclesiæ Episcopus subscrispi. &c. *Brac. II. in fine.*

## C A P U T XV.

Manzona in Christi nomine Ecclesiæ catholi- cæ Emeretensis Metropolitanus Episcopus provi- niciæ Lusitanæ, &c. subscrispi. *Tolet. III. in fine.* Postea Toletanus, & Narbon. & Bracar.

## C A P U T XVI.

Isidorus in Christi nomine Spalensis ecclesiæ Metropolitanus subscrispi. *Tolet. IV. in fine.*

## C A P U T XVII.

Eugenius Toletanæ ecclesiæ provinciæ Car- thaginiensis Metropolitanus Episcopus subscrispi. *Tolet. V. in fine.*

## C A P U T XVIII.

Orontius in Christi nomine sanctæ Emeriten- sis ecclesiæ Metropolitanus Episcopus subscrispi. *Tolet. VI. in fine.*

## C A P U T XIX.

Eugenius indignus Toletanæ sedis Metropolitanus Episcopus subscrispi. *Tolet. X. in fine.*

## C A P U T XX.

Ego Quiricus urbis regiæ Metropolitanus E- piscopus hæc gesta synodica subscrispi. *Toletan. XI. in fine.*

## C A P U T XXI.

Toletanus Archiepiscopus Metropolitanus Carthaginensis provinciæ. *Toletan. sub Gundemaro Rege.*

## C A P U T XXII.

Stephanus Archiepiscopus concilii Maurita- niæ, & universi Episcopi de tribus conciliis Afri- canæ provinciæ. *Stephanus ad Damas.*

## C A P U T XXIII.

Vetus mos viget in provinciis Europæ, quod singuli Episcopi duos, vel tres sub se habent E- piscopos; unde Heracleæ Episcopus sub se habet Heraclæam, & Panlon; Episcopus autem Byzes Byzen, & Arcadiopolim; Cœlenis Cœlon, & Calliopolim, Episcopus Sabradiæ Sabradiam,

& Aphrodisiadem, &c. *Libellus Euprepii Epis- copi Byzes datus in Ephes. synodo.*

## T I T U L U S XIX.

## COMMUNIA DE ARCHIEPISCOPIS.

## C A P U T I.

Quoniam consuetudo viget, & antiqua tra- *Dif. 65. 67.*  
ditio est, ut Eliensis Episcopus honoretur; *7. Greg. IX.*  
habet is quidem honorem, sed Metropoli sua di- *8. 16. eod.*  
gnitas servetur. *Nicæn. c. 7.*

## C A P U T II.

Placuit sancto, generalique concilio, ut uni- cuique provinciæ jura sua, quæ antiquitus, & ab initio ad eam pertineant, integra, & inviolata serventur, secundum jam inveteratum, & anti- quum morem: potestate facta cuicunque Metropoli- tanæ, ut ad suam cautionem actorum excipiat exempla, &c. *Ephes. decr.*

## C A P U T III.

Si Episcopus formam sibi præscriptam in con- ferendis prædictis non servat (*loquitur de Deca-* *natu, & Archidiocenatu, & beneficiis para-* *chialibus*) potestatem suam amittat, & per Ca- *tit. in 1. coll.*  
pitulum, aut per Metropolitanum, si per Capitu- lum concordare nequiverit, ordinentur. *Alex. III.*  
*in concil. Lat. c. 3. in fin.*

## C A P U T IV.

Si Episcopus, & Capitulum conferre (*præ- De concess.*  
*bendas ecclesiasticas seu quælibet officia*) negle- *De eleç. c.*  
*xerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum* *7. Greg. IX.*  
*absque illorum contradicione disponat. Alex.* *& in 1. coll.*  
*III. in concil. Later. c. 8. in fine.*

## C A P U T V.

Si dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab *De bær. cap.*  
hæretica feditate, per Metropolitanum, & com- *13. Gregor.*  
provinciales Episcopos excommunicationis vin- *IX. & c. 2.*  
culo innoderetur, & si satisfacere contempserit, *eod. tit. in*  
intra annum, significetur hoc summo Pontifici, *4. coll.*  
&c. *Innoc. III. in concil. zen. Later. c. 3.*

## C A P U T VI.

Provinciæ multo ante Christi adventum tem- *Dif. 99. c. 1.*  
pore divisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore no- *I. post med. Ivo lib. 4. tit. 3. c. 1. Panorm. &*  
stro ipsa divisio est renovata, &c. *Anaclet. epist.*  
*2. Panorm. & part. 5. c. 53. de cr. Cœsar. lib. 2. c. 73.*

## C A P U T VII.

Hoc ad præmissa adjungimus, ne benedictio- nem, quæ divina esse creditur, per impositionem manus, quis pretio comparet, &c. ne ille se a cul- pa æstimet alienum, qui, etsi ipse quidem a redem- ptione liber initia verit benedictione mystica fa- cerdotem, & tamen ad alterius redempti volun- tatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consen- ferit, &c. Adversus hæc facilius Deo adjuvante providebitur, si circa Metropolitanos privilegia a sanctis Patribus constituta permaneant, si Me- tropolitani circa parochias suas ordinè suum ea, qua decet, veneratione custodiant: ut nec electio Præfulsis empta detur pretiis, & nec obsequentis sit quæsita operibus, &c. *Hormis. ep. 4. c. 2.*

## C A P U T VIII.

Episcopus, qui in aliena provincia, sine licen- *9. q. 2. Null.*  
tia Metropolitanæ, vel Episcorum ejus provin- *lum. 6.*

cix,

ciz, ordinat clericos, depositus a synodo censemur. *Antioch. 1. 3. Mart. Brac. 7. Burch. lib. 1. cap. 108. Ivo part. 5. cap. 210. decret. Ansf. lib. 6. c. 198.*

## C A P U T IX.

*Dif. 92. c. 8.* Si quis Episcopus ecclesia carens ad vacantem ecclesiam se irrepserit, & sine perfecta synodo eam sedem usurpet, hunc ejectum (*excommunicatum, L.*) esse censemus, licet a toto populo recipiatur.

Illa autem est perfecta synodus, in qua Metropolitanus interest. *Antioch. 16. Mart. Bracar. 9. Chalced. act. 12. G. 11. L. Burch. lib. 1. c. 39. Ivo part. 5. cap. 150. decret. Cæf. l. 4. c. 48. Tarr. l. 6. cap. 67.*

## C A P U T X.

Si Archiepiscopus morbi causa non potest munus suum exequi, utatur consilio coepiscoporum suorum in administratione rerum ecclesiasticarum. *Melden. cap. 47.*

## L I B E R Q U A R T U S.

## De Episcopis, sive Pontificibus, vel Sacerdotibus.

## T I T U L U S I.

DE POTESTATE, ET DIGNITATE  
EPISCOPI.

## C A P U T I.

*Cap. 1. de summ. Trin. Greg. IX. & in 4. coll.*  
**E**Thoc utique sacramentum altaris nemo potest confidere, nisi sacerdos fuerit rite ordinatus, secundum claves Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus JESUS CHRISTUS. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. cap. 1.*

## C A P U T II.

*Matt. 18. Zs. 61. b. e.* Ecclesiæ claves Episcopos esse dicebat: *Petrus Apostolus.* Ipsi enim habent potestatem claudere cælum, & aperire portas ejus, quia claves cæli sunt, &c. *Quæcumque alligaveritis super terram, &c. quæcumque solveritis, &c.* Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quæcumque petierint, fiet illis, &c. *Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, &c.* & Propheta dicit: *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri, diceretur vobis, fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis, &c.* *Clem. ep. 1. post medium.*

## C A P U T III.

*Matt. 18. Jo. 20. f. XI. q. 3. cap. 27.* Quod sedes in Episcoporum ecclesiis excelsæ constitutæ, & præparatae inveniuntur, ut thronus, speculationem, & potestatem judicandi, & solvendi, atque ligandi a Domino sibi datam materiam docent, unde ipse Salvator in Evangelio ait: *Quæcumque ligaveritis, &c. & quæcumque solveritis, &c.* & alibi: *Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata. &c.* Ideo ista prætulimus, ut intelligatis potestatem Episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini: & eos, ut animas vestras diligatis, & [quibus illi non communicant, non communicietis, & quos ejecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia Episcopi, licet injuste liget aliquem, quod tamen summopere prævidere debet. *Urban. epist. vn. post med. Burch. lib. 11. cap. 1. Ivo part. 14. c. 74. decret. Ansf. lib. 6. c. 145. & lib. 12. c. 25.*

## C A P U T IV.

*II. q. 3. cap. 14.* Absit, ut quidquam sinistrum de his loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves regni cælorum ha-

bentes, ante judicii diem judicant. Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subjecta contemptum expiabat cruento. Nunc vero inobediens spirituali animadversione truncatur, & ejus ab Ecclesia rabido dæmonum ore decerpitur. *Anteros epist. 1. post med. Hieron. ad Heliador. ep. 1. Ivo epist. 57. ad Landonem presbyterum.*

## C A P U T V.

Duo sunt, Imperator Auguste, quibus principi. *Dif. 96. cap. 10.* paliter mundus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nostri etenim, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen Præfulibus divinarum devotus colla subnitris, atque ab eis causas tuæ salutis expetis, inquit sumendis cælestibus sacramentis, eisque disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quam præesse. Itaque inter hæc, ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. *Gelas. epist. 5. ad Anast. Imp. post princ. Vide Greg. VII. lib. 8. ep. 21. Trosl. cap. 2. Paris. I. cap. 3. Capit. lib. 5. cap. 167. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 28. part. 1. panorm. & part. 5. cap. 378. decret. Anselm. lib. 1. cap. 71. Tarrac. lib. 4. cap. 17.*

## C A P U T VI.

Beatus Ambrosius non solum Regem, sed etiam revera Imperatorem Theodosium moribus, & potestate non tantum excommunicavit, sed etiam ne præsumeret in loco sacerdotum in ecclesia manere, interdixit. *Gregor. VII. lib. 4. registr. epist. 2. ante med.*

## C A P U T VII.

Honor, & sublimitas Episcopalis, si Regum *Dif. 96. a fulgori comparetur, & Principum diademati, 10. Duo funt.* longe erit inferius, quam si plumbi metalli ad aurum fulgorem compares. *Hec Ambr. lib. de dignitate Sacerdotali cap. 2.* Hec non ignorans Constantinus Magnus Imperator, non primum sessionis, sed ultimum inter Episcopos elegit locum; scivit enim, quia superbris Deus resistit, humilibus dat gratiam. *Greg. VII. lib. 4. registr. epist. 2. post med. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 28. panorm. & part. 5. cap. ult. decret. Ansf. lib. 1. cap. 81.*

# 100 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T VIII.

*d. cap. 10.* Quanta sit sacerdotii dignitas, quantaque sublimitas Episcopalis, beatus Ambrosius, Doctor scilicet eximius, vestram doceat magnitudinem, vestramque instruat providentiam, in Pastorali suo sic ponens: „Honor igitur fratres, & sublimitas“, &c. ut supra. *Greg. VII. lib. 11. registr. epist. 2. in fin.*

## C A P U T IX.

Constat sacerdotes vicarios esse Apostolorum, & luminaria mundi. *Paris. sub Ludovic. & Loth. lib. 1. in princ.*

## C A P U T X.

*Vide diff. 96. cap. 10. Duo.* Totius sanctæ Dei Ecclesiæ corpus in duas eximias personas, in sacerdotalem videlicet, & regalem divisum esse novimus. De qua re Gelasius ad Anastasium, &c. Fulgentius quoque in libro de veritate prædestinationis, & gratiæ ita scribit: „Quantum pertinet [inquit] ad humanum temporis vitam, in Ecclesia nemo Pontifex, & ce potior, & in saeculo Christiano Imperatore celsior invenitur“. *Paris. sub Ludovic. & Loth. lib. 1. cap. 3. Aquisgr. II. sub Lud. in princ. Capit. lib. 5. cap. 167.*

## C A P U T XI.

*Matt. c. 16. Jo. cap. 20.* Petimus humiliter vestram excellentiam, ut per vos filii, & proceres vestri nomen, potestatem, vigorem, & dignitatem sacerdotalem cognoscant. Quod ex verbis Domini facile intelligere possunt, quibus beato Petro, cuius vicem indigni gerimus, ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celo; & alibi discipulis generaliter dicit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Illud etiam ad exemplum eis reducendum est, quod in Ecclesiastica historia Constantines Imperator Episcopis ait: *Deus, inquit, constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi: & ideo nos a vobis recte judicamus, vos autem non potestis ab hominibus iudicari.* *Paris. sub Ludovic. & Loth. lib. 3. cap. 8. Aquisgr. II. sub Ludovic. part. 4. cap. 5.*

## C A P U T XII.

Licet sanctorum decedentium sacerdotum vita, & meritis longe inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium, quod indigni suscepimus, non minoris auctoritatis, & dignitatis existit. Et quamquam tanto ministerio indigni simus, propter illum tamen, cuius ministerium gerimus, in nobis non est contemnendum. *Paris. sub Ludovic. & Lothar. lib. 3. cap. 9. Aquisgr. II. sub Ludovic. part. 4. cap. 5.*

## C A P U T XIII.

Primo visum est normam universæ religionis, atque ecclesiasticæ disciplinæ duabus consistere personis, Pontificali videlicet, atque Imperiali, de qua re Gelasius Romanæ sedis venerabilis Episcopus ad Anastasium scripsit, &c. *Aquisgr. II. sub Lud. in princ.*

## C A P U T XIV.

Constat Ecclesiam peregrinantem duabus presentialiter personis gubernari, sacerdotali scilicet, ac regali, quatenus auctoritate Episcopali, at-

que Imperiali censura, intrinsecus, & extrinsecus circumsepta, liberius modum proprium valent conservare. *Aquisgr. II. sub Ludovic. part. 4. cap. 5.*

## C A P U T XV.

Quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat Dominus & quatur. 18. dicat: *Sicut misit me Pater, &c. accipire Spiritum sanctum, &c.* Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit & Petrus, sed exordium ab unitate profiscitur, &c. Quam unitatem teneare firmiter, & vindicare debemus, maxime nos Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut Episcopatum quoque ipsum unum, atque indivisum probemus, &c. Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur, Ecclesia una est, &c. *Cyprian. de unitate Eccles. post princip. Anselm. lib. 1. c. 10. Tarrac. lib. 1. c. 291. & 292.*

## T I T U L U S II.

### DE INSTITUTIONE EPISCOPORUM, ET DE OFFICIO IPSORUM.

## C A P U T I.

**I**NITIUM Sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedec prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac, & Jacob, sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque Pontificali stola induitus vienias obiulit, &c. Qao loco contemplari oportet Aaron summum Sacerdotem, id est, Episcopum fuisse, porro filios ejus presbyterorum demonstrasse figuram, &c. [In novo autem Testamento post Christum Dominum nostrum, a Petro sacerdotalis coepit ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: *Tu es Petrus, &c.* Ceteri Apostoli cum eodem pari confortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsumque Principem eorum esse voluerunt. Qui etiam jubente Domino in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt, ipsis quoque discendentibus \* in loco eorum succederunt Episcopi, quorum ordinatio prætaxato fieri debet ordine, & modo: *Quos qui recipiet, &c.* *Anael. epist. 2. in med. Isid. lib. 2. de eccl. offic. Aquisgr. cap. 8. & 9. Raban. lib. 1. cap. 4. de instit. cleric. Burch. Vormac. & Anselm. Lucen. lib. 1. cap. 1. Ivo Carnot. lib. 3. tit. 7. cap. 7. panorm. & part. 5. c. 1. decret. Cæsar. lib. 2. c. 59.*

## C A P U T II.

Sacerdotum ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, a nullo debet perturbari. Scitis a Domino Apostolos esse electos, & constitutos, & postea per diversas provincias ad prædicandum disperitos, &c. Episcopi Apostolorum, presbyteri LXX. discipulorum locum tenent, &c. Amplius, quam isti duo ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. *Anael. epist. 3. in princ. cap. 2. Burch. lib. 1. c. 4. Ivo part. 5. cap. 58. & 98. de cr.*

## C A P U T III.

Hujus rei gratia Dominus vobis commisit Ecclesiam suam, et pro omnibus laboreis, & cunctis opem ferre non negligatis, &c. Vos, qui in summa specula a Domino constituti etsis, attendere

dere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones, & scanda excitant, nè simul cum eis pereatis. *Alex. epist. 2. in fin. ad omnes Episcopos. Burch. lib. I. cap. 129. Ivo part. 5. c. 229. decretum.*

## C A P U T IV.

*3. q. 1. c. ult.* Deus, fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut injurias removeatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeat, sed ei, qui calumniam, & opprobrium patitur, adjutorium feratis; illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis. *Fabian. epist. 2. in med.*

## C A P U T V.

*Job. 29. c.* Satagendum est vobis, ne aliquis fratum vestrorum graviter laceretur, vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu persequentium, ut cum beato Job dicatis: *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum: Justitia induitus sum, & vestivi me vestimento, &c.* vos ergo, qui in specula a Domino estis positi, comprimere, & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones, & scanda excitant. *Zephyr. epist. 1. ante fin. ad Episcopos Siciliae.*

## C A P U T VI.

*Matt. 16. c.* Episcopalis eminentiæ culminis, auctoritas non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, christiatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem, quæ tam divinaliter inordinata persistunt, quam excellentissime conferuntur, quia & tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eisdem summo culmini peragenda servantur. Quomodo ergo, quod in se recipit, a se reiicere poterit, cum hæc a nullo altero conferri, quam a solis Pontificibus novit, quibus nec ligata solvi, nec soluta potuerunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum. Veritas ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celo, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in celo:* nequaquam aliquando poterit profanari, quod divina iussione, simulque Apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse, &c. *Tolet. VIII. cap. 7.*

## C A P U T VII.

Sæpe fünt barbarorum persecutions, & multæ urbes subiiciuntur infidelibus, ita ut non possit ejus urbis Episcopus suam sedem post ordinacionem accipere, & ordinare, & alia facere, quæ ad Episcopum pertinent. Nos honorem suum sacerdotio conservantes, nolumus posse infideles jura ecclesiastica dissolvere, sed ita ordinatis concedimus, ut possint ordinationes clericorum facere canonice, & auctoritate suæ sedis uti, & firmam, & validam esse ejus administrationem, neque enim temporis necessitate circumscribitur administratio. *Trull. 37.*

## C A P U T VIII.

Opportunum ducimus, humilitatem, atque re-

ligionem, & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent Episcopi, ut bene agentes, & habitu, & vultu deusulcent; male agentibus vero, ipso suo visu terribiles sint, juxta illud, quod in tabernaculo Dei boum, & leonum effigies expresse memorantur. Et Dominus in Evangelio, & astutiam serpentis, & simplicitatem columbae habendam percenset. *Cabilon. sub Carolo cap. 4.*

## C A P U T IX.

Qui nuncupabantur Principes sacerdotum, nunc Episcopi nominantur, &c. Presbyteris autem, sicut Episcopis dispensatio misteriorum Dei commissa est. Præsunt enim Ecclesiæ Christi, & in confectione Dominici corporis, & sanguinis consortes sunt cum Episcopis, similiter, & in doctrina populorum, & in officio prædicandi, ac solum propter auctoritatem, summo sacerdoti Clericorum ordinatio, & consecratio reservata est, ne a multis disciplina Ecclesiæ vindicata, concordiam solveret, scanda generaeret. Nam Paulus Apostolus eodem presbyteros, ut vere sacerdotes sub nomine Episcoporum atleverat, &c. & ad Philippenses, Episcopis, & diaconibus scribit, cum una civitas plures Episcopos habere non possit, &c. *Isid. lib. 2. c. 7. de Eccl. off. apud Aquisgran. c. 8. sub Ludovico Pio.*

## C A P U T X.

Initium quidem sacerdotij Aaron fuit, &c. Quo in loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est, Episcopum fuisse, & filios ejus presbyterorum figuram præmonstrasse, &c. In novo Testamento post Christum sacerdotalis ordo a Petro Apostolo coepit; ipsi enim primum datus est Pontificatus in Ecclesia Christi; sic enim loquitur ad eum Dominus: *Tu es Petrus,* &c. Hic ergo ligandi, solvendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Siquidem & ceteri Apostoli cum Petro par consortium honoris, & potestatis acceperunt, qui etiam in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt, quibusque decedentibus succederunt Episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus Apostolorum, qui non jam ex genere carnis, & sanguinis eliguntur, sicut primum secundum ordinem Aaron, sed pro uniuscujusque vita, meritoque quod in eum gratia divina contulerit, &c. Quatuor sunt genera Apostolorum, unum a Deo tantum, ut Moses, alter per hominem, & Deum ut Iohannes, tertium per hominem tantum, sicut his temporibus multi favore populi, & potestatum in sacerdotium subrogantur, quartum genus ex se est, sicut pseudo-prophetarum, & pseudo-apostolorum. Apostoli missi interpretantur, quia ipsos misit Dominus evangelizare ad illuminationem omnium populorum. Episcopus autem, ut quidam prudentius ait, nomen est oneris, non honoris, quod ille, qui supererescit, superintendit, curam subditorum gerens: Episcopos quidem intentionem, Episcopos superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse Episcopum, qui non prodesse, sed præesse dilexerit. Quod vero per impositionem manus a præcessoribus

*Tit. 1. b. 1.  
Timoth. 3. a.*

## 102 Juris Pontificii Veteris Epitome

ribus Dei sacerdotibus Episcopi ordinantur, antiqua est institutio, &c. Sic & superimpletor legis, & Prophetarum Dominus noster Jesus Christus per manus impositionum Apostolos benedixit, sicut in Evangelio Lucae scriptum est, &

*Lue. 24. perduxit illos trans Bethaniam, & elevavit manus suas & benedixit eis, &c.* Et in actibus A-

*Act. 13. d. postolorum ex præcepto sancti Spiritus Paulo, & Barnabæ ab Apostolis manus imposta est in Episcopatum, & sic missi sunt ad evangelizandum, &c. Cujus præ ceteris spirituale officium est, scripturas legere, percurrere canones, exempla Sanctorum imitari, vigiliis, jejuniis, orationibus iungubere, cum fratribus habere pacem, nec quemquam ex membris suis discerpere, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. *Isid. lib. 2. cap. 6.\* de ecclesiast. offic. apud Aqui/gran. c. 9. Raban. lib. 1. c. 4. de inst. cler. Cæsar. lib. 2. c. 59.**

### C A P U T XI.

*z. Cor. 1. 6.* Postquam unusquisque eos, quos baptizaverat, putabat suos, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponetur ceteris, ad quem omnis cura Ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tolerentur. Putat aliquis, non scripturarum, sed nostram scientiam esse, Episcopum & presbyterum unum esse, & aliud ætatis, aliud nomen officii? relegat Apostoli ad Philippenses verba, *Paulus & Timotheus servi Christi Jesu omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippicum Episcopis, & diaconibus, gratia vobis, & Pax, & reliqua. Philippi una est urbs Macedoniae. Et certe in una civitate plures, ut nuncupantur Episcopi, esse non poterant. Sed quia eosdem Episcopos illo in tempore, quos presbyteros appellabant, propterea indifferenter de Episcopis, quasi de presbyteris est locutus. Hieron. in Episc. ad tit. apud Aqui/gran. c. 10. sub Ludovico Pio.*

### C A P U T XII.

Ipsius sacerdotibus animarum curandarum sollicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes, pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis, & humilitati spiritus offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futuræ animadversionis a populo, qui per Dei gratiam sunt divinæ voluntatis indices, ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis adsertores, pravæ doctrinæ hostes omnibus bonis amabiles, & male sibi consciis etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cælestium præmiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsius sunt Ecclesiæ decus, in quibus amplius fulget Ecclesia; ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium, ipsi januae civitatis æternæ, per quas omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Christum, ipsi janitores, quibus claves datæ sunt regni cælorum, ipsi etiam dispensatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni dividuntur gradus, & officia

singulorum. Hi sunt, qui non ambiendo, sed spiritualiter vivendo sacerdotiū meruerunt, qui non favoris humani suffragio, sed divino munere sublimati, nihil sibi de præstantia sui principatus applaudunt, quos non inflat honor acceptus, sed exercet labor impositus, qui non excellentiam suam cogitant proiecti, sed sarcinam; nec gloriantur de officii dignitate, sed sudant potius constituti sub onere. *Parisien. sub Ludovico, & Lother. lib. 1. c. 4. & lib. 3. c. 9. Ex Prospero lib. 2. de vita activa, & contemplativa cap. 2. Aqui/gran. sub Ludov. part. 4. cap. 5. Capitul. lib. 5. cap. 163.*

### C A P U T XIII.

Episcopus, juxta regulam a beato Paulo Apostolo decretam, ministerium peragat Episcopale. At qui secus gesserit, canonum coerceatur auctoritate, *Aqui/gran. II. sub Ludov. part. 1. cap. 2.*

### C A P U T XIV.

Sacerdotum est, divina populo dare mandata, & referre responsa, quia in rationali pectoris Aa. *Ezod. c. 28.* ron erant doctrina, & veritas, & sacerdotalis chorus os Domini appellatur, sicut scriptum est, *Hier. c. 15. Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris, cui etiam dictum est: Tu autem annuntia Ezech. c. 33. bis eis, quia in populis universis, ex me, & legem requirent ex ore sacerdotis, quia Angelus Domini exercituum es.* Sacerdotum est etiam, imminentem gladium, quæ est animadversio divini furoris, atque judicij, populis nuntiare, eorum est nihilominus, verbi gladio acutiore omni gladio ancipi, qui penetrat usque ad divisionem animæ, & spiritus, compagnum quoque & medullarum, ac cogitationum, & intentionem cordis in unoquoque Ecclesiæ filio prava resecare a rectis, pravosque in omni Ecclesia, si ita res proposcerit, ut sæculi judices, & judicij divini præcones segregare de rectis, quia nulli, qui sanum sapit, est dubium, ita Dominum omnia moderasse, ut clavibus Ecclesiæ datis, aditus ad vitam claudi debeat, vel referari, & quidquid ordine ordinato a Sacerdotibus in Ecclesia geritur, per gratiam sancti Spiritus ab illo geratur, qui quod eis promisit, nullatenus pro quocumque in quocumque dimisit, *Ecce ego, inquiens, vobis/cum sum Mæst. c. mts. usque ad consummationem sæculi. Meld. in princ.*

### T I T U L U S III.

**QUIBUS GRADIBUS DEBEAT EPISCOPUS ASCENDERE AD EPISCOPATUM.**

### C A P U T I.

**S**i quis propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Jesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum ecclesiasticum transiens per definita nunc tempora, irreprehensibilis inventus extiterit, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi vero duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis, &c. Bene placuit huic sanctæ, ac universalis synodo, Episcopum, vel Patriarcham eligi hunc, & admitti; si vero præter hanc definitionem nostram quisquam ad jam factum supremum honorem proiectus extiterit, reprobetur, & ab omni sacerdotali operatione prorsus

sus abiiciatur, utpote qui extra sacros canones sit promotus. *Synod. VIII. gen. sub Hadr. II. c. 5.*

C A P U T II.

Ne per saltum fiat ordinatio, neque ex laicis Episcopus. *Syn. VIII. sub Joann. IX. art. 2.*

C A P U T III.

Si quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere, sit prius ostiarius, lector, exorcista per tempora, quæ Episcopus constituerit, deinde acolythus an. V. subdiaconus an. V. custos martyrum an. V. diaconus an. V. presbyter annis tribus probatus ex omni parte, in tantum, vel etiam ab his, qui foris sunt testimonium habeat bonum; unius videlicet uxoris vir, quæ tamen a sacerdote sit benedicta, & si probatus fuerit dignus, & vota populi, & cleri concurrerint, canonice Episcopus consecretur, quem postea nec clerus, nec populus perturbare debet, &c. *Syn. Roman. CCLXVIII. Episcoporum sub Silvestro.*

C A P U T IV.

Si quis clericatum promereri desiderat, hoc iustum est, ut sit ostiarius annum unum, lector an. XX. exorcista an. X. acolythus an. V. subdiaconus an. V. diaconus an. V. & sic ad honorē presbyteri accedit, & faciens in eo ordine an. VI. si fuerit omnium votiva gratia, non præmio, non invasione cupiditatis, nulli præripiens gradum, sic ab omni Ecclesia eligatur consecrandus Episcopus, nullo de membris Ecclesiae intercedente, & omni Ecclesia conveniente. *Silvest. in conc. Rom. CCLXXV. Episcop. c. 5.*

C A P U T V.

(Silvester) præter synodum constituit, ut nullus ex laica persona ab honore acolythi ad Episcopatum sublevaretur, nisi prius fuisse ostiarius, lector annis XXX. deinde una die exorcista, postea caperet onus acolythi, & facheret in eodem ordine annos X, ut acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset an. V. deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, rogantibus XXX. presbyteris examen, ut esset diaconus Cardinalis, quia a prima lede erat constitutum, ut serviret an X. Si quis desideraret ordinem presbyterii, in VII. annis a cuncto clero Romano probaretur gratia doctrinæ, nativitatis, generositatis, & consilii, non expetens prædam a quoquam, & cuius opinionem claram, & firmam omnes presbyteri declararent, & confirmarent, & sic ad ordinem presbyterii accederet, & facheret in eodem ordine an. III. & ita si exigat ordo, vel causa pietatis, aut sanctitatis, ad onus Episcopatus ascenderet, & omnis clerus peteret ordinari ex uno voto perenni. *Silv. in syn. Rom. 284. c. 11.*

C A P U T VI.

Nullus laicus clericus, vel tantum subdiaconus in Episcopum eligatur. *Urban. II. in conc. Claram. cap. 5.*

C A P U T VII.

Eum, qui ex vita gentili accesserit, & baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est aequaliter protinus Episcopum fieri. Iniquum est enim, ut qui sui nondum experientiam ostenderent, sit aliorum magister, nisi forte hoc divina gratia fiat. *Apost. c. 80.*

C A P U T VIII.

Si quis Episcopus esse meretur, sit primo ostia. *Dif. 77. c. 3.*  
rius, deinde lector, postea exorcista, inde sacre tur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde si mere tur, Episcopus ordinetur. *Cajus ep. un. in fin. Vi denc. Anac. ep. 2. post princ.*

C A P U T IX.

Quicumque se Ecclesiae voverit obsequiis a sua infanthia, ante pubertatis annos baptizari, & lectoris deber ministerio sociari, qui ab accessu adolescentiae usque ad tricesimum \* ætatis annum si probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem, communi per sacerdotem beneficione percepit, uxore contentus, acolythus, & subdiaconus esse debet, posteaque ad diaconi gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probaverit, accedit, ubi si ultra quinque annos laudabiliter vixerit, & ministra verit congrue, presbyterium confequatur, exinde post decennium Episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata: qui vero jam ætate grandævus, melioris propositi convergatione provocatus, ex laico ad lacram militiam per venire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim lectorum, aut exorcistarum numero societur, si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum iniciatus fuerit, expleto bieanio, per quinquennium aliud acolythus, & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit, provehatur, exinde jam accessu temporum presbyterio, vel Episcopatu, si eum clerici, ac plebis evocaverit electio, non immerito societur. *Syric. ep. 1. c. 8. 9. C. 10. Ivo part. 6. c. 91. C. 92. decr.*

C A P U T X.

Monachos, quos morum gravitas, & vita ac fidei institutio, sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus, ita, ut qui intra tricesimum annum ætatis sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoteantur ordinibus, & sic ad diaconatus, vel presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant, nec per saltus ad Episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. *Syric. epist. 1. c. 13. Ivo part. 6. c. 53. decr. Ans. lib. 7. c. 101. in add.*

C A P U T XI.

Laici, qui habentes uxores baptizati sunt, &c. *Dif. 33. c. 6.*  
non prohibentur ad clericatus sortem assumi, ita fane, ut in eos tempora a majoribus constituta serventur, nec cito quilibet lector, acolythus, diaconus, sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter, & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium post hac emensis à pendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. *Innoc. epist. 4. cap. 4. C. 5. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 4. pa norm. C. part. 6. c. 95. decr. Ans. lib. 7. c. 29. Tarr. lib. 1. c. 129.*

CA-

# 104 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T XII.

*Diss. 59. c.  
2. Si officia.* Quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cælesti militia, &c. statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit? & prius velit dicere, quam discere? Alluecat in Domini carnis, in lectorum primitus gradu, divini rudimentis servitii, nec illi vile sit, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri, nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione temporibus. Jam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia antea ea testentur, jure inde Summi Pontificis locum sperare debebit. *Zosimus ep. 1. c. 1. Ans. lib. 6. c. 24.*

## C A P U T XIII.

*Diss. 77. c. 2.* Hæc autem [in singulis gradibus observanda sunt tempora, si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores ad xx. ætatis annum continuata observatione perduret. Si maior, & grandævus accesserit, qui tamen post baptismum statim se divinæ militiæ desiderat mancipari, sive inter lectores, sive inter exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolythus, vel subdiaconus iv. annis sit, & sic ad benedictionem diaconatus, si mereatur, accedat. In quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hæc rere debet, exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, sumnum Pontificatum sperare debebit. *Zosim. epist. 1. c. 3. Ans. lib. 7. c. 41.*

## C A P U T XIV.

*Diss. 59. cap. 4.  
4.2.* Ordinatos quosdam Episcopos, qui nullis Ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, didicimus, cum ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut minoribus iniciati officiis ad majora firmetur. *Cælest. epist. 2. cap. 3. Burch. lib. 1. c. 18. Ivo part. 5. c. 72. decr. Tarr. lib. 6. c. 137.*

## C A P U T XV.

*Diss. 61. Mi.  
ramur. c. 5.* Merito beatorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis usque ad provectiones annos, per disciplinæ Ecclesiasticae studia cucurisset, ut unicuique testimoniū prior vita præberet, nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur, &c. Eos, quorum provectione hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium Episcopale delesti sunt &c. suscepimus sacerdotium tenere permittimus, non præjudicantes Apostolicæ sedis statutis, nec prædecessorum nostrorum, nostrisque decretis, quibus salubriter constitutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. *Leo epist. 85. ad Episc. African. cap. 1. Ivo part. 5. cap. 105. decr.*

## C A P U T XVI.

Qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa, ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab hujusmodi se intentione non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subiiciendos. Nec facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus, & tempora constituta sunt, per quæ ad hanc dignitatem debeat aspirare, &c. *Symmac. epist. 1. cap. 2.*

## C A P U T XVII.

Hominem laicum non promovendum ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sardente concilium ait, ut de laicis non eligerentur Antistites, c. XIII. &c. & Gelasius non solum Episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros, ne talia præsumerent, veruit in decreto rum suorum, c. III. *Nicol. in epist. ad Michael. Imper. ante med. quæ incip. Principatum, leta in act. 4. synod. VIII. CP. sub Hadr. II. post princip.*

## C A P U T XVIII.

Si quis dives, vel scholasticus ex foro petatur Episcopus fieri, non ante ordinetur, quam lectoris, diaconi, & presbyteri ministerium peragat, ut si in singulis gradibus dignus censeatur, ad culmen Episcopatus breviter ascendat. Habeat autem unusquisque gradus competens temporis spatium, in quo ejus fides, & virtus cognosci possit, & qui sacerdotio dignus existimatur, majore honore fruatur, non enim decet Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum cito ordinare; nam recte is neophytus dicitur, cum Paulus gentium doctor prohibeat celeres ordinationes, multi temporis probatio ejus conversionem, & mores declarabit. *Sard. 10. G. 13. L. Burch. lib. 1. cap. 17. Ivo part. 5. cap. 71. decr. Cæsar. lib. 3. cap. 20.*

## C A P U T XIX.

Non oportet itam a baptismo promoveri in ordinem sacrum neophyrum ad ordinem sacerdotalem. *Laod. cap. 3.*

## C A P U T XX.

Qui non promoveantur ad sacerdotium, ex *Diss. 51. c. 5.* regulis canonum necessario credimus inferendum, Qui in aliquid est, qui in aliquo crimine detecti sunt, &c. Qui quo per gradus ecclesiasticos non ascenderunt. *Tolet. IV. cap. 18.*

## C A P U T XXI.

Qui saltu sine gradu diaconi ad sacerdotium profilivit, in degradationem debitam resilire debet. *Syn. Sueffion. apud D. Medard. in accusat. Hincmari, in fine.*

## C A P U T XXII.

Cajus constituit, ut omnes ordines in ecclesia sic ascenderent. Si quis Episcopus fieri mereretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, sequens subdiaconus, diaconus, presbyter, exinde Episcopus ordinaretur. *Damas. in Cai.*

## C A P U T XXIII.

Silvester constituit, ut si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere, ut esset ostiarius + lector annos xxx. exorcista dies xxx. acolythus annis

annis v. subdiaconus annis v. custos martyrum. annis v. diaconus annis VII. presbyter annis IIII. probatus ex omni parte, ut etiam ab his, qui foris sunt, habeat bonum testimonium, unius uxoris vir, uxore a sacerdote benedicta, & sic ad ordinem Episcopatus ascenderet, nullum majoris, vel prioris locum invaderet, nisi ordine temporum cognosceret omnium clericorum vota grata, nullo omnino clero contradicente, vel fidei. *Damasus in Silvestr. post principium.*

## TITULUS IV.

*POPULUS ET CLERUS OLIM SOLEBANT IN ELECTIONE OSTENDERE, QUEM VELLENT SIBI PRÆESSE EPISCOPUM, ET NON POPULUS SOLUS.*

## CAPUT I.

**E**piscopum consecrari non convenit, nisi a clericis, & populo fuerit postulatus. *Synod. Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. c. 5.*

## CAPUT II.

Quotiens defuncto Pastore alicujus ecclesiae, alius est ei canonice subrogandus; instantia visitatoris Episcopi, qui ei ab Apostolica, vel metropolitana sede directus est, clericus, & populus remota omni sæculari ambitione, timore, atque gratia, & Apostolicæ sedis, vel Metropolitani sui consensu Pastorem sibi secundum Deum eligat. Qui si correptus aliquo vitio aliter agere presumperit, electionis perperam factæ omni fructu carabit, & de cetero nullam electionis potestatem habebit: electionis vero potestas omnis in deliberatione sedis Apostolicæ, sive Metropolitani sui confusat. *Greg. VII. in syn. Rom. an. VII. sui Pontific. c. 6.*

## CAPUT III.

*Difst. 77. Quicunq. c. 13.* (Qui ordines inferiores suscepit) exinde jam accessu temporum presbyterio, vel Episcopatu, si eum cleri, ac plebis evocaverit electio, non immerito societur. *Syric. ep. 1. cap. 10. part. 6. cap. 91. decr.*

## CAPUT IV.

*Difst. 61. c. 13. difst. 63. Cleri. 26.* Nullus invitatis detur Episcopus, cleri, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clero\*, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, poterit tuerit\* reperiri, &c. *Cælestin. epist. 2. cap. 5. Syn. Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 61. decr. & in epist. 46. ad Gaufridum. Deusd. c. 1. Anselm. lib. 6. cap. 21. Cæsar. lib. 3. cap. 25. Tarr. libro 3. c. 3.*

## CAPUT V.

*Difst. 63. Si forte. c. ult.* Cum de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri, plebisque consensus concorditer postulaverit. Ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus, & studiis juvatur, & meritibus: tantum ut nullus invitatis, & non potentibus ordinetur, ne civitas Episcopum non optatum aut temnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quam convenient, cui non licuerit habere, quem voluit. *Cifst. 65. c. 4.* [De persona autem consecrandi Episcopi, & de Tom. V.

cleri, plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, &c. *Leo epist. 54. alias epist. 82. vel 84. ad Anastas. Thessalon. cap. 5. & 6. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 6. panorm. & part. 5. cap. 347. & 348. decr. Anselm. lib. 6. cap. 16. Deusd. cap. 1.*

## CAPUT VI.

Quid sibi Hilarius querit in aliena provincia, *Difst. 63. c. 27. Vota.* & id, quod nullus decessorum ipsius habuerit, cur usurpat? Expetarentur certe vota civium, testimonia populorum, quereretur honoratorum arbitrium, electio clericorum, quæ in sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui norunt Patrum regulas custodiri, ut Apostolicæ auctoritatis norma in omnibus servaretur, qua præcipitur, ut sacerdos ecclesiarum præfuturus, non solum attestatio fidelium, sed etiam eorum, qui foris sunt, testimonio munitatur, &c. *Leo epist. 67. vel 87. ad Episcopos Viennensis. provinc. in med.*

## CAPUT VII.

Per pacem, & quietem Sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur, teneantur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus, & plebis. Qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur. Ordinationem sibi singuli Metropolitani suarum provinciarum cum his, qui ceteros sacerdotii antiquitate præveniunt, restituto sibi per nos jure defendant, &c. *Leo epist. 67. sive 87. ad Episcopos Viennensis. provinc. antefinem.*

## CAPUT VIII.

Nulla ratio finit, ut inter Episcopos habentur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebis expetiti, nec a provincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati, &c. [Si qui autem clerici ab ipsis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum consensus, & iudicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis ecclesiis perseverent: aliter autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita. *Leo epist. 70. al. epist. 90. cap. 1. ad Rustic. Narbon. Syn. Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 11. Ivo part. 5. cap. 65. decr. & in epist. 21. ad Eudonem dapiferum. Anselm. lib. 6. cap. 68. Deusd. cap. 1. Cæsar. lib. 3. cap. 3. Tarrac. lib. 3. cap. 6.*

## CAPUT IX.

Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse iudicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. *Hormisd. ep. 4. cap. 2. ad Episcopos Hispanie.*

## CAPUT X.

Placuit in ordinatione Episcopi hunc ordinem custodiri, ut primo loco venalitate, vel ambitione submota, ab Episcopis nec nominentur, de quibus clericis, vel laici cives erga unum eligendi (non) habeant potestatem. *Arel. II. cap. 35.*

## CAPUT XI.

Quod non sit populis concedendum, electionem facere eorum, qui sunt ad sacerdotium provehendi. *Laod. cap. 13. Mart. Brac. cap. 1. Tul. Non est. 6.*

O

## 106 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Ien. part. 2. cap. 8. Capitul. lib. 7. cap. 79. Burch. lib. 2. cap. 8. Ivo part. 6. cap. 28. decret. Anselm. lib. 6. cap. 38. Deusd. cap. 1. &c. 4.*

### C A P U T XII.

Quoniam Hippontium Diaretorum ecclesiae destitutio non est diutius negligenda, &c. missis ex praesenti concilio Episcopis, Regino, Alipio, Augustino, Materno, &c. conventis, & correctis his, qui culpabili pertinacia fugam ejusdem Equitii exspectandam putabant, cum omnium voto eis Episcopus ordinetur, &c. *Afric. cap. 45. L. 49. G.*

### C A P U T XIII.

De comprovincialibus ordinandis cum consensu Metropolitani, cleri, & civium, juxta priorum canonum statuta, voluntas, & electio requiratur. *Aurel. III. cap. 3.*

### C A P U T XIV.

Duobus, aut tribus, qui tamen digni sint, quos consensus cleri, & plebis selegerit, Metropolitani judicio, ejusque coepiscopis, presentatis, quem sors praevalete Episcoporum jejunio, Christo Domino terminante monstraverit, benedictio consecrationis accumulet. *Barcin. cap. 3.*

### C A P U T XV.

Episcopatum desiderans electione clericorum, vel civium, &c. Pontifex ordinetur. *Arvern. c. 2.*

### C A P U T XVI.

Juxta quod antiqui canones decreverunt, nullus invitis detur Episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum cives, aut clerci, quod dici nefas est, inclinentur. Quod si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violentiam, quam per decreta legittimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Aurel. V. cap. 11.*

### C A P U T XVII.

*Dif. 51. c. 5.* Ille deinceps sacerdos (*non erit*, quem nec clericus, nec populus propriæ civitatis elegit. *Tolet. quo. IV. cap. 18.*

### C A P U T XVIII.

Si quis Episcopus de quacumque civitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi a comprovincialibus, clero, & civibus suis alterius habeatur electio: sin aliter, hujus ordinatio irrita habeatur. *Cabilon. 10.*

### C A P U T XIX.

Juxta antiquam consuetudinem canonum decreta serventur. Nullus civitas invitis ordinetur Episcopus, nisi quem populi, & clericorum electio plenissima quærerit voluntate, non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra Metropolis\* voluntatem Episcoporum comprovincialium ingeratur. *Paris. cap. 8.*

### C A P U T XX.

Si quando alicujus civitatis Episcopus vaccinatione Domini decesserit, a gloriosissimo Princeps supplicando postuletur, ut canonicam electionem clero, & populo ipsius civitatis permittere dignetur. *Valent. sub Loth. cap. 7.*

### C A P U T XXI.

*Dif. 63. c. 8.* Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium provocantur, sed in iudicio

Episcoporum est, ut ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, & fide, & in vita spirituali edocetus sit. *Mart. Brac. I. Tullen. part. 2. cap. 8. Vide Laod. 12. 13. Burch. lib. I. cap. 10. Ivo part. 5. cap. 64. decret. Anselm. lib. 6. cap. 8. Cesar. lib. 3. cap. 18.*

### C A P U T XXII.

Si (*sacerdori*) secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversus sacerdotum collegium quidquam moveret, nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, judicem se non jam Episcopi, sed Dei faceret, &c. Quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi universi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctis, &c. Cum talis a quibusdam desperatis, & perditis impugnari videtur, apparet, quis impugnet, non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit, aut protegit, sed ille, qui Christi adversarius, & Ecclesiæ ejus inimicus. *Cyprian. ep. 3. ad Corin. post princ.*

### T I T U L U S V.

#### QUALIS DEBEAT ELIGI EPISCOPUS.

### C A P U T I.

*F*idelis sermo: Si quis Episcopatū desiderat, bonū opus desiderat. Oportet enim \* Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percusorē, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, tuę domui bene præpositū, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suę præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiā habebit? non neophytum, ne in superbia elatus, in iudicium incidat dialoli. Oportet autē illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. *Paulus ep. 1. cap. 3. ad Timoth.*

### C A P U T II.

Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ defunt, corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimen est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriaz, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine criminis esse, sicut Dei dispensatorem, non superbū, non iracundum, non vinolentum, non percusorē, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contra dicunt arguere. *Paulus in epist. ad Titum cap. 1.*

### C A P U T III.

Cum in cunctis sacris ordinibus, & ministeriis ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & scientia litterarum sit inquirenda \*, multo fortius hoc in Episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conversari, &c. Nullus in Episcopum eligatur

\* Metropo-  
litanis, f.

*De elect. c. 7.*  
*Greg. IX. cap. 16. eod.*  
*tit. in 1. coll.*  
*\* attenden-*  
*da, & qua-*  
*renda.*

<sup>\* implevit.</sup> tur, nisi qui jam xxx. ætatis annum egerit \*, & de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vi-  
ta, scientia commendabilis demonstretur. *Alex.*  
*III. in conc. Later. cap. 3.*

## C A P U T IV.

<sup>1. Tim. c. 3.</sup> Beatissimi Pauli discretione, atque admonitione Episcopum consecrari omnino oportet desiderabilem boni operis, irreprehensibilem, & reliquis optimis approbationibus, quæ sequuntur, ut doctrinam Dei ornent in omnibus, ne, ut in pastorali libro continetur, contradicendus inveniatur:  
<sup>Part. I. c. 1.</sup> „ Ab imperitis enim [ inquit ] pastorale magi-  
sterium, qua temeritate suscipitur, quando  
<sup>Part. I. cap. 10.</sup> „ ars est artium regimen animarum ? “ Et ite-  
rum : „ Ille igitur modis omnibus debet ad exem-  
„ plum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis pas-  
„ sionibus moriens, jam spiritualiter vivit, qui  
„ prospera mundi postponit, qui nulla adversa  
„ pertimescit, qui sola interna desiderat. Cujus  
„ intentioni bene congruens, nec omnino per  
„ imbecillitatem corpus, nec valde per contu-  
„ maciam repugnat spiritus. Qui ad aliena ca-  
„ pienda non ducitur, sed propria largitur. Qui  
„ per pietatis viscera citius ad ignoscendum fle-  
„ ditur, sed numquam plus quam deceat, igno-  
„ scens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nul-  
„ la illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis, ut  
„ propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienæ  
„ infirmitati compatitur, sicut in bonis proximi-  
„ mi, sicut in suis profectibus lætatur. Qui ita se  
„ imitabilem ceteris in cunctis, quæ agit, insi-  
„ nuat, ut inter eos non habeat, quod saltem  
„ de transactis mens erubescat. Qui sic studet vi-  
„ vere, & \* proximorum quoque corda arenitia  
„ doctrinæ valeat fluentis irrigare \*. Qui ora-  
„ tionis usu, & experimento jam didicit, quod  
„ obtainere a Domino, quæ poposcerit, possit.  
„ Cui prophetica voce, jam quasi specialiter di-  
„ citur: *Adbuc loquente te, dicam, adsum* “. Ideoque talium rerum tales esse oportet, non indoctos, ne aliqua opportunitate turpes inveniantur, sicut in eodem libro habetur: „ Qui cum  
„ spiritale aliquid a subditis Pastor inquiritur  
„ ignominiosum valde est, si tunc querat disce-  
„ re cum questionem debet enodare “. *Synod.*  
*Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. cap. 1. Aquisgr.*  
*cap. 13.*

## C A P U T V.

Episcopos per singulas civitates, quibus ille  
non miserat, perdoctos & prudentes sicut serpen-  
tes, simplicesque sicut columbas, juxta Domini  
præceptionem, nobis mittere. *Petrus Apostolus.*  
*præcepit.*) *Clem. ep. 1. post medium.*

## C A P U T VI.

<sup>6. q. 1. c. 5.</sup> Beatus. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem,  
sanctorumque ac discretam a saecularibus, & lai-  
cis hominibus esse, & spirituales quosque atque  
sacerdotes super carnales, & laicos semper con-  
stituendos docebat (*Petrus Apostolus*). *Clem.*  
*d. ep. 1. post med. Ans. lib. 3. c. 1.*

## C A P U T VII.

<sup>Dift. 79. c.</sup> *alii.* Electionem summorum sacerdotum sibi Do-  
minus reservavit, licet electionem eorum bonis

sacerdotibus, & spiritualibus populis conceperet. *Tit. 1. d.*  
Electi enim illorum taliter Apostolus fieri jubet. Si quis sine crimen est unius uxoris virum  
filios habentem fideles, non in accusatione luxu-  
riæ, aut non subditos, & reliqua. *Anacl. ep. 2. an-*  
*te med. Ivo part. 5. c. 238. decret. Cæsar. lib. 4.*  
*cap. 47.*

## C A P U T VIII.

Illi (*Episcoporum*) vitam, & judicium com-  
petenti, regularique debent moderamine dispa-  
nere, qui eos in sacerdotium ordinant, & a qui-  
bus jam ordinati sunt. *Fabian. ep. 2. in med.*

## C A P U T IX.

Virum catholicum, & præcipue Domini sa-  
cerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla  
oportet cupiditate violari. Dicente quippe Scri-  
ptura sancta: „ Post concupiscentias tuas non eas,  
„ & a voluntate tua vetare “, multis mundi hu-  
jus illecebris, multis vanitatibus resistendam est,  
ut verae continentiae obtineatur integritas, cuius  
prima est labes superbia initium transgressionis,  
& origo peccati. *Leo ep. 51. ad Anatolium Epi-*  
*scop. CP. post princ.*

## C A P U T X.

Ad Timotheū loquitur Apostolus: „ Manus <sup>1. Tim. 5. d.</sup>  
„ cito nemini imposueris, neque communicave-  
„ ris peccatis alienis, quod propterea memora-  
„ tur, ut examine habito, & probitate morum,  
„ & ecclesiastico labore sit commendator, qui  
„ vocatur in medium, ut sumnum sacerdotium  
„ possit accipere probatus judicio, non favore  
„ suscepimus, veritate, non gratia, Apostolico or-  
„ dine functus, non præcipiti voluntate “. De  
quo ad vestram sinceritatem hujusmodi litteræ  
cucurrerunt, multo fratrum, & consacerdotum  
consensu, ut hac vestra subscriptione firmata ec-  
clesiastici canonis dispositio, quæ apud Nicæam  
tradicta est confirmata, suo merito fundatissima  
permaneret, ut tales videlicet ad ecclesiasticum  
ordinem permitterentur accedere, quales Apo-  
stolica auctoritas jubet, non quales dico, vel eos,  
qui cingulo militie saecularis adstricti olim gloria-  
ti sunt, qui postea quam pompa saeculari exulta-  
verunt, aut negotiis reip. optaverunt militare,  
aut mundi curam tractare, exhibita sibi quorun-  
dam manu, & proximorum favore stipati, hi fre-  
quenter ingeruntur auribus meis, ut Episcopi es-  
se possint, qui per traditionem, & Evangelicam  
disciplinam esse non possunt. Quantis hoc aliquo-  
ties certatum est viribus? Sed nihil tale potuit e-  
lici, quæ ratio non compellit, etiam de longinquò  
venient ordinandi, ut digni possint & plebis, &  
nostro judicio comprobari. *Syric. ep. 3. c. 1.*

## C A P U T XI.

Ut [ in sacerdotibus ordinandis, quæ sunt a *Dift. 61. c. 2.*  
Patribus præscripta, & definita cogitatis, quia  
sicut est caput Ecclesia Christus, Christi autem  
vicarii sacerdotes, sic & in eligendis his curam o-  
portet esse perspicuum. Irreprehensibles enim es-  
se convenient, quos præesse necesse est corrigendis:  
nec quidquam illi deesse personæ, penes quam est  
religionis summa, & substantia disciplinae. Atti-  
met quis pretium Dominici gregis, ut sciatur,  
quod meritum constituendi deceat esse pastoris.

Hor-

*Ephes. 5. c.*  
*1. Tom. 3. a.*

## 108 Juris Pontificii Veteris Epitome

Hormisda ep. 4. c. 1. Anf. lib. 6. c. 19. Tarrac.  
lib. 3. c. 13.

### C A P U T XII.

Papa noster Gregorius clero Mediolanensis Ecclesiae, pro eligendo sibi Episcopo, litteris suis præcipiens ait: „Pensantes ergo, quæ cunctis „expediunt, & quem vobis gratia Divina præ- „tulerit, integerrimam semper in omnibus obe- „dientiam præbete. Judicari namque a vobis ul- „tra non debet semel prælatus, sed tanto nunc „subtiliter judicandus est, quanto postmodum „judicandus non est“. Nicol. in ep. ad Mich. Imp. ante med.

### C A P U T XIII.

Inter hoc quid sequendum est, quid tenendum, nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat virtutibus vacuus, nec coactus accedat? Gregor. in Pastorali parte 1. cap. 9. them. ult. Apud Gregor. VII. lib. 8. registr. ep. 21. in fine.

### C A P U T XIV.

Non te pigateat, aut pudeat, extraneum forte, vel humilis sanguinis virum, dummodo idoneus sit, ad ecclesiæ tuæ regimen, quod proprie bonos exoptat, ascire, cum Romanâ respublica, ut Paganorum tempore, sic & sub Christianitatis titulis, inde maxime Deo favente excreverit, quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi, & corporis virtutes perpendendas adjudicavit. Gregor. VII. lib. 9. registr. epist. 2. in med.

### C A P U T XV.

Dif. 24. c. 4. Episcopi judicio Metropolitanorum, & Episcoporum vicinorum ordinentur in ecclesiastico throno, qui multis in rebus probati sunt, & in ratione fidei, & recta administratione vita. Laod. cap. 12. Mart. Brac. c. 1. Tullen. part. 2. cap. 8. Vid. Nicæn. 4. 6. Antioch. 19. 23. Capitul. lib. 7. cap. 78. Burchard. lib. 1. cap. 9. Ivo part. 5. cap. 63. decr.

### C A P U T XVI.

Commendatario (*intercessori*, L.) sedes non præsteratur, cuius est commendatarius, ob qualcumque populi studium, sed intra annum de Episcopo provideatur, aut post annum aliis commendatarius fiat *intercessor*, L.). Carthag. 75. G. Carth. V. c. 8. L. Afric. 41. L. Capit. lib. 7. c. 120.

### C A P U T XVII.

Dif. 24. c. 2. Qui Episcopus ordinandus est, antea examineatur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, &c. cum in his omnibus examinatus, fuerit inventus plene instritus, tunc cum consensu clericorum, & laicorum, & conventu totius provinciæ Episcoporum, maximeque Metropolitanæ, vel auctoritate, vel præsentia ordinetur Episcopus. Suscepito in nomine Christi Episcopatu, non suæ delegationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat. Carth. IV. c. 1. Burch. lib. 1. c. 8. Ivo part. 5. c. 62. deer.

### C A P U T XVIII.

Placuit etiam, ut sacrum quis Pontificii honorem non votis querat, sed meritis, nec divinum videatur munus comparare rebus, sed moribus,

ataque eminentissimè dignitatis apicem omnium consendarat electione, non paucorum favore. Sit in eligendis sacerdotibus cura præcipua, quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse neesse est corrigendis, &c. Episcopatum ergo desiderans electione clericorum, vel civium, consensu etiam Metropolitani ejusdem provinciæ Pontifex ordinetur, non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola ad conscribendum decretum alius hortetur præmiis, alias timore compellat. Quod si quis fecerit, ecclesiæ, cui indignus præesse cupit, communione privabitur. Arvernens. 2.

### C A P U T XIX.

Quicumque deinceps ad ordinem sacerdotii Dif. 41. c. postulatur, & in his, quæ prædicta sunt exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus, probabilis vita, atque doctrina extiterit, tunc, secundum synodalia, vel decretalia constituta, ab universis comprovincialibus Episcopis, aut certe a tribus consecrabitur. Toletan. IV. c. 19.

### C A P U T XX.

Qui per canonum constituta tempora ecclesiasticos per ordines spirituali opere defudando, probatae vitæ adminiculo comitante consenderit, ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino provehatur, ita tamen, ut duobus, aut tribus, quos consensus cleri, & plebis selegerit, Metropolitanæ judicio, ejusque coepiscopis præsentatis, quem sors, præunte Episcoporum jejunio, Christo Domino terminante, monstraverit, benedictio consecrationis accumulet. Barcinonen. II. cap. 3.

### C A P U T XXI.

Siquis Episcopatum desiderat, bonum opus 1. Tim. 3. 1. desiderat, opus, non dignitatem, laborem, non delicias, opus, quod per humilitatem crescit, non intumescat fastidio: Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse. Id ipsum quoque ad Tirum: Si quis est sine criminis. O. Tit. 16. mnes virtutes in uno sermone comprehendit, & pene rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioso verba, reprehensione dignum est, quis est ille, qui absque peccato, id est sine reprehensione versetur in hoc mundo? sed futurus Pastor ecclesiæ talis eligatur, sed ad cuius comparationem recte greci ceteri nominentur, &c. Perdit enim auctoritatem dicendi, cuius sermo opere destruitur: Unius uxoris virum. Certe de baptizatis sermo Apostoli est nemo dubiter: Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, &c. Oportet autem eum, & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt. Quale principium, talis & clausula. Qui irreprehensibilis est, non solum a domesticis, sed & ab alienis consono ore laudatur. Alieni, & extra Ecclesiam sunt Judei, Hæretici, atque Gentiles. Talis ergo sit Pontifex Christi, ut qui religioni detrahunt, vitæ ejus detrahere non audeant. Hos in sacerdotibus eligendis canones observare oportet. Hieronymus in epistola ad Oceanum, apud Aguisgr. c. 11.

CA-

## C A P U T XXII.

Ille modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens, jam spiritu ualiter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola æterna concupiscit, cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corporis, nec valde per contumeliam spiritus repugnat. Ille nihilominus ad dignitatem pastoralis officii debet provehi, qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur, qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed non plus quam decet, ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis, ut propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienæ infirmitati compatitur, sive in bonis proximi, sicut in suis proiectibus lætatur. Ad dignitatem Pontificalis excellentia recte pervenit, qui ita se imitabilem ceteris in cunctis, quæ agit, insinuat, ut inter eos non habeat, quod saltem de transactis erubescat. Qui sic studet vivere, ut proximorum quoque corda arentia doctrinæ valeat fluentis irrigare. Qui orationis usu experimento jam didicit, quod obtinere a Domino, quæ poposcerit, possit, &c. Qua mente apud Dominum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se ejus gratiæ esse per vitæ meritum nescit? aut ab eo quomodo aliis veniam postulat, qui utrum sibi sit placatus ignorat? Quia in re est adhuc aliud sollicitius formidandum; ne qui placare iram posse creditur, hanc ipse ex reatu proprio mereatur. Cuncti liquido novimus, quia cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis adstringitur, caveat ne districti iram judicis gravius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruiна. Solerter ergo se quisque metiat, ne locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter regnat, ne is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri audeat pro culpis aliorum. *Greg. in Pastor. lib. i. cap. 10. ¶ 11. apud Aquisgr. c. 13. Syn. Rom. sub Eug. II. ¶ Leon. IV. cap. 1.*

## C A P U T XXIII.

Sunt plerique pastorum, qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt, docere concupiscunt. Qui pondus magisterii tanto levius æstimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant. Et quia indocti, ac præcipites doctrinæ arcem tenere appetunt, a præcipitationis sua ausibus in ipsa locutionis janua repelluntur. Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium, qua temeritate suscipitur, quando ars artium regimen est animarum? Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? & tamen sæpe, qui nequaquam spiritualia præcepta cognoverunt, cordis se medicos profite ri non metuunt, dum qui pigmentorum vim nesciunt, videri carnis medici erubescunt. Sunt non nulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis, gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, transcendere ceteros concupis-

cunt: attestante veritate, primos recubitus in *Matt. 23. 6.* cœnis, primas in conventionibus cathedras querunt. Qui susceptum curæ pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad hujus humilitatis magisterium ex sola elatione pervenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud dicitur, aliud docetur. Contra quos indignos Pastores Dominus per Prophetam queritur, dicens: *Ipsi regnaverunt Osee. 8. 4.* ¶ non ex me: Principes extiterunt, ¶ non cognovi. Ex se namque, & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequaquam divinitus vocati, sed sua cupidine accessi, culmen regiminis rapiunt, potius quam assequuntur. Quos tamen internus judex & provehit, & non cognoscit: quia quos permittendo tolerat, profecto per judicium reprobationis ignorat, &c. Plerumque qui subire magisterium pastorale cupiunt, nonnulla quoque bona opera animo proponunt, & quamvis hoc elationis intentione appetant, operaturos tamen se magna pertractant, fitque ut aliud in imis intentio superimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sibi ipsa de se mens sæpe mentitur, & fingit se de bono opere amare, quod non amat; de mundi autem gloria non amare, quod amat: quæ principari appetens, fit ad hoc pavida, cum quærit; audax, cum pervernit. Tendens enim, ne non perveniat, trepidat; sed repente perveniens, jure sibi hoc debitum, ad quod pervenit, putat; cumque percepto Principatus officio perfici fæculariter coepit, libenter obliviscitur, quidquid religiose cogitavit, &c. Ex anteacta ergo vita se quisque inveniat, ne in appetitu se culminis imago cogitationis illudat. Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto mari, recte navim & imperitus nauta dirigit, turbato autem tempestatum fluctibus etiam peritus nauta se confundit. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis, in qua dum cogitationum semper procellis navis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur, ut per repentinus excessus oris, & operis, quasi per obviantia saxa frangatur. Inter hæc itaque, quæ protulimus, quid sequendum, quid tenendum est, nisi ut virtutibus pol lens, coactus ad regimen veniat; virtutibus vacuus, nec coactus accedit? Ille, si omnino renititur, caveat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans, de ejus occultatione judicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. At contra iste cum regimen appetit, attendat, ne per exemplum bani operis, Phariseorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat. Qui juxta summi *Matt. 23. 6.* magistri vocem, nec ipsi intrant, nec alias intrare permittunt. Considerandum quoque est, quia cum causam populi electus Præful suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in ejus opere passiones vivunt, qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? *Greg. lib. i. Pastor. in prologo, ¶ c. i. ¶ 9. apud Aquisgr. c. 14.*

CA-

# 110 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T XXIV.

Magnitudini vestrae suppliciter suggerimus, ut deinceps in bonis pastoribus, rectoribusque in ecclesiis Dei constituendis, magnum studium, atque solertissimam adhibeatis curam, quia si aliter factum fuerit, & ordo ecclesiasticus suam non habebit dignitatem, & religio in multis labefactando, detrimenti sui jacturam patietur, & anima vestra, quod non optamus, periculum generabitur. *Paris. sub Ludovic. & Loth. libro 3. capitulo 22. Aquisgran. II. sub Ludovic. parte 4. cap. 8.*

## C A P U T XXV.

Nullus Episcopale ministerium per ambitionem munerum attempicare praesumat, sed is ad Episcopale officium perveniat, si secundum Apostolum vivat, id est, irreprehensibiliter, sobrie, prudenter, pudice, ornate, cum hospitalitate, cum doctrina, non vinolenter, non injuriose, modeste, non litigiose, non cupide. Oportet etiam Pontificem propriæ domi else bene præpositum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut doctrinam Dei nostri exornet in omnibus. Nos autem etiam adjungentes, & ab his qui intus sunt, conversantes cum Episcopo, habere testimonium omnem Episcopum oportere. *Aquisgr. II. sub Ludovico part. I. c. 1.*

## C A P U T XXVI.

Si quando alicujus civitatis Episcopus vocatione Domini decesserit, a glorioissimo Principe supplicando postuletur, ut canonicam electionem, clero, & populo ejusdem civitatis permettere dignetur, atque ita aut in clero, aut in diaconi certe ipsa, vel, si opus sit, in vicinia \* ipsius probata & officio digna persona queratur, quæ inventa consensu totius cleri, & populi ad honorem Dei civitati ipsi præficiatur. Sed et si a servitio pii Principis nostri aliquis clericorum venerit, ut aliqui civitati præponatur Episcopus, timore casto sollicitate examinetur. Primum cuius vitæ sit, deinde cuius scientiæ, ne maculata vitæ, & pompis saeculi turgidus, & simoniaca heresi pollutus, humilibus, & mundis membris Christi, Ecclesiaque ipsius supponatur Episcopus. Nec præsumat illiteratum, & cupiditate nimia cœcatum, redditurus facti sui rationem, populo Dei præcere. *Valentin. sub Lothario, capitulo 7.*

## T I T U L U S VI.

*NEOPHYTI NON POSSUNT ELIGI  
EPISCOPI, NEQUE LAICI.*

## C A P U T I.

*Distinct. 48. Quoniam. c. 1.* **L**acet aliquando contra regulam Ecclesiæ factum sit urgente necessitate, aliave de causa, ut qui ex Gentili vita nuper ad fidem venerant, modico tempore catechumeni, statim ad baptismum deduci sint, & simul in Episcopatum vel presbyterium prælati; id deinceps non fiat, cum tempore ad catechismum opus sit, & post baptismum majore probatione. Apostolus hoc aperte docet: *Non neophyti, ne elatus in judicium incidat, & laqueum diaboli, &c.* Qui vero adversus hæc fecerit, ut contradictor magnæ synodi de clero periclitetur. *Nicæn. 2. Mart. Brac.*

*x. Tim. 3. c.*

*22. Joann. VIII. in epist. legit in VIII. vel IX.  
syn. act. 2. Ivo in prol. panorm. & decr.*

## C A P U T II.

Omnem canonican stabilitatem in ecclesiis semper manere in Christo, providere cupientes, renovamus, & confirmamus terminos, & variationes, quæ olim a sanctis Apostolis, & beatis Patribus nostris editæ, legem in Ecclesia posuerunt; non oportere Antistitem promovere quemquam, qui est vel secundū fidē, vel secundū sacerdotalē sorte neophytus: ne inflatus in judiciū incidat, & laqueum diaboli, sicut dicit Apostolus. Prioribus ergo canonibus concordantes definimus *1. Tim. 3. a.* neminem de senatoria dignitate, vel mundana conversatione, nuper tonsum cum intentione, vel expectatione Pontificatus, vel Patriarchatus honoris, clericum, aut monachum factum, ad hujuscemodi scandere gradum, licet \* per singulos ordines divini sacerdotii plurimum temporis fecisse probetur. Neque enim propter religionem, vel amorem Dei, aut propter expectationem transeundi viam virtutum, sed ob amorem gloriarum, ac principatus, tonsus hujusmodi reperitur. Magis autem coeremus hujusmodi, si ab Imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si vero quis per nullam suspicionem prædictæ concupiscentiæ expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Jesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum ecclesiasticum transfigens per definita nunc tempora irreprehensibilis inventus extiterit, & probatus, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi vero duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quattuor annis, bene placuit huic sanctæ, & universalis synodo, eligi hunc, & admitti. Circa omnes autem, qui religiose morati in ordine clericorum, & monachorum digni judicati sunt Pontificatus dignitate pariter & honore, prædictum tempus abbreviamus, nimirum secundum quod Episcoporum prælati probaverint, qui per tempora fuerint. Si vero præter hanc definitionem nostram quisquam ad jam fatum supremum honorem proiectus extiterit, reprobetur, & ab omni sacerdotali operatione prorsus abiiciatur, utpote quia extra sacros canones sit promotus. *Cap. 5. synodi octavæ CP. sub Hadr. II.*

## C A P U T III.

Nullus laicus, clericus, vel tantum subdiaconus in Episcopum eligatur. *Urban. II. in concil. Claromont. cap. 5.*

## C A P U T IV.

Qui ex Gentili vita venit, & baptizatus est, aut ex prava conversatione, non æquum est, statim Episcopum fieri. Cum enim non didicerit, aliorum esse magistrum, iniquum est, nisi ex divina gratia hoc fiat. *Ap. 8. 0.*

## C A P U T V.

Ordinatos quoddam Episcopos, qui nullis ecclæsiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta didicimus, cum ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut minoribus iniciati officiis ad majora fir-

firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit, &c. Cœlest. epist. 2. 3. Burch. lib. 1. c. 18. Ivo part. 5. cap. 72. decret. Tarrac. lib. 6. cap. 137.

C A P U T VI.

Audivimus, quasdam propriis destituta rectibus civitates, Episcopos sibi velle petere laicis, tantumque fastigium tam vile credere, &c. Dif. 61.c. 7. [ Quid proderit per singula clericos stipendia militasse, & omnem eglise in dominicis castris ætatem, si hi, qui præfuturi sunt, ex laicis requiran- Dif. 62.c. 2. tur? &c. [ Docendus est populus, non sequendus, &c. Cœlest. ep. 3. c. 2. & 3. Capit. lib. 7. c. 50. Burch. lib. 15. c. 13. Ivo p. 16. c. 14. decret. Deusd. c. 1. Ans. lib. 7. c. 28. Tarrac. lib. 1. c. 124. & lib. 3. c. 4.

C A P U T VII.

Sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis non transferantur, longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ, &c. Discere prius quisque debet ante quam doceat, &c. nec tantum de laicis confessari inhibemus, sed nec de poenitentibus, &c. Hormisda ep. 4. c. 1. Ans. lib. 6. c. 19. Tarrac. lib. 3. c. 13.

C A P U T VIII.

Dif. 59.c. 3. Hoc ad nos. Quidam desiderio honoris inflati, defunctis Episcopis tonsurantur, & sunt repente ex laicis sacerdotes, atque invercunde religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites dicerunt. Quid putamus, quid isti subjectis præstigiuri sunt, qui antequam discipulatus limen attingant, tenere locum magisterii non formidant? Quia de re necesse est, ut quamvis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ordines ecclesiasticis exerceantur officiis. Videat, quod imitetur, discat, quod doceat, informetur, quod teneat, ut postea non debeat errare, qui eligitur viam erranti demonstrare. Diu ergo religiosa meditatione poliatur, ut placeat, & sic lucerna super candelabrum posita luceat, ut adversa ventorum vis irruens, conceptam eruditiois flam- z. Tim. 3. c. mam non extinguat, sed augeat. Nam cum scriptum sit, ut prius quis probetur, & sic ministret, multo ante probandus est, qui populi intercessor assumitur, ne fiant causa ruinæ populi sacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excusatio, nulla potest esse defensio, quia cunctis liquido notum est, quæ sit in hujus rei diligentia egregii sollicitudo doctoris, qui neophytum ad sacros

z. Tim. 3. b. vetat ordines accedere. [ Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui initio in sancta fidei erat conversatione plantatus, sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores sacros irreperitur. Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summa loci fastigia, postpositis gradibus per abrupta querit ascensum, & cum idem Apostolus doceat, inter alia sacri ordinis instituta discipulum, manum non esse cuiquam citius imponendam, quid hoc celerius, quidve præcipitans, quam ut exoriatur a summitate principium, & ante incipiat esse Episco-

pus, quam minister? Quisquis igitur sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo,

<sup>1. 9. 1. c. 27.</sup>  
Non est, in fine.

quod est subiturus, onere metiatur, ut & impar abstineat, & ad id cum metu, etiam qui se sufficiere existimat, accedat. Abre autem non facimus, si ad argumentum rationabile usum rerum irrationalium colligamus. Aptæ namque ædificationibus de silvis ligna succidunt, nec tamen viridibus ædifici pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccaverit, & apta ad necessarium usum efficerit. Quæ, si observantia forte negligitur, citius superimposta mole franguntur, & gignit ruinam ad auxilium res provisa. Hinc etenim & medici, qui curam gerunt de corpore, quædam adjutoria recenti adhuc confectione formata indigenti non offerunt, sed maceranda temporibus derelinquent. Nam si immature quis dederit, dubium non est, quia sit causa periculi res salutis. Discant itaque discant in officio, suo sacerdotes, quibus animarum credita est cura, servare, quod diversarum artium homines docentes ratione custodiunt, & a præcipiti se ambitione, et si non metu, saken pudore contineant. Sed ne forsitan adhuc prava se consuetudinis quisquam velit objectu defendere, fraternitatis tuae discrecio rationis eos fræno coercent, & labi in illicitis non permitat, quia quidquid ultione dignum est, non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci, &c. De his itaque quæ superius dicta sunt, fraternitatæ vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea omnia, quæ sanctis canonibus, sicut prædictimus, sunt adversa, districte sub anathematis interpolatione damnentur, id est, ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum præsumat, vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quicquam repente ad locum sacri regiminis pervenire. Greg. ad Syagrium, & Etherium, & alios, lib. 7. reg. ep. 110. vel 108. cap. 2. & 4. Vide eund. lib. 4. indict. 13. c. 95. epist. 51. ad Vergil. Arelaten. Ivo p. 5. c. 131. decret. Anselm. lib. 6. cap. 26. & 27. & Tarr. lib. 3. cap. 16. & 17.

C A P U T IX.

Officium (*sacerdotum*) in tanta illic, sicut dicimus, ambitione perductum est, ut sacerdotes subito, quod grave est nimis, ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi sunt, quid populo præstigiuri, qui non ad utilitatem, sed fieri ad honorem Episcopi concupiscent? Hi ergo, qui neandum quod docere debeant, didicerunt, quid aliud agunt, nisi ut paucorum proiectus illicitus, fiat multis interitus, & in confusionem ecclesiasticæ moderationis observantia deducatur, quippe ubi nullus regulariter ordo servetur? Nam qui ad ejus regimen improvidus, & ob hoc magis præcipitatus accedit, qua admonitione subjectos ædificet, cuius exemplum non rationem docuit, sed errorem? Pudet profecto, pudet aliis imperare, quod ipse nescit custodire. Greg. ad Brunichild. Reginam lib. 7. reg. ep. 113. vel 111. c. 1. Anselm. lib. 6. c. 70. Caesar. lib. 4. cap. 18. Tarrac. lib. 3. c. 14.

CA-

## 112 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T X.

Synodus fieri vestra jussio constitutat, ubi sub districti anathematis interpositione debeat interdicari, ne ullus ex laico habitu subito ad Episcopatus audeat gradum accedere. *Greg. ad Brunich. Reginam lib. 7. registr. d. epist. 113. vel 114. cap. 3.*

### C A P U T XI.

In (*VII. Sinodo in*) epistola beatæ memorie Præsulis Hadriani, quantum idem Pontifex illam præsumptionem, qua ex laicis quidam subito tonsurantur, & in Episcoporum numerum exacerbate profiliunt, damnaverit, si diligenter inquisieritis, profecto invenietis. *Nic. ep. ad Mich. Imp. post princ.*

### C A P U T XII.

Hominem laicum non promovendum ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sardicen, concilium, ut de laicis non eligerentur Antistites, in cap. XIII. per omnia prohibuit. Item & Cælestinus Papa in decreto suæ sanctio[n]is cap. XXI. & Leo Romanæ sedis Pontifex hoc ipsum in decretalibus suis prohibuit, cap. XXXIII. Item, & Gelasius non solum Episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros, ne talia præsumereat, voluit in decretorum suorum cap. III. & Hadrianus in epistola, quam CP. pro venerandis imaginibus destinaverat, ita instituit, ut amplius de laicis nullatenus ordinarentur Antistites. *Nicol. in epist. ad Mich. Imp. incip. Principatum, lecta in 4. sess. octava syn. CP. sub Hadr. II.*

### C A P U T XIII.

Nectarius ex laicorum ordine electus est a synodo secunda, quia CP. clerici erant haeretici, & Nectarius expugnator haereticorum, & defensor ecclesiarum. Sed ut hoc iterum fieret, non confirmavit, nec instituit. Et ideo licet contra Patrum, atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri eventus comprobatur, non in auctoritate tenendum est, sed ne iterum talis proveniat necessitas, magis magisque cavendum. De Tharasii quidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu ad Patriarchatus ex templo culmen promotus est, si sanctam, qua apud vos tempore sanctissimi viri Hadriani celebrata est, synodum diligenter scrutati fueritis, invenietis, quid in eadē sanctissimus vir consultus decrevit, &c. „ Nisi in „ erigendis imaginibus ferventius (*inquit*) con- „ tra illarum depositores, atque conculturatores, ut „ verus Christi miles resisteres, nequaquam vestræ „ consecrationi consensu præberemus „ &c. quæ tantum declaratur inordinate promota, quantum comprobatur contra Apostolica decreta enormiter præsumpta. Beatissimum quoque Ambrosium, qui ex catechumeno divino præfigio ad Episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro tutamine opponitis? &c. Divina vocatione per miraculorum prodigia electus est. *Nicol. in ep. ad Photium, incip. Postquam beato, post princ. lecta in 4. sess. syn. VIII. CP. sub Hadr. II.*

### C A P U T XIV.

Ordinari ad diaconatus, vel sacerdotii offi-

cium neophytum non debere. *Arelat. II. cap. 1.*

### C A P U T XV.

Conveniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, ut temere, vel leviter ordinetur, aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est, maxime cum & magister gentium beatus Apostolus, ne hoc fieret, denunciasse, & prohibuisse videatur, sed hi, quorum per longus temporis examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. *Sard. c. 10. L. 13. G. Burch. lib. 1. c. 17. Ivo part. 5. c. 71. decr.*

### C A P U T XVI.

Non oportet neophytum promoveri ad ordinem sacerdotalem. *Laod. c. 3.*

### C A P U T XVII.

Episcopatus, vel presbyterii honorem nullus laicus ante præmissam anni conversionem, vel ante triginta annos ætatis accipiat. *Arel. III. c. 1.*

### C A P U T XVIII.

Nullus Metropolitanus cuicunque laico dignitatem Episcopatus tribuat, sed nec reliqui Pontifices presbyterii, vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit præmissa conversio. *Arel. III. c. 2.*

### C A P U T XIX.

Nullus ex laicis absque annua conversatio[n]e \* præmissa Episcopus ordinetur, ita ut intra anni ipsius spatium a do[ct]is, probatis viris, discipulis, & regulis spiritualibus plenius instruatur. Quod si hoc quisquam Episcoporum transcendere quacumque conditione præsumperit, anno integro ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus. *Aurel. V. c. 9.*

### C A P U T XX.

Neophyti, vel laici Episcopi esse non possunt. *Dif. 31. c. ult. Tolet. IV. c. 18.*

### C A P U T XXI.

Nulli deinceps laicorum liceat ad ecclesiasticos ordines, prætermisso canonum præfixo tempore, aut per sacra regalia, aut per confessiones cleri, vel plebis, vel per electionem, assensionemque Pontificum, ad summum sacerdotium adspicere, vel provehi, sed cum per canonum conscripta tempora, ecclesiasticos per ordines, spirituali opere desudando, probatae vitæ adminiculo commitante, concenderit gradus ad summum sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino provehatur. *Barc. II. c. 3.*

### C A P U T XXII.

Quod sæculares viri nequaquam ad ministrum Ecclesiæ assumantur, auctoritas Apostolica docet, & dicit: *Manus cito nemini imposueris:* & iterum: *Non neophytum, ne in superbiam elatus,* poterit se non tam ministerium humilitatis, quam administrationem sæcularis potestatis adeptum, & ne in condemnationem superbiz, sicut diabolus, per jaçtantiam deiiciatur. Quomodo enim valebit sæcularis homo sacerdotii magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinam cognovit? aut quid docere poterit, cum ipse non didicerit? *Isidor. lib. 2. cap. 6. de eccl[esi] offic. apud Aquisgr. 9.*

CA.

C A P U T XXIII.

*1. Tim. 3. d.* Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, &c. non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli: *Dist. 48. in princ.* heri catechumenus, hodie Pontifex, heri in amphitheatro, hodie in ecclesia, vespere in circo, mane in altario, dudum fautor histriorum, nunc virginum consecrator. Quod autem ait: ne elatus in judicium incidat diaboli; quis non exemplo \* verum, f. venturum \* esse proberet? ignorat momentaneus sacerdos humilitatem, & mansuetudinem rusticorum ignorat blanditias Christianas, nescit se ipsum contemnere, de dignitate transfertur ad dignitatem, non jejunavit, non flevit, non mores suos saepe reprehendit, nec assidua meditatio ne correxit, non substantiam pauperibus erogavit, de cathedra quodammodo dicitur in cathedram, id est, de superbia ad superbiam. Judicium autem, & ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantia sit. Incidunt in eam, qui in puncto horae necdum discipuli jam magistri sunt. *Hieronymus epist. ad Oceanum apud Aquisgr. cap. 11. Anselm. lib. 6. cap. 30. Caesar. lib. 3. cap. 24.*

C A P U T XXIV.

Subrogatus est pro (*Ignatio Patriarcha*) Photius, prohibentibus sacris canonibus & venerandis legibus neminem ex laicali militia subito ad sacerdotium promoveri. *Anastas. biblioth. in praemio syn. VIII. CP. sub Hadr. II.*

T I T U L U S VII.

DIGAMI NON POSSUNT ELIGI  
EPISCOPI.

C A P U T I.

*Difl. 33. Si quis. cap. 1.* Q U I duas uxores post baptismum habuit, aut concubinam, Episcopus, presbyter, diaconus, clericus esse non potest. *Ap. 17.* Item si, qui quis. c. 15. duxit viduam, aut ejusdam, aut meretricem, aut ancillam, aut scenicam. *Ap. 18. Vide Trull. 3. Ivo part. 8. cap. 287. decr. Anselm. lib. 6. cap. 143.*

C A P U T II.

*1. Tim. 3. a. Tu. 1. b.* De digamis nec confuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli, unius uxoris virum: ad sacerdotium, sive ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit, &c. *Innoc. epist. 4. cap. 2.*

C A P U T III.

*Difl. 77. c. 2.* Hæc [ in singulis gradibus observanda sunt tempora: si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, &c. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterii sacerdotiorum poterit promereri. De quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege servata, ut neque digamus, neque viduae maritus, neque pœnitens ad hos gradus possit admitti. *Zosim. epist. 1. cap. 3. Anselm. lib. 7. cap. 41.*

C A P U T IV.

Abstineatur ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus, qui sit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur, sed irreprehensibilis, & quem elegit Apostolus, fiat. Per Mosen Dominus præcepit: Virginem accipiat Sacerdos uxorem. Subsequitur & supplet Apostolus, eo-

*Tom. V.*

dem locutus spiritu, unius uxoris virum debere Episcopum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes, &c. *Cælest. epist. 2. cap. 6.*

C A P U T V.

Constat ad sacerdotium pervenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerint numerosa conjugia, & cum omni licentia vita liberior, ad sacrum ordinem paucim patens factis aditibus fuisse permisso, contra illam beati Apostoli vocem: *Unius uxoris virum*, & contra illud antiquæ legis præceptum: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam.* Hos ergo quicumque tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officiis, & a sacerdotali nomine Apostolicæ sedis auctoritate jubemus arceri, &c. *Leo epist. 1. cap. 2. ad Episcopos per Campaniam.*

C A P U T VI.

In civitatibus, quârum rectores obierint, de substituendis Episcopis hæc forma servetur: „ut qui ordinandus est, etiam si bona vita testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis sit maritus, aut qui vel unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec quam sibi viduam copulaverit“, &c. *Leo ep. 54. al. 82. ad Anast. Thessalon. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 5. Ivo part. 5. cap. 59. decr. Anselm. lib. 6. cap. 15.*

C A P U T VII.

Dicente Apostolo, ut inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse, aut esse constiterit; tam sacra semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi, eadem intelligeretur servanda conditio, ne forte illa prius, quam in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium, &c. Si etiam in veteri testamento hæc sacerdotium conjugiorum forma servata est, quanto magis sub revelata jam gratia constituti, Apostolicis debemus servire præceptis: ut quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inventiatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconi gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendar, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse constiterit, &c. Cum inter vos tantum valuerint, aut studia popularium, aut ambitus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum \* uxorum viros, aut viduarum maritos \* secularium ad officium cognoscamus pastorale proiectos: nonne aptissimæ exigunt causæ, ut ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, judicio severiori purgentur, & non solum in tales Præfules, sed etiam in ordinatores eorum ultio competens proferatur? &c. Eos, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se conjugio sociarunt, in sacerdotio manere non patimur: & multo magis illum, si fuerit vestro iudicio confutatus, qui duarum simul est maritus uxorum, vel illum, qui a prima uxore dimisus, alteram duxisse perhibetur, privandum honore decernimus. *Leo epist. 85. vel 87. cap. 1. ad Episcopos Afr.*

C A P U T VIII.

Sollicitius voluimus custodiri non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officiū,

# 114 Juris Pontificii Veteris Epitome

*1. Tim. 3. d.* ficii, ne ad sacrā militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale conjugium, ut contra Apostolicā disciplinam, non unius tantum uxoris viri fuisse monstrarentur. *Leo epist. 87. vel 89. ante med. ad Episcopos viennen. provinc.*

## C A P U T IX.

Ordinatos Episcopos, qui licet te ignorantē provecti sunt, cum suis auctoribus meruerint submoveri, hac ratione firmamus, si nec viduæ maritus fuerit quisquam, nec in secundæ conjugis nuptias, ac vota convenerit, &c. *Hilar. ep. 1. c. 4.*

## C A P U T X.

Si quos repererit Episcopus tua fraternitas, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, &c. nulla ratione Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, &c. *Zach. epist. 6. post princ.*

## C A P U T XI.

Nemo de digamis, aut internuptarum maritis ordinetur clericus, nec requirendum, utrumne initiati sacramentis divinis, aut Gentiles hac se infelici fortis necessitate maculaverint. *Valent. Gall. cap. 1.*

## C A P U T XII.

*Difl. 55. c. 2.* Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus (*loquitur de Episcopatu, presbyteratu, & diaconatu*) audeat ordinare, &c. Quicumque deinceps contra hæc clericum ordinare præsumperit, anno integro missas facere non præsumat. Si celebraverit, ab omnium fratrum charitate noverit se alienum. *Arel. III. cap. 3.*

## C A P U T XIII.

*Difl. 51. Qui in aliquo. cap. 5.* Non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum, qui senectiplos abscederunt, &c. qui secundæ uxoris conjunctione sortiti sunt, aut numero conjugia frequentarunt, qui viduam, vel a marito reliquam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt. *Tolet. IV. cap. 18.*

## C A P U T XIV.

*1. Tit. 3. d.* Quod unius virginis matrimonii sint, qui eliguntur in ordine Pontificatus, & in veteri lege mandatum est, & plenius scribit Apostolus dicens: *Unius uxoris virum sacerdotem querit Ecclesia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate sanctum. Isidor. lib. 2. cap. 6. de eccl. off. apud Aquisgr. cap. 9. in med.*

## C A P U T XV.

*Lev. 21. c.* Nullo pacto digamos, vel concubinarum cunctis insertos, decet subire sacerdotii ministerium. In Levitico scriptum est, ac præfinitum, quales eligi debeant sacerdotes: *Si ergo clericus monogamus fuerit, & uxor eius digama, noli eum ad ministerium applicare. Hac Tito præcepta idem Apostolus de ordinandis clericis dedit. Hier. ad Ocean. apud Aquisgr. cap. 98. ante fin.*

## T I T U L U S VIII.

**NE HOMINES IMPROBI, AUT ALIAS INDIGNI ELIGANTUR EPISCOPI.**

## C A P U T I.

**Q**UA indignitate, qua molestia, male tractetur Ecclesia, &c. dum facile imponun-

tur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur? &c. Nam cum involuti mundanis nexibus actibus, vel moribus abrupte aliciscuntur ad tanti collegium sacerdotii, & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti, qui præter ordinem irrumunt potius, quam eliguntur. Quam enim [ miserum est, eum *Difl. 61. c. 4.* magistrum fieri, qui numquam discipulus fuit? eum summum fieri sacerdotem, qui numquam in ullo gradu obsecutus fuerit sacerdoti? &c. *Innoc. ep. 12. Anselm. lib. 6. c. 29. Tarr. lib. 3. cap. 1.*

## C A P U T II.

Jam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit, sed etiam quorum crimina longe, lateque per omnes pene provincias nota sunt, Pontifices ordinantur. Daniel enim nuper missa relatione ex Orientalibus ad nos partibus ab omni, quod tenuerat, virginum monasterio nefas est objectionibus accusatus. Multa a multis objecta flagitia, in qua nam lateret terrarum parte quæsus est, ut si suæ innocentiae confideret, contra se judicium postulatum minime declinaret, &c. [ *Tantis gravatus testimonis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, ut dicitur, virginum pollutus incesto, Episcopus asseritur ordinatus. Cœlest. epist. 2. cap. 3.* *Difl. 81. c. 3.*

## C A P U T III.

Necessarium fuit, ut dolorem cordis nostri, *Difl. 6. Mi-* ramur, c. 5. quo pro Dominicorum gregum periculis æstua- mus, datis nunc ad vos litteris proineremus; mi- rantes, tantum apud vos per occasionem tempori- sis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis qui- busque, & longe extra sacerdotale meritum con- stitutis pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur. *Leo epist. 85. vel 87. ad Episco- pos Afric. c. 1. Ivo part. 5. c. 105. decr.*

## C A P U T IV.

Ne ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministe- riū prorūsinatur accedere. *Hilar. ep. 1. c. 4.*

## C A P U T V.

Nullus per ambitum ad Episcopalem hono- *1. q. 1. cap. 118.* rem permittratur accedere. Nam cum hic excesus in laica conversatione culpetur, quis dubitat, quod religiosis, & Deo servientibus inducat op- probrium? *Symmach. ep. 1. c. 3.*

## C A P U T VI.

Qui non promoveantur ad sacerdotium, ex re- *Difl. 51. c. 5.* gulis canonum necessario credimus inferendum, id est, [ qui in aliquo crimine detecti sunt, &c. *Tolet. IV. c. 18.*

## C A P U T VII.

Qui publice pœnitentiam profitetur, Episco- palem cathedram nec tenere, nec regere potest. *Cabil. in ep. ad Theodorum Episc.*

## C A P U T VIII.

Si is, qui jam in Episcopatu, vel presbyterio positus aliquod peccatum admiserit, retrahitur; quanto magis ante ordinationem, si peccator invenitus est, cavendum, ut non ordinetur? *Isid. lib. 2. c. 6. de eccl. off. apud Aquisgr. c. 9.*

## C A P U T IX.

Non sunt promovendi ad regimen ecclesiæ, qui adhuc vitiis subjacent, &c. Neque enim quis que

que ad hoc præficitur, ut subditorum culpas corrigat, & ipse vitiis serviat. Qui se indignum ad Episcopatum existimat, locum ejus, qui dignus est, occupare non præsumat. Nam tam sanctum est Sacerdotii nomen, ut nulla vitiorum nota maculari se sinat. Gravius enim condemnabitur, qui indignus luscipit, quod non meretur. Qui regimen sacerdotii contendit appetere, ante in se discutiat, si vita honori sit congrua; quod si non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat. Reatum quippe culpæ geminat, si quis cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Vniuersus cujusque casus tanto majoris est criminis, quanto priusquam caderet, majoris erat virtutis, &c. Pleisque sacerdotes suæ magis utilitatis causa, quam gregis, præesse desiderant, nec ut pro sint, Præfules fieri cupiunt, sed magis ut divites fiant, & honorentur, &c. *Isidor. lib. 3. de summo bono, c. 34. apud Aquisgr. c. 15.*

## C A P U T X.

Sicut iniqui, & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur; ita indocti, & imperiti a tali officio retrahuntur. *Isid. de summo bono, lib. 3. c. 35. apud Aquisgr. c. 16.*

## T I T U L U S IX.

## NE INDOCTI ELIGANTUR EPISCOPI.

## C A P U T I.

**Q**uamquam admonita doctorum, & statuta Patrum sacerdotes indoctos prohibeant consecrari opportuni temporis moderatione: si Episcopus inveniatur indoctus, a Metropolitanano proprio, & deinceps sacerdotes presbyteri a suo Episcopo, ut doceri possint, admoneantur. *Syn. Rom. sub Eugenio II. & Leone IV. c. 4.*

## C A P U T II.

Hoc specialiter, & sub prædecessoribus nostris, & nuper a nobis interdictum constat, litteris ad Gallias, Hispaniasque transmissis, in quibus & in Africa est ista præsumptio: Ne quis penitus contra Patrum præcepta, [qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuisset imbutus, & temporis approbatione, divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclæsiaz sacerdotium aspirare præsumeret, & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. Unde miramur, ad dilectionem tuam statuta sedis Apostolicæ non fuisse perlata, &c. *Zosim. epist. 1. c. 1. Ivo part. 5. c. 102. deecr. Anselm. lib. 6. c. 24.*

## C A P U T III.

Prospiciendum est, ne duo simul sint in una ecclæsia sacerdotes, nec litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, aut etiam ex penitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus finatur accedere. Nec tantum putetis petitio-nes valere populorum, ut cum his parere cupitis voluntatem Dei nostri, quæ nos peccare prohibet, deseratis, &c. *Hilar. epist. 1. cap. 4. Vide epist. 4.*

## C A P U T IV.

De illa persona, quæ in Archiepiscopum fuerat eligenda, dicimus, licet satis prudens, & libe-

ralis videatur, tamen quemadmodum nobis notum est, disciplinæ fundamento, videlicet littoralis scientiæ peritia indiget, quæ virtus, quam sit non modo Episcopis, verum etiam sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis, cum nullus sine ea, aut alios docere, aut se se possit defendere. *Gregor. VII. lib. IX. registr. ep. 2. in medio.*

## C A P U T V.

Episcopo scripturarum scientia necessaria est, quia si Episcopo tantum sit sancta vita, sibi soli potest prodesse sic vivens: porro si & doctrina fuerit eruditus, potest ceteros quoque instruere, & docere suos, & adversarios repercutere, qui nisi refutati fuerint, atque convicti, facile possunt simplicium corda pervertere. *Isidor. lib. 2. c. 6. de eccles. offic. apud Aquisgr. c. 9.*

## C A P U T VI.

Sicut iniqui, & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti, & imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corruptunt, isti sua ignavia iniquos corrigerem ne sciunt. Quid enim docere poterunt, quod ipsi non didicerunt? &c. *Cæcilius e. Math. 15. b. nim si cæco, &c. Sacerdotes indoctos per Esaiam Prophetam ita Dominus improbat: Ipsi pastores Esa. 56. d. ignoraverunt intelligentiam, & iterum: Speculatori ejus cæci omnes, id est, imperiti Episcopi; ne cierunt, inquit, universi, canes muti non valentes latrare, hoc est, plebes commissas non valentes resistendo malis per verbum doctrinæ defendere. Isid. de summ. bon. lib. 3. c. 35. apud Aquisgr. cap. 16.*

## C A P U T VII.

Ait Aggæus Propheta: *Interroga sacerdotes Agg. 8. 2. legem. Quod B. Hieronymus ita exponit: „Si mul. inquit) considera, sacerdotium officii es- se, de lege interrogatos respondere: si sacerdos est, sciat legem Domini, si ignorat legem, ipse se arguit, non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est, scire legem, & ad interro- gationem respondere de lege“.* Quod quidem & in Deuteronomio legimus, ut sicuti in urbibus *Deu. 17. 6. Israel* quæstio fuerit nata intersanguinem, & sanguinem, judicium, & judicium, lepram, & non lepram, contradictionem, & non contradictionem: „eant ad sacerdotes, atque levitas, & ad Pontificem, qui in diebus illis fuerit constitutus, & querant ab eo legem Domini; quibus respondentibus faciant, quod jubetur“ *Hie- ron. in Aggæ. c. 2. apud Paris. sub Lud. & Lo- th. lib. 1. in princ.*

## C A P U T VIII.

Primo visum est omnibus, unumquemque Pontificum scire oportere fidem sinceram, id est, qualiter illum fidem, ac credulitatem sanctæ Trinitatis in unitate deitatis sibi tenere, atque credere conveniat, ac ceteros perfecte instruere, qualiter & ipsi credendo salvi fieri possint. *Aquisgr. II. sub Lud. part. 2. cap. 1.*

## C A P U T IX.

Summos sacerdotes inescusabiliter nosse oportet, ut ex veteris, novisque Testamenti scriptis, quæ vera sunt, salutique omnium proficia, proferre sciant, videlicet quantum divina gratia ca-

## 116 Juris Pontificii Veteris Epitome

litus aspirare, cuique dignatur. *Aquisgr. II. sub Lud. part. 2. cap. 2.*

### C A P U T X.

Gregor. in proem. lib. pastoral. Medicinam spiritualem, consiliumque salubre animarum pastores populi scire oportet, uti medicos spirituales, afferente sanctissimo Pontifice Gregorio, atque dicente: *Quia artium ars est regimen animarum. Quis autem cogitationum interiora vulnera, occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? & ideo metuendum est, cordis esse medicos, profiteri sacerdotes, ministerii sui ignaros.* *Aquisgr. II. sub Lud. part. 2. c. 3.*

### C A P U T XI.

Convenit sacerdotali ministerio scire formam evangelicam, documenta Apostolica, canonum instituta, normam regulæ pastoralis a sanctissimo Pontifice Gregorio editæ, ne juxta eundem sanctissimum virum, ab imperitis, quod absit, pastorale ministerium aliqua temeritate usurpetur, aut vilescat. *Aquisgr. II. sub Lud. part. 2. cap. 4.*

### T I T U L U S X.

**N**ULLUS ORDINETUR EPISCOPUS, QUI NON SIT NATUS ANNOS TRIGINTA.

### C A P U T I.

De elect. c. 7. Greg. IX. c. 16. eod. tit. in 1. coll. \* imple- **N**ullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam xxx. ætatis annum egerit. *\* Alex. III. in concil. Later. cap. 3.*

### C A P U T II.

Dif. 77. E. 6. §. 4. Presbyterum, vel Episcopum ante xxx. annos, id est, ante quam ad viri perfecti ætatem perveniat, & diaconus ante xxv. nullus Metropolitanus ordinet, ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur. *Agath. 17. Burch. lib. 2. c. 9. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 1. panorm. C part. 6. c. 29. decr.*

### C A P U T III.

Episcopatus, vel presbyterii honorem nullus laicus ante præmisam anni conversionem, vel ante triginta annos ætatis accipiat. *Arel. III. c. 1.*

### C A P U T IV.

Quod a xxx. annis sacerdotes, *ide est Episcopus*, efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem exorsus est prædicare. Hæc enim ætas profectu jam non indiget parvolorum, sed plena est, & robusta, & ad omne disciplina exercitium preparata, &c. *Iisd. lib. 2. c. 5. de ecclesiast. officiis, apud Aquisgr. c. 9.*

### T I T U L U S XI.

**QUORUM MEMBRORUM DEFECTUS VETET ALIQUEM SE EPISCOPUM.**

### C A P U T I.

Dif. 55. c. 8. Eunuchus. de corp. viii. es parte. c. 3. Ap. 21. Ap. 22. **S**i eunuchus factus vi est, aut ita natus est, si est dignus, fieri potest (*Episcopus L. Ap. 21. Si se ipsum incidit, clericus non fiat, &c.*)

### C A P U T II.

Oculo privatus, & claudus, si dignus est, Episcopus fiat. Non enim corporis defectus, sed animæ nocent. *Ap. 7.*

### C A P U T III.

Surdus vero, aut cæcus non fiat Episcopus, non propter defectum, sed ne ecclesiastica impeditantur. *Ap. 78.*

### C A P U T IV.

Prospiciendum \* est, ne duo simul sint in una ecclesia sacerdotes, nec litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, ad sacrum ministerium prorsus finatur accedere. *Hilar. ep. 1. ad Ascanium. Tarr. Episc. c. 4.*

\* perspi-  
ciendum.

### T I T U L U S XII.

**POTESTAS SÆCULARIS NE IN ELE-  
CTIONE AUCTORITATEM SUAM  
TYRANNICE INTERPONAT.**

### C A P U T I.

**O**MNEM electionem, quæ fit a magistratibus, *Dif. 65. c. 7.* Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, irritam manere ex canone dicente: [ *Si quis Episcopus secularibus magistratibus usus, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur, & excommunicetur, & omnes, qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui est provehendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi, ut est Nicææ constitutum. Nicæn. II. cap. 3. Apost. 30. G. 31. L. Nicæn. cap. 4. Burchard. lib. 3. cap. 109. Ivo part. 3. cap. 85. C part. 5. cap. 119. C cap. 120. decret. Anselm. lib. 6. cap. 5. Deusd. cap. 1. C 4. Tarrac. lib. 1. cap. 46. Caesar. lib. 3. cap. 64.*

### C A P U T II.

Apostolicis, & synodicis canonibus promotiones, & consecrationes Episcoporum, & potentatu, & præceptione Principum factas, penitus interdicentibus, concordantes definimus, & sententiam nos quoque proferimus: „ ut si quis Episcopus per versutiam, vel tirannidem Principum hujusmodi dignitatis consecrationem suscepit, deponatur omnimodis, utpote qui non ex voluntate Dei, & ritu, ac decreto ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus, & ex hominibus, & per homines Dei donum possidere voluit, vel consentit “. *Synad. VIII. CP. sub Hadr. II. c. 12.*

### C A P U T III.

Promotiones, atque consecrationes Episcoporum, concordans prioribus conciliis, electione, ac decreto Episcoporum collegii fieri sancta hæc & universalis synodus definit, & statuit, atque jure promulgat, neminem laicorum Principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio, præferunt cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum, vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed potius filere, ac attendere sibi, usquequo regulariter a collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si vero quis laicorum ad concordandum, & cooperandum ab Ecclesia invitetur, licet hujusmodi cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare se alicentibus; taliter enim sibi dignum pastorem regulariter ad Ecclesiæ suæ salutem promoveant. Quisquis autem secularium Principum, & potentatum, vel alterius dignitatis laicus adversus communem, & consonantem, atque canoniam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediatur, & consensiat,

cap. 2. C 2.  
dif. 63.

tiat, quod Ecclesia de ordinatione, & electione proprii Praefulis se velle monstraverit. *Syn. VIII.* CP. sub Hadr. II. c. 22. *Ivo lib. 3. tit. 2. c. 1. pa-*  
*norm. C' part. 5. c. 122. decr. Deusd. c. 1. Ans.*  
*lib. 6. c. 20. Caesar. lib. 3. cap. 63. Tarrac. lib. 1.*  
*cap. 47.*

#### C A P U T IV.

*De elect. 41. Greg. IX. c. 10. eod. tit. in 4. collect.* Quisquis electioni de se facta per secularis potestatis abusum, consentire præsumperit, contra canonicam libertatem, ut electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, & absque dispensatione non possit ad aliquam eligi dignitatem. Qui vero electionem hujusmodi, quam ipso jure irritam esse censemus, præsumperint celebrare, ab officiis, & beneficiis per triennium suspendantur, eligen- di tunc potestate privati. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. c. 25.*

#### C A P U T V.

*16. q. 7. Si quis. c. 14.* Si Episcopus per secularis potestates ecclesiam assequatur, deponatur, & excommunicetur, & qui cum eo communicant. *Ap. 30. G. 31. L. Nicæn. II. c. 3. Burch. l. 3. c. 109. Ivo part. 3. cap. 85. C' part. 5. c. 119. C' 120. decr. Deusd. cap. 1.*

#### C A P U T VI.

Inter cetera, quæ tua fraternitas agenda suscepit, hoc attentissime perpendat, & exequi studeat, ut congregatis omnibus, & in conventu residentibus manifesta personanti denuntiatione interdicat, ut conservanda deinceps in promovendis Episcopis canonica, & Apostolica auctoritate, nullus Metropolitanorum, aut quivis Episcoporum alicui, qui a laica persona donum Episcopatus suscepit, ad consecrandum illum imponere manum audeat, nisi dignitatis suæ honore, officioque carere & ipse velit. Similiter etiam, ut nulla potestas, aut aliqua persona de hujusmodi honoris donatione, vel acceptatione ulterius se intromittere debeat. Qui præsumperit, eadem sententia, & animadversionis censura, quam beatus Hadrianus Papa in octava synodo de hujusmodi præsumptoribus, & sacrae auctoritatis corruptoribus statuit, atque firmavit, se ad strictum ac ligatum fore cognoscat. *Greg. VII. lib. 4. reg. ep. 22. in fin.*

#### C A P U T VII.

Si per ordinationem Regiam honoris istius (*Episcopatus*) culmen pervadere aliquis nimia temeritate præsumperit, a comprovincialibus loci ipsius Episcopus recipi nullatenus mereatur, quem indebito assumptum agnoscunt. Si quis de eis recipere eum contra indicia \* præsumperit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab iisorum omnium charitate remotus. Nam de actis ordinationibus Pontificum ita convenit, ut conjuncti Metropolitanus cum suis comprovincialibus Episcopis, vel quos vicinos Episcopos eligere voluerit, in loco ubi convenerit, juxta antiqua statuta canonum omnia communi consilio, & sententia decernantur. *Paris. 8.*

#### C A P U T VIII.

Decrevit sancta synodus, ut nullus Episcopus, &c. accipiat de manu Regis, vel comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Episcopatus. Sed

Episcopus a suo Metropolitanano, &c. *Pict. c. 1.*

#### C A P U T IX.

Nescio, an sint Episcopi, nec in Christi sacerdotibus eos enumeraverim, qui a profanis manibus ad hoc, ut præsent, promoti sunt ad dissolutio- nem fidei. *Basilius ep. ad Nicopolitanos.*

#### T I T U L U S XIII.

*NE QUISQUAM PER SIMONIAM ELI-*  
*GATUR, AUT CONSECRETUR*  
*EPISCOPUS.*

#### C A P U T I.

*S*i quis Episcopus propter pecuniam ordinatio- nem fecerit, & in venditionem reduxerit in- aestimabilem gratiam, & ita ordinaverit Episco- sum, chorepiscopum, presbyterum, diaconum, clericum, aut præficerit propter pecuniam econ- nomum, vel defensorem, vel paramonarium, vel quem alium: si quis id fecisse convincatur, de suo gradu periclitetur, & ordinatus nihil con- sequatur, sed sit alienus ab honore, & cura, quod nummis quærebat. Si quis mediator fuit clericus a gradu cadat, laicus, vel monachus anathema- tizetur. *Chalced. 2. Nicæn. II. cap. 5. Paris. sub Ludovic. C' Loth. lib. 1. cap. 11. Capitul. lib. 1. cap. 19. Burch. lib. 1. cap. 112. Ivo lib. 3. tit. 9. c. 3. pan. C' p. 3. c. 118. decr. Ans. lib. 6. c. 81. Caesar. lib. 4. c. 21.*

#### C A P U T II.

In quibusdam ecclesiis locum venalitas perhi- betur habere, ita ut pro Episcopis, vel abbati- bus, seu quibuscumque personis ecclesiasticis po- nendis in sede, seu introducendis presbyteris in ecclesiam, &c. aliquid exigatur, &c. ne hoc de cetero fiat districtius inhibemus. *Alex. III. in concil. Later. c. 7.*

#### C A P U T III.

Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis, & a plurimis personis, quasi columbas in templo videntibus, sunt exactiones, & extorsiones turpes, & pravae pro consecrationibus Episcopo- rum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum, &c. tantum abolere abusum, consuetudinem hujusmodi penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut pro his, sive conferendis, sive collatis, nemo aliquid quocumque prætextu exigere, ac extorquere præsumat. *Innoc. II. in conc. gen. Lat. c. 63.*

#### C A P U T IV.

Polychronius Hierosolymitanus Episcopus, non nisi accepta remuneratione ordinabat presby- teros, diaconos, Episcopos Æthiopes, Ægyptios, in suo gremio urbis, quod canon damnat. *Conc. Xyst. III. c. 6. C' 7.*

#### C A P U T V.

Nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione pastelli. Quia enim ordinando Episcopo-Ponti- fax manum imponit, Evangelicam vero lectio- nem minister legit, confirmationis vero hujus e- pistolæ notarius scribit: sicut Pontificem manum non decet, quam imponit, vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione ejus, vo- cem

## 118 Juris Pontificii Veteris Epitome

cem suam, vel calatum venundare. *Gregor. in synod. Roman. cap. 5.* & *lib. 4. epist. 44. cap. 88.* *Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 7. panorm. & part. 5. cap. 109. decr. Anselm. lib. 6. cap. 83.*

### C A P U T VI.

\* *Simonis Magi. c.*  
\* *ad epi in- debite.*

**Cavere oportet unumquemque sacerdotem, ne præmiis videatur consecrari, ut non exemplo Simoniaci \* in condemnationem, & laqueum incidat diaboli, quia tam factus, quam etiam faciens honore debite \* sunt condemnandi. Syn. Roman. sub Eugen. II. & Leon. IV. c. 2.**

### C A P U T VII.

*a. q. 3. c. 5.* Quidquid in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus data, vel promissa pecunia adquisitum est, nos irritum esse, nullasque vires obtinere censemus. *Urban. II. in concil. Placent. cap. 2. alleg. in concil. Claramont. Caesar. lib. 4. cap. 33.*

### C A P U T VIII.

*i. q. 1. Eos a. 21.* Episcopus, presbyter, diaconus, per pecuniam factus deponatur, & qui eum ordinavit, & abiciatur etiam a communione, ut Simon Magus a Petro. *Apost. 29. G. 30. L. refert. Nicen. II. cap. 5. lib. 1. cap. 19. Ivo part. 5. cap. 78. decr.*

### C A P U T IX.

*i. q. 4. c. 6.* Quos constituerit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes. *Gelas. ep. 1. cap. 26. Burch. lib. 1. cap. 22. Ivo part. 5. cap. 76. decr. Deusd. c. 2. Caesar. lib. 4. cap. 5.*

### C A P U T X.

Qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa, ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab hujusmodi se intentione non cohíbent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subiiciendos, &c. *Symmach. ep. 1. cap. 2.*

### C A P U T XI.

*a. q. 1. c. 1.* Nullus per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere, nam cum hic excessus in laica conversatione culpetur, quis dubitat, quod religiosis, & Deo servientibus inurat opprobrium? [ Si quis Episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi facendum clericos, vel cives subscribere, adhibito cuiuslibet generis timore compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoriis præsentia nemo conficiat, cuius testimonio, clericorum ac civium possit unanimitas declarari. *Symmach. epist. 1. cap. 5. Ans. lib. 6. c. 66.*

### C A P U T XII.

*a. q. 8. d.* Ne benedictionem per impositionem manus, quæ divina esse creditur, quis pretio comparet; quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile putat esse, quod venditur? &c. neve ille se a culpa astimet alienum, qui et si ipse quidem a redemptione liber initaverit benedictione mystica sacerdotem, attamen ad alterius

redeundi voluntatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit, &c. Adversus hæc filius, Deo adjuvante, providebitur, si circa Metropolitanos privilegia a sanctis Patribus constituta, permaneant, si Metropolitanus circa parochias suas ordinem suum, ea, qua decet, veneracione custodiat, ut nec electio Praefulsi empta detur pretiis, & nec obsequentis sit quæsita operibus. *Hormisd. ep. 4. c. 2. Burch. lib. 1. c. 23. Ivo part. 5. c. 77. decr.*

### C A P U T XIII.

Ne Episcopus de Episcoporum ordinationibus, ceterorumque clericorum aliquid præsumat accipere. *Aurel. II. cap. 3.*

### C A P U T XIV.

Nullum Episcopatum per præmia, aut comparatione liceat adipisci, sed voluntate Regis, juxta electionem cleri, ac plebis, sicut in antiquis canonibus continetur scriptum, consensu cleri, ac plebis a Metropolitanu, vel quem vice sua permisit, cum comprovincialibus Pontifex consecratur, &c. eum, qui per præmia ordinatus fuerit, statutus removendum. *Aurel. 5. cap. 10.*

### C A P U T XV.

Reperiuntur quamplurimi negotio muneris *i. q. 1. c. 7.* perituri mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum vile præmium donant, ut Pontificalis ordinis sublime culmen accipient, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: *Pecunia tecum sit ag. 8. 4. in perditionem, quoniam donum Dei existimat per pecuniam possideri, &c.* Quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotii dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque a participatione Christi corporis, & sanguinis alienum. *Tolet. VIII. cap. 3. Ivo part. 5. c. 83. decr. Ans. lib. 6. cap. 78.*

### C A P U T XVI.

Nullus Episcopus, nec Presbyter, vel Abbas, seu diaconus per præmium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparere præsumperit, omnino privetur. *Cabil. cap. 16.*

### C A P U T XVII.

Cum quisque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti exactione adstringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cujuslibet præmii collationem, vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procuret, &c. per præmium ordinatos, ut vere simoniacos ab Ecclesia separandos, id est, duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactione, vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquerire, & reparare intendant, unde si digna satisfactio eos penitentia commendaverit, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus separati fuerant, restaurandi sunt. *Tolet. XI. cap. 9.*

### C A P U T XVIII.

Episcopus, vel quisvis clericus ad pecuniam ordinatus deponatur ipse, & qui eum ordinavit. *Trull. cap. 22.*

CA-

C A P U T XIX.

Nullus per pecunias ad honorem, vel gradum ecclesiasticum accedere debet, quia hæresis simoniaca esse videtur. *Vernen. cap. 24.*

C A P U T XX.

Providendum, ac summopere cavendum est, ut hi, per quos & religio Christiana constare, & ceteri ab offensione debent salvari, tales posthabita simoniaca peste elegantur, quales & Apostolicus sermo, & canonicus ordo, & beati Gregorii pastoralis regula docet, scilicet, ut nullius terrenæ rei gratia, nisi Dei solius elegantur, quoniam si pro aliquo munere præsentis, futuræque retributionis, vel pro qualibet alia re, quæ contraria esse possit veritati, divinæque auctoritati eligitur, quam divina auctoritas testetur, quod in hujuscemodi facto Deus offendatur, & taliter electo, & his, quibus præficitur, quin scandalum generetur, dubium non est. Proinde oportet, ut in electione, & ordinatione sacerdotis, valde execranda simoniaca hæresis, quæ propter quorundam avaritiam, & ambitionem modernis temporibus dignitatem sacerdotalem fuscare comprobatur, nihil sui detestandi juris habeat. *Paris. sub Lud. & Lorb. lib. 1. cap. 11.*

C A P U T XXI.

Nullus Episcopale ministerium per ambitionem munerum attentare præsumat. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 1. cap. 1.*

C A P U T XXII.

Monemus, ut quandocumque Deo dispensante, quilibet Episcopus ad Dominum migraverit, submota funditus peste simoniacæ hæreses, sine dilatione juxta auctoritatem, sedens vacans Episcopum a vobis regulariter designatum, & gratia sancti Spiritus consecratum accipiat. *Concil. habitum in Theodonis villa, apud synod. Meld. c. 8.*

C A P U T XXIII.

Ut nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, præbendam, vel alios ecclesiasticos honores, vel in duabus ecclesiis prælationes exerceat, nisi in una tantum. Et neutrum horum quisquam per pecuniam adquirat. Et quicumque tali modo jam adquisisse compabantur, omni remota occasione deponantur. *Pictavien. cap. 2.*

C A P U T XXIV.

Scimus, divinos canones omnes accipientes, aut dantes quidpiam in ordinatione sacerdotali excommunicare, & a sacerdotii sanctitate repellere, &c. Omnis igitur Episcopus, aut diaconus convictus, quod pecuniis, aut largitione ordinationem obtinuit, ab Episcopatu excidit. *Tharas. CP. ad Joann. presbyter. ante med.*

C A P U T XXV.

Si quis ille, qui promovendus est, in sancta Ecclesia, ab ostiario usque ad gradum Episcopatus, neque per aurum, neque per alias promissiones proficiat, vos enim omnes scitis, quia hoc simoniacum. *Pelagius in Pontif.*

T I T U L U S XIV.

COMMUNIA DE ELECTIONE EPISC.

C A P U T I.

*S*i communis cunctorum decreto rationabili, &

Dij. 65. Sa.  
ne. c. 1. &  
2. Non de-  
bet.

secundum ecclesiasticam regulam comprobato, duo, aut tres *Episcopi* propter contentiones proprias contradicunt *ordinationi Episcopi*, obtineat sententia plurimorum. *Nicæn. cap. 6.* *Mart. Brac. cap. 3.*

C A P U T II.

Sia paucioribus aliquis, quam a duabus partibus fuerit electus ad Apostolatus officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicas constitutionibus, & aliis ecclesiasticis præjudicium generetur, in quibus majoris, & senioris partis debet sententia prævalere, quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit judicio definiri, &c. *Alex. III. in conc. Later. cap. 1.*

C A P U T III.

Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax invadat, &c. statuimus, ut ultra tres menses cathedralis, vel regularis ecclesia Praelato non vacet, infra quos justo impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestas ad eum, qui proxime præesse dignoscitur, devolvatur. Is vero, ad quem devoluta fuerit potestas, non differat ultra tres menses viduaram ecclesiam de persona idonea ipsius quidem ecclesiæ, vel alterius, si digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, si canoniam voluerit effugere ultionem. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 23.*

C A P U T IV.

Quia propter electionē formas diversas, quam quidam invenire conantur, & multa impedimenta proveniunt, & magna pericula imminent ecclesiis viduatis, statuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secreto, & singulatim voces \* cunctorum diligenter exquirant. Et in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo proorsus appellationis obstaculo interjecto, ut is collatione adhibita eligatur, in quem omnes, vel major, vel \* senior pars Capituli consentit. Ut saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium ecclesiæ viduatæ provideant de Pastore: aliter electio facta non valeat, nisi forte communiter esset ab omnibus, quasi per inspirationem divinam, absque vitio celebrata, &c. Illud penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem constitutat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, justoque impedimento detentus venire non possit, super quo, si fuerit opus, fidem facit juramento, & tunc, si voluerit, uni committat de ipso collegio vicem \* suam. Elec- \* vota, f. tiones quoque clandestinas reprobamus, sta- tuentes, ut quam cito electio fuerit celebrata, sollemniter publicetur. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 24.*

C A P U T V.

Quoniam ultra tres menses vacare ecclesiæ prohibent sanctiones, sub anathemate interdicimus, ne Canonici de sede Episcopali ab electione Episcoporum excludant religiosos, sed eorum con-

*De elec. c. 6.*  
*Greg. IX. &*  
*c. 15. eod. tit.*  
*in 1. coll.*

*De elec. 41.*  
*Greg. IX. &*  
*c. 8. eod. tit.*  
*in 4. coll.*

*Apud Greg.*  
*LX. de elec.*  
*c. 42. & e.*  
*9. eod. iii. in*  
*4. coll.*

\* vocem, f.

\* &,

\* vocem, f.

*Dij. 63.*  
*cap. 35.*

con-

## 120 Juris Pontificii Veteris Epitome

confilio honesta, & idonea persona in Episcopum eligatur. Quod si exclusis eisdem religiosis ele<sup>c</sup>tio fuerit celebrata, quod absque eorum assensu, & convenientia factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum. *Innoc. II. in conc. Rom. cap. 22.*

### C A P U T VI.

*Difl. 23. II-  
Iud. cap. 5.* Si ad electionem Episcopi venimus, & nascatur controversia, tres soli Episcopi non sufficiant ad absolutionem, sed unus, aut duo alii addantur, & coram populo, cui ordinandus est, examinentur primo personæ contradicentium, deinde quæ opponuntur, & cum purgatus fuerit in conspectu populi, ordinetur. *Carth. 51. G. Carth. III. cap. 40. L. Afr. 17. L. Burch. lib. 1. cap. 6. Ivo part. 5. cap. 60. deer. Anselm. lib. 6. cap. 55.*

### C A P U T VII.

*Difl. 63. Cn. longe. c. 25.* In quibusdam civitatibus, decadentibus Episcopis propriis dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creator officiorum divinorum offensio, dum tractu terrarum commen- tium nuntiorum celeritas impeditur, quo aut non queat Regis auribus decadentis Præfulis transi- tus innotesci, aut de successore morientis Episcopi libera Principis electio praestari. Nascitur sape & nostro ordini de relatione talium difficultas, & Regis potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet injuriafa necessi- tas. Unde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, atque Galliæ \*, salvo Privilegio uniuscujusque provinciæ, ut licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quo scunque Regalis potestas elegerit, & dicti Toletani Pontificis judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis in præce- dentium \* sedibus præficere Præfules, ut dece- dentibus Episcopis eligere successores. Sic tamen, ut qui sevis ille fuerit ordinatus post ordinationis suæ tempus, intra trium mensium spatium, propria Metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter ejus auctoritate, vel disciplina instructus, condignæ suscep<sup>t</sup>æ sedis gubernacula teneat. Si non se præsentaverit, excommunicatum se per omnia noverit, excepto si Regia iustione impedi- tum se esse probaverit. Hanc formulam sicut de Episcopis, ita de ceteris ecclesiasticis rectoribus placuit observandam. *Tolet. XII. cap. 6.*

### C A P U T VIII.

Interdum juxta meritum plebium eliguntur personæ rectorum, unde noverint populi, sui fuisse meriti, regimen perversi suscepisse Pontificis. *Isidor. lib. 2. cap. 6. de eccl. offic. apud Aqui/gr. cap. 9. Raban. lib. 1. cap. 4. de inst. cler.*

### C A P U T IX.

Qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omniis roborato eligitur: ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipe- re jubetur. *Synod. apud S. Medard. in causa Hincmari.*

### C A P U T X.

Si quando alicujus civitatis Episcopus voca- tione Domini decesserit, a gloriissimo Princi- pe supplicando postuletur, ut canonicam elec- tionem clero, & populo ipsius civitatis permettere dignetur, &c. Sed & si a servitio pii Principis no- stri aliquis clericorum venerit, ut alicui civitati

præponatur Episcopus, timore casto sollicitè e- xaminetur. Nec præsumat illiteratum, & cupi- ditate nimia cœcatum, redditurus facti sui ratio- nem populo Dei præficere. Si necessarium idem Metropolitanus viderit, ne tantum malum cog- tur agere, ut indebito honorem, bonis tantum debitum tradat: instruat populum, informet cle- rum, potius adire clementiam Imperialem; & i- pse cum coepiscopis, quibus valuerit modis, adeat, ut ecclesiam Dei gloriose Imperator digno ho- noret ministro. *Valent. sub Loth. c. 7.*

### C A P U T XI.

Non licet electionem facere eorum, qui ad sacerdotium provocantur; sed judicium sit Epi- scoporum, ut ipsi eum, qui ordinandus est, pro- bent, si in sermone, & in fide, & in Episcopali vita edocitus est. *Tullen. par. ult. c. 2.*

### C A P U T XII.

Clerus Mimidonensis ecclesiæ presbyterum nomine Druogonem vocatum, Episcopum una- nimi consensu ad Episcopalem promoveri ordinæ petierunt, quorum petitioni effectum præbentes ad pastorale eum promovimus officium. *Colon. sub Carolo III. c. 1.*

### T I T U L U S XV.

**QUI DIGNUS EST EPISCOPATU, NON DEBET ILLUM RECUSARE.**

### C A P U T I.

I Lud intuere, quia si periculum peccati timens suscipere refugis ecclesiæ gubernacula, cer- tus esto, quia amplius peccas, quam si populum Dei velut in fluctibus positum, & pericitantem cum juvare possit, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quod in com- mune omnibus expedit providens. *Clemens ep. 1. ad Jac. in princ.*

### C A P U T II.

Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat virtutibus vacuus nec coactus accedat. Ille si o- mnino renititur, caveat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans, de ejus occultatione judicetur, &c. Iste cum regimen appetit, attendat, ne per exemplum boni operis Phariseorum more ad ingreßum regni tendentibus obstaculum fiat, qui juxta summi magistri vocem, nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt. Considerandum quo- que est, quia cum causam populi electus Præful suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in ejus opere passiones vivunt, qua præ- sumptione percussum mederi properat, qui in fa- cie vulnus portat? *Greg. cap. 9. lib. 1. pastor. a- pud Aqui/gr. c. 14.*

### C A P U T III.

Sunt nonnulli, qui eximia virtutum dona per- cipiunt, & pro excitatione ceterorum magnis munieribus exaltantur; qui studio castitatis mun- di, abstinentiæ robore validi, doctrinæ sapientiæ referti, patientiæ longanimitate humiles, aucto- ritatis fortitudine erecti, pietatis gratia benigni, iustitiæ leveritate districti sunt, qui nimis cul- men regiminis, si vocati suscipere renunt, ipla- sibi plerumque dona admunt, quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt. Cumque sua, & non aliorum lucra cogitant, ipsi fe,

*Matt. 5. b &c. Non potest civitas ab/condi, &c. Si dili-*  
*Joann. 21. gis me, pasc oves meas : si ergo dilectionis est*  
*testimonium cura pastitutionis, quisquis virtutibus*  
*pollens gregem Dei renuit pascere, pastorem sum-*  
*mum convincitur non amare, &c. Sunt nonnulli,*  
*qui magnis muneribus ditati, dum solius con-*  
*templationis studiis inardescunt, parere utilitati*  
*proximorum in prædicatione refugiunt, secretum*  
*quietis diligunt, secessum speculationis appetunt,*  
*de quo si districte judicentur, ex tantis proculdu-*  
*bio rei sunt, quantis venientes ad publicum pro-*  
*desse potuerunt, &c. Sunt nonnulli, qui ex sola*  
*humilitate refugiunt, ne iis, quibus se impares*  
*estimant, præferantur, quorum profecta humili-*  
*tas, si ceteris quoque virtutibus cingitur, tunc*  
*ante oculos Dei vera est, cum ad respuendum*  
*hoc, quod utiliter subire præcipitur, pertinax*  
*non est, &c. Greg. lib. 1. pastor. c. 5. & cap. 6.*  
*apud Aquisgr. cap. 17.*

## C A P U T IV.

*Vir ecclesiasticus, & crucifigi mundo per mor-*  
*tificationem propriæ carnis debet, & dispensatio-*  
*nem ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate pro-*  
*venerit, nolens quidem, sed humilis, gubernan-*  
*dam suscipiat. Multis intercipit Satanus fraudi-*  
*bus eos, qui sensus, & vitæ utilitate præstantes,*  
*pælest, & prodesse aliis nolunt. Et dum eis regi-*  
*men animarum imponitur, renuunt, consultius*  
*arbitrantes, otiosam vitam degere, quam lucris*  
*animarum insistere. Quod tamen decepti agunt,*  
*per argumentum diaboli fallentis eos per speciem*  
*boni, ut dum illos a pastorali officio retrahit, ne*  
*quaquam proficiant, qui eorum verbis, atque e-*  
*xemplis instrui poterant. Isid. lib. 3. de summa*  
*bon. c. 33. apud Aquisgr. c. 18.*

## T I T U L U S XVI.

DE CONFIRMATIONE ELECTORIS  
EPISCOPI.

## C A P U T I.

*CUM (Episcopus) electus fuerit, & confir-*  
*mationem acceperit, & ecclesiasticorum*  
*bonorum administrationem habuerit, decursu*  
*tempore de consecrandis Episcopis a canonibus*  
*definito, is, ad quem spectant beneficia, quæ*  
*habuerat, disponendi de illis liberam habeat facul-*  
*tatem. Alex. III. in concil. Later. c. 3.*

## C A P U T II.

*Nihil est, quod Ecclesiæ Dei magis officiat,*  
*quam quod indigni assumantur Prælati ad regi-*  
*men animarum, &c. Sancimus, quatenus cum*  
*quisquam fuerit ad regimen animarum assumpitus*  
*\*, is, ad quem pertinet ipsius confirmatio diligen-*  
*ter examinet, & electionis processum, & persona*  
*electi, ut cum omnia rite concurrerint, munus ei*  
*confirmationis impendat, quia si secus fuerit in-*  
*digne promotus, verum etiam indigne promo-*  
*vens puniendus. Ipsum quoque decernimus hac*  
*animadversione puniri, ut cum de ipsis consti-*  
*terit negligentia, maxime si hominem insufficien-*  
*ti scientiae, vel in honestæ vitæ aut ætatis illegiti-*  
*mæ approbaverit, non solum confirmandi pri-*  
*num successorem illius careat potestate; verum*

*Tem. V.*

etiam, ne aliquo casu poenam effugiat, a perce-  
ptione proprii beneficii suspendatur, quoisque si  
æquum fuerit, indulgentiam valeat promereri,  
si convictus fuerit, hoc per malitiam excessisse,  
graviori subjaceat ultioni. Ceterum qui ad Roma-  
num pertinent immediate Pont. ad percipiendam  
sui confirmationem officii, &c. veniant, &c. In-  
noc. III. in concil. gen. Later. c. 26.

## C A P U T III.

De persona consecrandi Episcopum, & de cle. *Dif. 65. c. 4.*  
*ri, plebisque consensu, Metropolitanus Episco-*  
*pus ad fraternitatem tuam referat, quodque in*  
*provincia bene placuit, scire te faciat, ut ordina-*  
*tionem rite celebrandam, tua quoque firmet au-*  
*toritas. Leo epist. 82. vel 84. ad Anast. Thessal.*  
*Episc. c. 6. Ivo part. 5. c. 348. deer. Deusd. c. 1.*

## C A P U T IV.

Porrexit (*Hincmarus Archiepiscopus Remen-*  
*sis*) epistolam, totius Galliæ Episcopis manibus  
subterscriptam ad Apostolicam sedem pro confir-  
matione ipsius ordinationis, &c. *Sueff. apud S.*  
*Medard. in causa Hinemari.*

## T I T U L U S XVII.

DE NUMERO EPISCOPORUM, QUI  
INTERESSE DEBENT CONSE-  
CRATIONI EPISCOPI.

## C A P U T I.

*E*piscopum decet ab omnibus Episcopis, qui *Dif. 64.*  
*in ea provincia sunt, constitui, (ordinari Episcopi. c.*  
*L.) sed si difficile est, vel propter urgentem neces-*  
*sitatem, vel propter viæ longitudinem, tres con-*  
*veniant; absentes vero per litteras suffragiūn fe-*  
*rant, & sic ordinetur. Auctoritas \* vero rerum \* *confirma-*  
*gētarum Metropolitanus in singulis provinciis *zio.**  
*competat. Nic. 4. refertur Nicæn. 2. c. 3. Vide*  
*Mart. Brac. 2. Joann. III. ep. un. Ivo part. 5.*  
*cap. 117. deer. Anselm. lib. 6. cap. 48. Cæsar.*  
*lib. 3. cap. 26.**

## C A P U T II.

Episcopus a duobus, vel tribus Episcopis or-  
dinetur. *Ap. 1. Ans. lib. 6. cap. 33.*

## C A P U T III.

Ordinationes Episcoporum auctoritate Apo- *Dif. 64. c. 2.*  
*stolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provin-*  
*cia, Episcopis, sunt celebrandæ, &c. Quod si si- *Dif. 78. c. 1.*  
*mul omnes convenire minime potuerint, assen-*  
*tum tamen suis precibus \* præbeant, ut ab ipsa \* *apicibus.**  
*ordinatione animo non desint. [ Porro & Hie-*  
*rosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Ja-*  
*cobus, qui Justus dicebatur, & secundum carnem*  
*Domini nuncupatus est frater, a Petro, Jacobo*  
*& Joanne Apostolis est ordinatus; successoribus*  
*videlicet dantibus formam, ut non minus, quam*  
*a tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum*  
*præbentibus, ullenus Episcopus ordinetur, &*  
*communi voto ordinatio celebretur. [ Reliqui ve-*  
*ro sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo, ita*  
*ut cives, & alii sacerdotes assensum præbeant, &*  
*jejunantes ordinationem celebrent. Similiter &*  
*diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum*  
*distributioni trium veracium testimonium, cum*  
*Episcopi scilicet probatione, sufficere potest. A-*  
*nacl. ep. 2. in princ. Vide Anicet. ep. 1. in princ.*  
*Burch. lib. 1. cap. 15. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 5. &*  
*Q**

10.

## 122 Juris Pontificii Veteris Epitome

*10. panorm. & part. 5. cap. 69. decr. Anselm. lib. 6. cap. 47. Cæsar. lib. 3. cap. 19. Tarragon. lib. 3. cap. 42.*

### C A P U T IV.

Quod Episcopus non ab uno, sed a cunctis, consensu, aut præsentia comprovincialium est ordinandus, & non minus, quam a tribus, ceteris consentientibus cunctis, idcirco instituente Domino fieri jubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ, unius tyrannica auctoritas moliretur, & regula, vel fides confunderetur credentium. *Anacl. epist. 2. post med. Isid. lib. 2. cap. 6. de eccles. offic. apud Aquisgr. cap. 9. Raban. lib. 1. c. 4. de instir. cleric.*

### C A P U T V.

*Dif. 80. c. 3. Episc. Episcopus non ab uno, sed a pluribus debet Episcopis ordinari. Anacl. ep. 3. in princ. Burch. lib. 1. c. 4. Ivo part. 5. c. 58. & 98. decr.*

### C A P U T VI.

De ordinationibus Episcoporum olim in sancti prædecessoris nostri Anacleti ordinationibus quædam jam decreta reperimus. Scimus enim beatissimum Jacobum Justum, fratrem Domini, a Petro, Jacobo, & Joanne Apostolis Hierosolymorum Episcopum esse ordinatum. Si autem non minus, quam a tribus Apostolis tantus vir fuit ordinatus Episcopus, pater profecto eos, formam instituente Domino tradidisse, non a minus, quam a tribus Episcopis Episcopum ordinari debere. Sed crescente numero Episcoporum, nisi necessitas intervenerit, debent etiam plures augeri, id est,

*De temp. ord. din. cap. 6. Gregor. IX. & c. 9. de elect. in 1. coll.*

*Dif. 64. c. 4. si Archiepiscopus diem obierit, & alter electus fuerit, omnes ejusdem provinciae Episcopi convenient, &c. Reliqui vero [comprovinciales Episcopi], si necesse fuerit, ceteris consentientibus, a tribus, jussu Archiepiscopi, consecrari possunt Episcopi. Sed melius est, si ipse cum omnibus, eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacraverint Pontificem. Anacl. epist. 1. in princ. Vide Anacl. ep. 2. Burch. lib. 1. c. 28. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 3. pan. & part. 5. c. 139. decr. Anselm. lib. 6. c. 34.*

### C A P U T VII.

*Dif. 64. c. 5. Extra conscientiam sedis Apostolicae, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum [enim] iudicium est, quod plurimorum sententia consequitur\*: ne unus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogiam, ne furtivum beneficium præsticum videatur, hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum. Syrici epist. 4. cap. 1. & 2. apud corcic. Tolen. Innoc. epist. 2. cap. 1. Nicæn. cap. 4. Ivo part. 5. cap. 113. decret. Anselm. lib. 6. c. 50. Tarragon. lib. 3. cap. 44.*

### C A P U T VIII.

*Dif. 68. c. 5. Choropepsi- scopi. Quod Episcopi non sint, qui minus quam a tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus pater: quoniam prohibitum a sanctis est Patribus, ut qui ab uno, vel a duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominantur Episcopi. Damas. epist. 4. ante med. Anselm. lib. 7. c. 115. Tarrac. lib. 3. c. 79.*

### C A P U T IX.

*Dif. 62. c. 1. Nulla ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui neque a clericis sunt electi, neque a ple-*

bibus expertici, neque a provincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati. Leo epist. 90. vel 92. ad Rustic. Episcop. Narbon. cap. 1. Viden. Eugen. 2. in synod. cap. 5. Burchard. lib. 1. cap. 11. Ivo part. 5. cap. 65. decr. & ep. 21. Eudoni Dapifero. Deusd. c. 1. Anselm. lib. 6. cap. 68. Cæsar. lib. 3. cap. 3. Tarrac. lib. 3. cap. 6.

### C A P U T X.

In canone legitur Nicæno: „Episcopum namque convenit“, &c. Omnia quoque maxima concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus quam a tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitani, fuerit factus Episcopus. *Jo. III. ep. un. post. med. Vide Nicæn. c. 4.*

### C A P U T XI.

Si longinquitas itineris magna interjaceret, ut Episcopi non facile valeant convenire, an debeant sine aliorum Episcoporum præsentia Episcopi ordinari? Et quidem in Angelorum ecclesia, in qua solus tu Episcopus inveniris, ordinare Episcopum non aliter, nisi sine Episcopis potes; nam quando de Galliis Episcopi venient, qui in ordinatione testes assistant? Sed te ita volumus Episcopos ordinare, ut ipsi sibi Episcopi longo intervallo minime disjungantur, &c. Cum Deo auctore tuerint Episcopi in propinquis sibi locis ordinati, tunc Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus, vel quatuor Episcopis fieri non debet. *Greg. ad August. interr. 6. alias 8. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 9. panorm.*

### C A P U T XII.

Quotiens Episcopum consecraveris, duo, vel tres convenienter tecum Episcopi, ut Deo sit gratum, quod geritur, ut eis convenientibus ipsique præsentibus, consecres. *Gregor. II. epist. 8. in fine.*

### C A P U T XIII.

De his, qui usurpant sibi, quod soli debeant Episcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assessoris secum aliis septem Episcopis; si tamen non potuerit septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare. *Arel. I. c. 2.*

### C A P U T XIV.

Nullus Episcopus sine Metropolitani permis-  
su, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus Episcopis comprovincialibus, præsumat Episcopum ordinare, ita ut alii comprovinciales epistolæ admoneantur, ut se suo responso contentisse significant; quod si inter partes aliqua fuerit dubitatio, majori numero Metropolitanus in elec-  
tione consentiat. *Arel. II. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 8. & part. 5. c. 138. decret.*

### C A P U T XV.

Optimum esset, cum Metropolitanano omnes provinciae Episcopos convenire: & decet per epistolam Metropolitanum eos convocare, & si omnes comparent, recte est, si vero difficile id quidem est, plurimos convenire oportet, aut per litteras in eandem sententiam consentire, atque ita cum plurium sive præsentia, sive calculo ordinationem fieri. Si aliter, atque dictum est, fiat, non valeat ordinatio; si vero ita fiat, & aliqui con-

*Dif. 80. Fraternita- tem. c. ult.*

*De tempor. ord. Nec E- pisco. c. 7. Greg. IX. & de elect. c. 4. in 1. coll.*

*Greg. IX. & 1. coll.*

contradicant, propter eorum contentionem, plurimum sententia valeat. *Arelat.* 19. *Martin.* *Brac.* cap. 3.

*quisg. 9. Anael. ep. 2. post med. Raban. lib. I. c. 4. de instit. cleric.*

C A P U T XVI.

*2. q. 1. Episcopo. cap. 3. C. 4.* Electionem Episcopi oportet non aliter fieri, nisi cum synodo, & examine Episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum qui dignus extiterit, promovere. *Antioch.* cap. 23. *Mart. Brac.* cap. 8. *Burch. lib. I. cap. 185. C. 187. Ivo p. 5. cap. 301. C. 303. decr. Ans. lib. 6. c. 57. Cæsar. lib. 3. c. 37.*

C A P U T XVII.

Ut non liceat Episcopum, nisi a multis ordinari, vel si cogat necessitas, a tribus Episcopis, ut quod ab antiquis constitutum est, servetur. Cum voluntate Primatis ejus provinciae. *Carth.* 13. *G. Carth. II. c. 12. L.*

*EPISCOPUS NON ORDINETUR SINE CONSENSU METROPOLITANI.*

C A P U T I.

**C**UM Episcopus a tribus praesentibus, aliis. *Dif. 64. c. 1. Episcopi, & c. 7. Episcopum.* que per litteras consentientibus ordinatur, auctoritas rerum gestarum in singulis provinciis Metropolitano deferatur. *Nicæn.* 4. *Mart. Brac.* c. 2. *Nicæn. II. c. 3. Innoc. ep. 2. ad Victor. cap. 1. Joann. III. ep. un. in med. Ivo part. 5. c. 117. decret. *Anselm. lib. 6. c. 48. Cæsar. lib. 3. c. 26.**

C A P U T II.

Si quis sine Metropolitani voluntate fiat Episcopus, non sit Episcopus. Si vero communio omnium suffragio, & juxta canonem ecclesiasticum fiat, duo vero, vel tres ob contentionem solam contradictant, valeat plurimum sententia. *Nicæn.* 6. *Antist.* 19. 23. *Chalc. act. 16. in med. Bonif. epist. 3. Anselm. lib. 6. cap. 37. Cæsar. lib. 3. cap. 47.*

C A P U T III.

Metropolitani Pontifices Asianæ, & Thraciæ dioeceseos ab Archiepiscopo CP. ordinantur. Ipsi Episcopos in suis dioecesibus cum Episcopis provincialibus ordinant. *Chalced.* 28. *G. vide CP. 2. C. 3. G.*

C A P U T IV.

Extra conscientiam Metropolitani Episcopi *Dif. 64. c. 5. nullus audeat ordinare Episcopum. Innoc. epist. 2. cap. 1. Vid. Telen. conc. C. Syrici ep. 4. c. 1. Ivo part. 5. c. 113. deer. Anselm. lib. 6. cap. 50. Tarr. lib. 3. c. 44.*

C A P U T V.

Lutubensis\* ecclesiæ cleri ordo, vel plebis preces suas, & lacrymas ad nos magno cum dolore miserunt, dicentes, coepiscopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in locum decedentis Episcopi, nescio quem, in alia provincia, prætermisso Metropolitano, contra Patrum regulas ordinauit. Quod nequam possumus ferre patienter, quia convenit, nos paternarum sanctorum esse diligentes custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit; „ Per unamquam provinciam “, &c. *Bonif. epist. 3. in med.*

C A P U T VI.

Si quisquam fratum nostrorum in quacumque provincia deceperit, is sibi ordinationem vindicet sacerdotis, quem illius provinciæ Metropolitani esse constiterit. *Leo ep. 67. vel 87. ad Episcopos Viennens. provinc. post. med.*

C A P U T VII.

*Dif. 63. Si in aliam forte personam partium se vota di- forte. c. ult.*

viserint, Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & studiis juvatur, & meritis. *Leo epist. 82. vel 84. ad Anast. Theffalon. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 6. panorm. & part. 5. c. 347. decret. Deusd. c. 1. Ans. lib. 6. cap. 16.*

## C A P U T VIII.

*Difl. 62. c. 1.* Nulla ratio finit, ut inter Episcopos habentur, qui neque a clericis sunt electi, neque a plebibus expetiti, neque a provincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati. *Leo epist. 90. vel. 92. ad Rustic. Episc. Narbon. cap. 1. Vide Eugen. II. in syn. cap. 5. Burch. lib. 1. c. 11. Ivo part. 5. cap. 65. Anselm. lib. 6. cap. 68. Deusd. cap. 1. Caesar. lib. 3. cap. 3. Tarrac. lib. 3. cap. 6.*

## C A P U T IX.

Nullus præter notitiam, atque consensum fratris Ascanii Metropolitani aliquatenus consecratur Antistes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc CCCXVIII. sanctorum Patrum definivit auctoritas, cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se confortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultavit. *Hilar. Papa epist. 1. cap. 1. Ascanio, & Episcopis Tarragonensis provincie.*

## C A P U T X.

Licet ii, qui præter notitiam, atque consensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoveri: ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austерum, eos, qui Episcopi facti sunt, ita volumus permanere, ut in Apostolicis præceptionibus, & statutis sanctorum Patrum non reperiantur obnoxii. *Hilar. epist. 3. ad Ascan. Episcop. Tarragon. Metropol. in med.*

## C A P U T XI.

In canone legitur Nicæno: „Episcopū convenit maxime quidē ab omnibus, qui sunt in proximis, Episcopis ordinari.“ Si autē hoc difficile fuerit, a tribus in idipsum convenientibus & absentibus consentientibus ordinatio celebretur. Firmitas autē eorum, quae geruntur per unamquamque provinciam, Metropolitano tribuatur Episcopo. Omnia quoque maxima concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus quam a tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitani fuerit factus Episcopus. *Joann. III. ep. unic. in med. Vid. Nicæn. cap. 4.*

## C A P U T XII.

*De temp. ordin. cap. 7. Grog. IX. & in 1. collect. su, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus de elect. 4. Episcopis comprovincialibus præsumat Episcopum ordinare. Arel. II. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 8. panorm. & part. 5. cap. 138. decr.*

## C A P U T XIII.

Qui sine conscientia Metropolitani constitutus fuerit Episcopus, juxta magnam synodum esse Episcopus non debet. *Arel. II. cap. 6. Vide Nicæn. 6. in fin. Burch. libro 1. cap. 20. Ivo part. 5. cap. 74. decr.*

## C A P U T XIV.

*Difl. 65. c. 3. & c. 2. Non debet.* Episcopus non ordinetur sine consensu, & præsentia Episcopi Metropoleos provinciarum, optimoque esset, omnes Episcopos cum eo conve-

nire. *Antioch. cap. 19. Mart. Bracar. cap. 3.*

## C A P U T XV.

Episcopi, judicio Metropolitanorum, & vicinorum Episcoporum ordinentur. *Laod. 12. Tul. & difl. 61. Episcopum. lib. 1. cap. 9. Ivo part. 5. cap. 63. decr.*

## C A P U T XVI.

Cum conventu totius provinciæ Episcoporum maximeque Metropolitani, vel auctoritate, vel præsentia ordinetur Episcopus. *Carth. IV. fine. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 8. Ivo part. 5. c. 62. decr.*

## C A P U T XVII.

Si quis in Metroplitana civitate non fuerit *Difl. 65. c. 8.* Episcopus ordinatus, posteaquam suscepit benedictione per Metropolitani litteras honorem fuerit Episcopi adeptus, &c. statuto tempore, id est impletis duobus mensibus se in Metropolitani sui præsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenus, quid observare debeat, recognoscatur. Si non fecerit, in synodo increpatus a fratribus corrigatur. Si infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit impeditus, hoc suis litteris Metropolitano indicare procuret. *Tarrac. cap. 5.*

## C A P U T XVIII.

Episcopatum desiderans electione clericorum, vel civium, consensu etiam Metropolitani ejusdem provinciæ, Pontifex ordinetur. *Arver. cap. 2.*

## C A P U T XIX.

Licet melius esset in sua ecclesia fieri, tamen aut sub præsentia Metropolitani, aut certe cum ejus auctoritate, intra provinciam omnino a comprovincialibus ordinetur Episcopus. *Aurel. XII. cap. 5.*

## C A P U T XX.

Ne quis Britannum, aut Romanum in Armorico sine Metropolitani, aut comprovincialium voluntate, vel litteris, Episcopum ordinare præsumat, si quis contraire tentaverit, sententiam in anterioribus canonibus observet, & a charitate usque ad majorem synodus se cognoscat esse remotum. *Turon. II. cap. 9.*

## C A P U T XXI.

Nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clericus, nec populus propriæ civitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum assensu non exquisivit, &c. a tribus in sacerdotem die dominica confecrabitur, convenientibus ceteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia ejus, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non, nisi in civitate Metropoli, & comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta verita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit. *Tolet. IV. cap. 18.*

## C A P U T XXII.

Decrevit sancta synodus, ut nullus Episcopus accipiat de manu Regis vel Comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Episcopatus, &c. sed Episcopus a suo Metropolitan. *Pictav. cap. 1.*

TI-

TITULUS XIX.  
DE CÆRIMONIIS, QUÆ SERVARI  
DEBENT IN CONSECRATIONE  
EPISCOPI.

## C A P U T I.

**P**Atriarchæ a sacerdotali catalogo propriæ manus scripta facere ad propriam tutelam, favoremque suum, & quasi stabilitatem exigant, & compellant. Vixum est sanctæ huic, & universali synodo, nequaquam id ex hoc a quopiam fieri, excepto eo, quod secundum formam, & consuetudinem pro sincera fide nostra tempore consecrationis Episcoporum exigitur. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 8.*

## C A P U T II.

**D**icitur. Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebrandæ, qui simul convenientes scrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum sanctis Evangelii, quæ prædicaturi sunt, impONENTES, dominica die, hora tertia orantes, sacra que unctione exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum more Apostolorum & Moyli, ungentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto chrisma te est permixta, & hoc ritu solemnem celebrant ordinationem. *Anacl. epist. 2. in princ. Burch. lib. I. cap. 15. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 5. panorm. O' part. 5. cap. 69. descr. Anselm. lib. 6. cap. 47.*

## C A P U T III.

**D**icitur. His, qui consecrandi sunt, jejunis, & a jejunibus sacra benedictio conferatur, &c. Pie, & laudabiliter Apostolicis morem gesleris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesiæ, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris, ut his, qui consecrandi sunt, numquam benedictiones, nisi in die Resurrectionis Dominicæ tribuantur. *Leo epist. 79. ad Diocor. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 6. panorm. O' part. 6. cap. 70. O' 71. descr. Anselm. lib. 7. cap. 37. Terrac. lib. 3. cap. 47.*

## C A P U T IV.

Ordinatio Episcopi non passim, sed die legitimo celebretur. Nec sibi constare status sui novabit firmatatem, qui non die sabbati vespere, quod lucescit in primam sabbati, vel ipso Dominico die fuerit ordinatus. Solum enim majores nostri Resurrectionis Dominicæ diem honore dignum judicavere, ut sacerdotes, qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennen. provinc. ante fin.*

## C A P U T V.

**D**icitur. Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum codicem super caput, & cervicem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangent. *Carth. IV. cap. 2. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 11. panorm. O' part. 5. cap. 124. deer. Anselm. lib. 6. cap. 49. Caesar. lib. 3. cap. 27.*

TITULUS XX.  
COMMUNIA DE CONSECRATIONE  
EPISCOPI.

## C A P U T I.

**E**piscopi ordinentur a Metropolitano intra tres menses, nisi ex causa necessaria, aut puniatur canonice poenit. *Chalc. 25. Vernen. c. 17. Vormac. 75. Burch. lib. 1. cap. 24. Ivo part. 5. c. 135. descr. Anselm. lib. 6. c. 35. Caesar. lib. 3. c. 28.*

## C A P U T II.

Nullus in Episcopum, nisi canonice electum conficeret; quod si presumptum fuerit, & consecratus, & consecrator \* absque recuperationis spe \* deponatur. *Callist. II. in conc. Rom. cap. 10. sus, f.*

## C A P U T III.

Cyprios asteris olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi Episcopis, & usque adhuc habere presumptum, ut suo arbitratu ordinent, neminem consulent. Quocirca persuademos eis, ut curent juxta canonum fidem, fidem catholicam sapere, atque unum cum ceteris sentire provinciis, ut appareat sancti Spiritus gratia ipsos quoque ut omnes ecclesias gubernari. *Innoc. ep. 18. cap. 2.*

## C A P U T IV.

Si in ea provincia, in qua plurimi Episcopi sunt, unus Episcopus remaneat, & is noluerit consentire ordinationi aliorum, & plebs convenienter petat ordinationem fieri ab Episcopis viciniis. L. oportet illum Episcopum admoneri per litteras Exarchi provinciæ, id est Metropolitanæ, ut populis satisficiat. Si vero noluerit rescribere, neque facere, voluntati populi satisfiat. Ad ordinationem Metropolitanæ oportet vocari Episcopos vicinæ provinciæ. *Sardicen. 6. Burch. lib. 1. cap. 26. Ivo part. 5. cap. 137. deer.*

## C A P U T V.

Qui deinceps ordinabuntur Episcopi in Africa, litteras accipient ab ordinantibus, eorum manus subscriptas, cum Consule, & die, ut non dubitetur de prioribus & posterioribus Episcopis. *Carth. 90. G. Afr. 56. L. Mil. 14. L. Vide 87. G.*

## C A P U T VI.

Porrexit (*Hincmarus*) litteras canonicas, quas canones sacri ordinatum a suis ordinantibus accipere jubent, diem præferentes, & Consul. *Synod. apud S. Medard. in caus. Hincmari.*

## C A P U T VII.

Episcopi formam suæ professionis in sua consecratione prolatam bis in anno coram se legi faciant diligenter, ut tanto melius professionis suæ recordentur quanto sæpius eorum fuerit auribus inculcata. *Oxonien. cap. 8.*

## TITULUS XXI.

QUÆ DEBEANT OBSERVARI IN  
CONSTITUENDIS NOVIS  
EPISCOPATIBUS.

## C A P U T I.

**E**piscopos per singulas civitates, quibus ille Matt. 10. b. non miserat, doctos, & prudentes, sicut serpentes, simplices sicut columbas, juxta Domini præceptionem, nobis mittere Petrus Apostolus præcepit, quod etiam facere inchoavimus. Vos autem per vestras dioeceses Episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias partes, quod idem ius fit, agere curabimus, aliquos vero ad Gallias, Hispanias,

## 126 Juris Pontificii Veteris Epitome

spaniasque mittemus, & quosdam ad Germaniam, & Italiā, atque ad reliquas gentes diripere cupimus. Ubi autem ferociores, & rebelliores gentes esse cognoverimus, illuc dirigere sapientiores, & austriores necesse habemus, qui quotidie non cessent divina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem, & viam veritatis perducere, ut plures manipulos Domino valeant präsentare. Clem. epist. 1. post med.

### C A P U T II.

16. q. 1. Fe-  
lix. cap. 50. Præcipimus, ut juxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore Apostolicæ sedis debeatis ordinare Episcopos, pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas Episcopatus. Greg. II. epist. 8. ad Bonif. Episc. post princ.

### C A P U T III.

Dioœses, qua numquam Episcopos acceperunt, non habeant, & illa, qua aliquando habuit, habeat proprium, & si crescente fide, Dei populus multiplicatus desiderat proprium habere Rectorem, ejus voluntate, in cuius potestate est dioœsis constituta, habeat Episcopum. Carth. 11. cap. 5. Tolet. XII. cap. 4. Burch. lib. 1. c. 33. Ivo part. 5. cap. 144. decr.

### C A P U T IV.

16. q. 1. Fe-  
lix. cap. 52. In multis synodis definitum est, ut plebes, qua in parœciis ab Episcopis possellis, Episcopum proprium non habent, sine consensu Episcopi, a quo possidentur, non accipient. Sunt enim, qui tyrannidem exerceant, fratrum communione aversentur: alii presbyteri adversus suos Episcopos cervices eligunt, & plebem convivis, & pravis consiliis subvertunt, ut eos perant sibi Antistites. Carth. 54. G. Carth. III. cap. 42. L. Afr. 20. L. Anselm. lib. 5. cap. 76. in addit.

### C A P U T V.

Statutum est, ut parœcia, qua non habent Episcopos, sine consensu ejus, cui subsunt, non habeant, &c. Carth. 57. G. Afr. 23. L. Carth. III. cap. 46. L. Tolet. XII. cap. 4. Burch. lib. 1. c. 33. Ivo part. 5. cap. 144. decr. Anselm. lib. 5. cap. 75. in addit.

### C A P U T VI.

Populus, qui caret Episcopo, non accipiat eum, sine synodi ejus provinciæ, & Primatis decreto, & consensu illius Episcopi, in cuius dioœsi est ecclesia. Carth. 101. G. Afr. 65. L.

### T I T U L U S XXII.

**EPISCOPI NON CONSTITUANTUR  
IN OPPIDIS, NEQUE IN PAR-  
VIS CIVITATIBUS.**

### C A P U T I.

**H**OCC prævidendum instituit Petrus Apostolus, ne in villis, aut castellis, vel modicis civitatibus instituerentur Episcopi, ne viles eorum nomen fieret. Clem. epist. 1. post med.

### C A P U T II.

Dif. 80. c. 3. Episcopi non in castellis, aut modicis civitatibus debent constitui, sed presbyteri ab Episcopis ordinari, & ponit singuli per singulos titulos suos. Episcopus non ab uno sed a pluribus debet Episcopis ordinari, & non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen Episcopi, sed ad hono-

rabilem urbem titulandus, & denominandus est, &c. Anael. epist. 3. in princ. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 4. Ivo part. 5. cap. 58. & 98. decr.

### C A P U T III.

Alibi Episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis. Evarist. ep. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 140. Ivo part. 5. cap. 254. decr. Anselm. lib. 3. cap. 82. Cæsar. lib. 5. cap. 53. Tarrac. lib. 2. cap. 38.

### C A P U T IV.

Ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat. [ Episcopalia autem gubernacula, non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oportet præsidere, ne quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta vetuere, viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat, &c. Episcopi eorum locorum, quibus non debuerant ordinari, si humana conditione decesserint, loca ipsa ad jus ejus Antistitis redigantur, cuius antea fuerant priora. Leo epist. 85. vel 87. cap. 2. ad Episcopos Africæ. Burch. lib. 1. cap. 32. Ivo part. 5. cap. 107. & 143. decr.

### C A P U T V.

Memineris, quid in sacris canonibus præcipimur observare: „ut minime in villulas, vel in modicas civitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi“, &c. Statuimus per Apostolicam auctoritatem Episcopales sedes in castello Mursaburg, & in oppido Buraburg, & in loco Erfphesfurt, qua per successionem Episcopos mereantur, & populis præsint, atque verbum prædicationis subiectis insinuent. Zach. epist. 6. ad Bonif. in princ.

### C A P U T VI.

Non licet ordinare simpliciter Episcopum in vicis, vel parva urbe, cum unus presbyter sufficiat, ne contaminatur nomen Episcopi. Sed illic ordinentur, ubi prius erant, vel ubi multum creverit populi multitudo. Sard. 6. Vide Tolet. XII. c. 4. Burch. lib. 1. cap. 33. Ivo part. 5. c. 144. decr.

### C A P U T VII.

Non debere in vicis, & agris ordinari Episcopos, aut Periodeutas, & qui ordinati sunt, nihil agant, sine Episcopi urbis voluntate, presbyteri quoque sine ejusdem Episcopi voluntate nihil agant. Laod. 56. G. 57. L. refert Tolet. XII. cap. 4. Capit. lib. 1. cap. 18. Burch. lib. 1. cap. 33. Ivo part. 5. cap. 144. decr.

### C A P U T VIII.

Stephanus Emeritenis sedis Episcopus dixit: „ se violentia principali impulsu, ut in monasterio villula, in qua corpus sanctissimi Pinevii confessoris quiescit, novam Episcopalis honoris ordinatione efficeret, &c. Novit conciliū eundem Principem Wambā præcepisse, ut in suburbio Toletano, in ecclesia Prætoriensī sanctorū Petri, & Pauli Episcopus ordinaretur, & in aliis vicis, vel villulis simili ter fecisse, &c. Elegerimus, ut in loco villula supradictę deinceps selectiones Episcopalis non remaneat, neque Episcopus illuc ultra constituendus existat. Convildus

„ ta-

„ tamen non condemnandus, ut non ambitione,  
 „ sed Principis impulsione ordinatus est Episco-  
 „ pus, sed in sedem aliam decedentis cuiuslibet  
 „ Episcopi transferatur, & is locus sub monasti-  
 „ ca institutione mansurus, non Episcopali pri-  
 „ vilegio fatus, sed sub regimine Abbatis, sicut  
 „ hucusque fuit, erit modis omnibus mancipan-  
 „ dus, &c. Si quis contra haec canonum interdi-  
 „ eta venire coactus fuerit, ut in locis illis se  
 „ Episcopum eligat fieri, ubi Episcopus num-  
 „ quam fuit, anathema sit in conspectu Dei o-  
 „ mniotentis, & insuper tam ordinator, quam  
 „ ordinatus gradus sui ordinis perdat, quia non  
 „ solum antiquorum Patrum decreta, sed Apo-  
 „ stolica auctoritas est convellere instituta“ *Tolet.*  
*XII. cap. 4.* referuntur verba canonum *ibid.*  
*Burch. lib. 1. c. 33. Ivo part. 5. cap. 144. decret.*

## C A P U T IX.

Constituimus per consilium sacerdotum, &  
 ordinavimus per civitates legitimos Episcopos.  
*Sueffson. sub Pipino.*

## C A P U T X.

Ut Episcopi debeant per singulas civitates es-  
 se. *Vernen. sub Pipino, cap. 1.*

## T I T U L U S XXIII.

## N E D U O S I N T E P I S C O P E U N I U S

## C I V I T A T I S.

## C A P U T I.

<sup>1. q. 7. Si quis, c. 8.</sup> DE Episcopis, presbyteris, & clericis Catha-  
 ris (*Novatianis L.*) conversis, ut in eodem  
 ordine permaneant, sed ubi est catholicus Epis-  
 copus, catharus presbyter appellatur, nisi velit  
 catholicus pati, Episcopi nomine tantum illum-  
 dici, vel reperiat ei locum chorepiscopi, vel pres-  
 byteri. Duo tamen Episcopi ejusdem loci esse ne-  
 queunt. *Nicæ. 8. Vide Tolet. XII. cap. 4.*

## C A P U T II.

<sup>De offic. iud. ord. cap. 14. Greg. IX. & cap. 2. eod. in 4 coll.</sup> Prohibemus omnino, ne una civitas, five dice-  
 ces diversos Pontifices habeat, tanquam unum  
 corpus diversa capita, quasi monstrum. Sed si ur-  
 gens necessitas postulaverit: ut cum in eadem  
 dieceesi sunt populi diversarum linguarum,  
 Pontifex loci catholicum Praesulem nationibus  
 illis conformem, provida deliberatione constituat  
 sibi vicarium in praedictis, qui ei per omnia sit  
 obediens, & subjectus, unde si quis aliter se gesse-  
 rit, excommunicationis se noverit mucrone per-  
 cussum: & si nec sic resipuerit, ab omni ecclesia-  
 stico ministerio deponatur, adhibito, si necesse  
 fuerit, brachio saeculari ad tantam insolentiam  
 compescendam. *Innoc. III. in conc. gener. Later.*  
*cap. 9.*

## C A P U T III.

<sup>Dicit. 80. In illis. cap. 2.</sup> In singulis civitatibus, singulos, & non binos,  
 vel ternos, aut plures Episcopos constitui (*Petrus*  
*Apostolus*) praecepit, qui non Primum, aut  
 Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum no-  
 mine, &c. sed Episcoporum potirentur, quoniam  
 nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed  
 unus omnibus praefuit, &c. Nec in villis, aut ca-  
 stellis, vel modice civitatibus instituantur Epi-  
 scopi, ne vile eorum nomen fiat. Episcopos ergo  
 vicem Apostolorum gerere Domini docuisse di-  
 cebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere

presbyteros, &c. *Clement. epist. 1. post med. Vid.*  
*Leo IX. epist. 3. ad Episcopos Africæ. Burch. lib.*  
*1. cap. 155. Anselm. lib. 6. cap. 105.*

## C A P U T IV.

Perspiciendum est, ne duo simul sint in una ec-  
 clesia sacerdotes. *Hilar. epist. 1. cap. 4.*

## C A P U T V.

Ne unius ecclesie duo esse permittantur Anti-  
 stites. *Hilar. epist. 1. ad Ascan. Episc. Tarrac. in*  
*fin. & epist. 2. ad Leontium, & alios, in fin.*

## C A P U T VI.

Sicut Domini vestimentum scissum non est,  
 sed de eo sortiti sunt, ita nec Ecclesia scindi de-  
 bet, quia in unitate tota consistit. In potestatem  
 ergo proprii Episcopi ecclesie reducantur, & ab  
 ipso, sicut in sacris canonibus caustum est, ordi-  
 nentur, alioquin, & ecclesie ipsæ, & clerici ea-  
 runderem divinis destituantur officiis. *Ex decreto*  
*Pasch. II. in conc. unic. incert. cap. ult.*

## C A P U T VII.

Duo in una civitate penitus uno tempore nec  
 ordinentur, nec habeantur Episcopi, ne res ec-  
 clesiæ fœva divisione debeant parti. *Cabilon. 4.*

## T I T U L U S XXIV.

N E V I V E N T E E P I S C O P O A L I U S E P I-  
 SCOPUS CONSTITUATUR.

## C A P U T I.

**N**E temere a mundana potestate eliciatur le-  
 gitimus Pontifex, & pro eo subrogetur al-  
 ter inique, & illegaliter, sancta, & universalis  
 synodus exclamavit: „ Recipimus hęc omnia, val-  
 „ de quippe sunt discreta, & congrua ecclesiastii  
 „ eis regulis, atque legibus“ *VIII. syn. CP. sub*  
*Hadr. II. act. 5. post epist. Nicolai ad Photium.*

## C A P U T II.

Ipsius Episcopis viventibus alii constituiri non  
 possunt, ideo proprii revocari, & integrerime re-  
 litui debent. Illos vero, qui adulterina fœditate  
 sponsas fovent, eiici, & adulteros, atque infam-  
 es fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arce-  
 ri jubemus, si autem adversos eos aliquam que-  
 relam habueritis, his peractis inquirendum erit,  
 & auctoritate hujus sanctæ sedis terminandum.  
*Evarist. epist. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 140.*  
*Ivo part. 5. cap. 254. decret. Anselm. lib. 3. cap.*  
*82. Caesar. lib. 5. cap. 53. Tarrac. lib. 2. c. 38.*

## C A P U T III.

Cur in praedictorum Episcoporum loco alios  
 adulteros posuisti, antequam penes nos, aut apo-  
 crifarios nostros, eorum causa canonice esset ex-  
 minata. *Jul. epist. 2. in princ.*

## C A P U T IV.

<sup>7. q. 1. c. 43.</sup> Si quis, alio transmigrante in locum viventis  
 ordinatus est, tamdiu vacet sacerdotii dignitate,  
 qui suam deseruit civitatem, donec successor eius  
 quieteat in Domino. *Damas. ad Paulinum ep. 1.*  
*in med. Anselm. lib. 6. cap. 95. Tarrac. lib. 3.*  
*cap. 70.*

## C A P U T V.

Projecti ad nos litteræ lacrymabiles, & dolen-  
 dæ, de superordinato sibi Episcopo sunt directæ.  
 Epistola quoque ingesta est civium ipsius, & nu-  
 merosa subscriptione singularum firmata in video-  
 fissimis contra Hilarium plena querimoniis, quod

Pro-

## 128 Juris Pontificii Veteris Epitome

Projecto Episcopo suo ægrotare liberum non fuisse, ejusque sacerdotium in alium præter sui notitiam esse translatum, & tamquam in vacuam possessionem ab Hilario perversore hæredum viventis inductum, &c. Apparet, quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse præsumptioni suæ fraternalis mortis credidit tarditatem. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit vitam, qui hunc dolorem, in locum ejus alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset, injectit. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennens. provinc. in med.*

### C A P U T VI.

(*Episcopi ab Acacio constituti*) hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quod se passi sunt successores viuis sacerdotibus adhiberi. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. in med. Anselm. lib. 12. c. 69.*

### C A P U T VII.

<sup>7. q. 1. in  
princ.</sup> Nulli viventi Episcopo aliis superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus loco, quem culpa capitalis dejecterit. *Aurel. V. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 186. Ivo part. 5. cap. 302. decr.*

### C A P U T VIII.

Nemo vivente Episcopo, ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes invadere, aut dominari præsumat, neque sub voluntariae cleri, ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Episcopi quisquam quacumque saeculari potestate præditus, quasi œconomum constituat. *Meld. c. 47.*

### C A P U T IX.

In locum viventium Episcoporum alii subrogantur, &c. Numquam sane Patres nostros talia aulos fuisse sed potius vetus cognovimus, ne cui in locum viventis per consecrationem alium substituendi sui \* potestas. *Innoc. ep. ad clerum CP. apud Niceph. lib. 13. cap. 32.*

### T I T U L U S XXV.

**DE EPISCOPO, QUI NON VULT SUSCIPERE CURAM SUI EPISCOPATUS, ET DE EO, QUEM POPULUS SUSCIPERE NON VULT.**

### C A P U T I.

<sup>Manb. 10. c.</sup> **S**I Episcopus, presbyter, diaconus, non fusciperit curam, & ministerium populi sibi commissi, excommunicetur, donec fuscipiat. Si culpa populi, non sua, non fuscipiat a populo Episcopus, clerus protervi populi excommunicetur. *Ap. 36. G. 37. L.*

### C A P U T II.

Si ipse *Dominus* de civitate ad civitatem propter persecutionem fugere præcipit, quis eos detrahere, aut damnare propterea audet, vel potest, quod verbis Dominicis obtemperant? &c. Qui enim persecuntur Domini Episcopos, eosque de civitatibus ad civitates transfire compellunt, non eos tantum persecuntur, quantum Dominum nostrum Jesum Christum, cuius legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant Episcopi, quoniam non sponte, sed coacte hoc agunt, sed illi, a quibus persecuntur, nec ipsis Episcopis hoc imputari potest, sed illis, qui eos hoc agere cogunt, &c. Apud veteres, sine ulla differen-

tia de una civitate ad alteram migrabat Episcopus, dum utilitas, aut necessitas evocaret, &c. Huic regulæ contradicere nullus potest, quæ etiam causa utilitatis, aut necessitatis inthronizari Episcopum jubet, & mutari, ac transfire eum de civitate ad aliam civitatem, non proprium habentem Episcopum, sinit. *Pelag. II. ep. 2. in med.*

### C A P U T III.

Si qui Episcopi constituti non recipiuntur in illa parœcia, in qua nominati sunt, & in alias parœcias veniant, & vim inferant ordinatis, & contra eos seditiones moveant, excommunicentur. Si velint in presbyteratu manere, ubi prius erant presbyteri, non auferatur ab eis honos. Sed si cum Episcopis ibi ordinatis contendant, auferatur ab eis honos presbyteratus, & sint ejecti. *Ancy. 18. Mart. Brac. 12. Burch. lib. 1. cap. 36. Ivo p. 5. cap. 147. decr.*

### C A P U T IV.

Si quis Episcopus ordinatus sit, ut populo *Dif. 92. c. 7.* præsit, & non fuscipiat administrationem, neque velit abire ad creditam ei ecclesiam, excommunicatus sit, quoad coactus eam fuscipiat, aut de eo integra synodus Episcoporum, qui in provincia sunt, aliquid definiat. *Antioch. 17. refert Chalc. act. 12. G. 11. L. ut canon. 96. Martin. Bracar. cap. 11. Capit. lib. 1. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 37. Ivo part. 5. cap. 148. decr. Anselm. lib. 6. cap. 200. sive cap. 100. in Rom. Cæsar. lib. 3. cap. 60.*

### C A P U T V.

Si Episcopus ordinatus in parœcia non fuscipiat non sua culpa, sed propter populi contradictionem, aliamve causam, in honore quidem perseveret, & sacro ministerio, nihil tamen ex rebus ecclesiæ illius vexet, in qua est. Faciet autem, quod a synodo perfecte fuerit judicatum. *Antioch. 18. refert Pelag. II. epist. 2. Martin. Brac. cap. 10. Burch. lib. 1. cap. 40. G. 41. Ivo par. 5. cap. 151. G. 152. decr. Anselm. lib. 6. cap. 41. G. in addit. lib. 5. cap. 70. Tarrac. lib. 6. c. 68. G. 69.*

### T I T U L U S XXVI.

**DE VITA, ET HONESTATE EPISCOPORUM.**

### C A P U T I.

**C**UM rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quiske regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perveniens, qualiter vivat, & bene vivens, qualiter doceat, & recte docens, infirmitatem suam quotidie, quanta consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vita doctrinam destruat, aut doctrinam præsumptio extollat, &c. *Greg. in procem. lib. 1. p. floral. apud Aquisgr. 13. in princ. G. Aquisgr. 2. sub Ludov. p. 1. c. 7.*

### C A P U T II.

Sunt nonnulli, qui sollerti cura spiritualia præcepta perscrutantur, sed quæ intelligendo penetrant, vivendo conculcant. Repente docent, quæ non opere, sed meditatione didicerant, & quod verbis prædicant, moribus impugnant. Unde fit, ut cum pastor per abrupta graditur, ad præcipitum

**Ezecl. 34. c.** tium gressus sequatur. Hinc namque per Prophetam Dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur dicens: *Cum ipsi lippidissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. Et oves, quae conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quae pedes vestri turbaverant, haec bibebant.* Aquam lippidissimam pastores bibunt, cum fluenta veritatis, recte intelligentes, hauriunt, sed eandem aquam pedibus perturbare est, sanctæ meditationis studia male vivendo corrumpere. Aquam scilicet pastorum turbatam pedibus oves bibunt, cum subjecti quique non sectantur verba, quæ audiunt, sed sola, quæ conspicunt, exempla pravitatis imitantur. Qui cum dicta sitiunt, & per opera pervertuntur, quasi corruptis fontibus in potibus lutum sumunt. Nemo amplius nocet in Ecclesia, quam qui perverse agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo ceteros destruit, vel exemplo, melius profecto fuerat, ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena aucta constringerent, quam sacra officia in culpis ceteris imitabilem demonstrarent, &c. *Greg. lib. 1. pastor. c. 2. apud Aquisgr. c. 27. in princ. & Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. e. 4.*

## C A P U T III.

**Cum sacerdos non agit bona, quæ loquitur, ei eriam sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur, sicut per Prophetam dicitur:**

**Psalm. 49. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam, & assumis testamentum meum per os tuum? &c.** Plerumque docttor, qui docere audet, quod neglit agere, cum desierit bona loqui, quæ operari contempsit, docere subjectos incipit prava, quæ agit, ut justo omnipotens Dei judicio, in bono jam nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recusat, quatenus dum mens ejus terrenarum rerum amore incenditur, in terrenis rebus semper loquatur. *Gregor. lib. 2. Moral. cap. 9. & 10. apud Aquisgr. c. 27. in fin.*

## C A P U T IV.

Malis subesse pastoribus quid aliud est, nisi ut plebs populanda prædonibus permaneat, & inde sumat interitum, unde protectionis debuit habere subsidium? sacerdotes enim mali causa sunt ruinæ populi. *Greg. apud Greg. VII. lib. 9. registr. epist. 34. ante finem.*

## C A P U T V.

Episcopus, presbyter, atque diaconus tam sancta conscientia resplendeant, ut effugiant probitate actuorum maledicorum obloquia, & testimonium in se divinum implere contendant, quo Dominus minus ait: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes vestra bona opera, glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* *Arvern. c. 15. Matisc. c. 1.*

## C A P U T VI.

Longe altius excellat vita pastoris, compara-  
**Mattb. 5. b.** ta subditi gregis, quibus singulariter boni pasto-  
**& 6. b.** ris voce dicitur: *Vos estis lumen mundi, & rursus:*

*Tom. V.*

*Vos estis sal terra, & iterum: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in cælis est.* Hinc etenim colligi potest, in quantum distare debet pastor a grege, dum istos homines, & illo plus quam homines, id est lucem hominum Dominus voluit appellari. *Foro julien. c. 2.*

## C A P U T VII.

Episcopus vita, habitu, forma, & conversatione sancta suis sit subjectis exemplum, ut juxta Dominicam vocem, videant opera ejus bona, & glorificant Patrem Deum, qui in cælis est. *Matt. 5. b. Tu-ron. sub Carolo c. 4.*

## C A P U T VIII.

Ut ea, quæ legendo perscrutantur (*Episcopi*) opere compleant, juxta illud, *cœpit Iesus face-re, & docere, &c.* & quia non auditores legis *Act. 1. a. Rom. 2. b. 1. Cor. 14. d.* sed factores ejus justificabuntur, & regnum Dei non in sermone (*est*) sed in opere. Et sint subditis norma vivendi, ita videlicet, ut & verbis, & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant, &c. *Cabilon. sub Carolo c. 2.*

## C A P U T IX.

Lectiones sunt sententiae libri pastoralis beati Gregorii, ut pastores Ecclesiae intellegent, quomodo ipsi vivent, qualiter sibi subjectos deberent admonere: quoniam teste eodem beato Gregorio, aliter admonendi sunt prælati, aliter subditi. *Rhemens. c. 10.*

## C A P U T X.

Episcopus honeste, & ut Christianum antistitem decet, vivat, caveatque, ne suo exemplo subditis noceat. *Aug. in lib. ad pastores tom. 10. a. apud Aquisgr. c. 12. in med. sententia.*

## C A P U T XI.

Illi (*Pontifices*) qui se ab omnibus implicamentis negotiorum sacerdotalium removentes, non torpent otio, sed insistunt perfectionis suæ negotiatio, & ab stoutitia sapientiae sacerdotalis aversi verbo Dei infatigabiliter vacant, sapientes veraciter fiunt, celestia sapiunt, terrena despiciunt, contradicentes sanæ doctrinæ redarguant, obedientes instruunt: sanctis virtutibus, quibus in dies singulos fiunt Deo propinquiores, incumbunt: & tam suis, quam omnium, qui per eos erudiuntur, proiectibus clari, hic quidem velut gustum quandam contemplativæ vitæ, quo ad eam ferventius provocentur, accipiunt, sed ibi jam in æternum felices effecti, de ejus perfectione gaudebunt. Proinde non inflantur, quia hic omnium fidelium catholicorum honorantur ut capita; sed lætantur potius, quia ibi Christi, qui est sacerdotum, ac fidelium omnium caput, clariora membra sunt futuri. At si quod absit sacerdotalibus negotiis implicari, fundorum terminos sine termino cupiditatis extendant, ac se passim exquisitis deliciis dedant, quæ animum, corpusque debilitant, si gloriam non Christi, sed suam, decepti vulgi adulantis honoribus querant plusque de se alienæ linguae, quam suæ conscientiæ credant, si omne gaudium suum non in futurorum remuneratione, nec in sanctitate vita, sed in sua tantum dignitate constituant, & dum tales esse quales creduntur, amant, numquam sibi

R

di-

displianceant, ac placentes sibi non sint de sua correctione solliciti. Quis non intelligat, tales si in talibus perseverent, nec se ante finem vitæ præsentis emendent, contemplativæ vitæ participes esse non posse? ad quam non perveniant, nisi qui studierint esse, quod facti sunt, nec affectant videri, sed esse, quod sunt, non alienis laudibus, sed moribus suis eximii, nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vitæ nobilitate conspicui. Qui sunt non appellatione tenuis, sed virtute Pontifices, vitæ contemplativæ capaces, & gaudiorum cælestium coheredes. Prosper. libro 1. de vita contempl. cap. 13. apud Aquisgr. cap. 19.

## C A P U T XII.

Recolite, quanta, & qualia, me audiente, atque probante, dicere solebatis de administratione Pontificis, qui populi sibi commissi cura posthabita, ardentius bona præsencia desiderat, quam futura, & oblitus, quod non solum de se, sed etiam de grege sibi credito rationem Pastori pastorum omnium reddat, sua, suorumque detrimenta non cogitat, quem non delinquentium peccata contristant, nec proficientium bona lassificant, sed de se tantum: plerumque autem nec de se omnino sollicitus, quid a suis boni, malive geratur, ignorat. Qui non prædicat perseverantiam justis, pœnitentiā pravis, contemptum mundi conversis, futuras pœnas aversis. Qui non potest dicere contemptoribus admonitionis suæ: *Futurum cogitate judicium, quod ipse fore non cogitat*: amatoribus mundi, *Nolite diligere mundum, si eum mundi amor oblectat*: ambitionis, *Ambitioni jam finem imponite, si eum ambitio ruinosa præcipiat*: ebriosis, *Ebrietatem cavete, si se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat*: sumptuosis dapibus gravidus\*, non potest suis abstinentiam laudare, quam calcat; vicio cupiditatis addictus, cupidis amore non potest dissuadere pecuniae; inimicitarum tenax non valebit animos dissidentium sacerdotali tranquillitate componere, justitiam prædicare judicibus erubescit, quam ipse personæ potentis favore corruptit. Nec defendit oppressos, si personas aut honorat, aut despicit, & quidquid boni non facit, aut mali committit, nec jubebit fieri, nec vetabit, quia necessariam docendi auctoritatem contrarietate suæ actionis, aut annitit, aut minuit. Prosper. libro 1. de vita contemplativa c. 15. apud Aquisgr. c. 28. O' Paris. sub Lud. O' Loth. lib. 1. c. 13.

## C A P U T XIII.

Sacerdos, si digne se agit, ut sacerdotem decet, ministerium ejus & ipsi, & aliis utile est, indigne autem vivens, aliis quidem utilis est loquendo, se autem interficit prave vivendo. Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. 37. apud Aquis. cap. 29.

## C A P U T XIV.

Plerique sacerdotes, & clerici prave viventes, forma ceteris in malum existunt, qui in nobis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscumque exemplo malæ conversationis suæ perdunt, de illis rationem sine dubio reddituri sunt. Ex

carnalium præpositorum exemplo plerumque sit vita deterior subditorum, & plebis merito sunt tales sacerdotes, qui exemplo deteriore populum destruant, non adficiunt. Ex merito enim plebis nonnumquam Episcopi depravantur, quatenus proclivius corrunt, qui sequuntur: capite languente, cetera corporis membra inficiuntur: unde & scriptum est: *Omne Esai. 1. b. caput languidum, O' omne cor mærens, a planata pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas*. Caput enim languidum, doctor est agens peccatum, cuius malum ad corpus pervenit, dum eo vel peccante, vel prave docente, pestifer languor ad plebes subditas transit. Deteriores sunt, qui sive doctrinis, sive exemplis vitam, moresque bonorum corruptunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. *Isid. de summo bono c. 38. apud Aquisgr. c. 30.*

## C A P U T XV.

Quia constat religionem Christianam per successores Apostolorum salubriter administrari, populisque ad vitam æternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium judicavimus, ut quidquid in nobis reprehensibile sacrificque ministeriis, quibus indigni mancipamur, inconveniens, & indecens, contrariumque videbatur, toto an-nisu, Domino opem ferente, corrigeremus, & per exempla sanctorum sacerdotum, quorum vice Ecclesiæ Christi sanguine redemptæ prælati sumus, vitam, & actus, moresque nostros in melius componere satageremus. Quoniam prædicatio sacerdotalis contemnitur, quando, quod verbis prædicat, operibus non adimpler, &c. Decet sacerdotes Christi tanta dignitate donatos, quos utique constat janitores cælestis aulae existere, exempla decolorum suorum, qui Deo placuerunt, infatigabiliter sectari, quatenus terrena despiciendo, & cælestia amando, pri-mum ipsi atria supernæ civitatis subire, deinde auditoribus suis dictis, & exemplis ea studeant aperire, ne, quod absit, audiant a Domino: *Habentes clavem scientie, vos ipsi non intratis, O' alios intrare non finitis*. Quando vero vita sacerdotum cum doctrina non concordat, & auditoribus infirmis scandalum, & animarum provenire periculum non est dubium. Proinde summopere cavendum est sacerdotibus, ne offendiculum fiant iis, quibus præsumt. Tunc enim offendiculum sunt illis, quando quod verbis prædicant, moribus impugnant, unde fit, ut sicut (*in pastorali*) beatus Gregorius scribit: *cum pastor per abrupta graditur, ad præcipitum gressu sequatur*. *Nemo quippe [ ut idem ait ] amplius in Ecclesia nocet, quam qui perverse agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet*, &c. *Paris. sub Lodov. O' Loth. lib. 1. cap. 4. O' Aquisgr. cap. 27.*

## C A P U T XVI.

Grandis dignitas sacerdotis, sed grandis ruina si peccet, lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum, non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quam mæroris de sublimibus corruisse. Nec enim solum pro delictis nostris reddemus rationem, sed pro omnia, quorum abutimur, donis, & ne-qua-

# Pars I. Lib. IV. Tit. XXVII. 131

quaquam sumus de eorum salute solliciti. Hieronymus in cap. 44. Exechiel. apud Parisiens. sub Lud. & Loth. lib. I. c. 12.

## C A P U T XVII.

Necessarium judicavimus, ut quidquid in nobis reprehensibile, sacrisque ministeriis, quibus indigni mancipamur, inconveniens, & indecens, contrariumque videatur, toto adnisu, Domino opem ferente, corrigeremus, & nos ut non tantum in cupiditatibus mundanis, & curis, & sollicitudinibus, sed potius in divinis officiis implicaremus. Parisiens. sub Ludovico, & Lothario, lib. 3. cap. I.

## C A P U T XVIII.

Nullus Episcoporum irreligiosis, vel indisciplinatis locutionibus, tam in domibus, quam in forinsecis conventiculis omnino indulgeat. Aquisgr. II. sub Ludov. part. I. c. 4.

## C A P U T XIX.

In ipsa vita sacerdotum pensandum est, qualiter quisque doceat, sicut ait egregius docttor beatus Gregorius, „ ut recte docens infirmitatem suā quotidie omni consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet, post autem magisterium, quod suscipitur, vitam commendet, ac deinde necesse est, ut pastoralis vitae bonum, quod vivendo ostenditur, etiam loquendo propagetur “. Aquis. II. sub Lud. part. I. c. 7. Gregor. lib. I. pastoral. in proœm. apud Aquisgr. c. 13.

## C A P U T XX.

In libro pastorali Beatus Gregorius inquit: „ Tantum debet actionem populi actio transscendere Praefulsi, quantum distare solet a gregge vita pastoris: oportet namque, ut metiri se sollicite studeat, quanta tenetq; rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius aestimatio ne populus grex vocatur. Sit ergo necesse est, cogitatione mundus, actione præcipius, discrus in silentio, utilis in verbo, singulis compassionē proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiae eretus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens. “ Aquis. II. sub Lud. part. I. cap. 9.

## C A P U T XXI.

Episcopus talis existat, quem amor pecuniae non vexet, aut reprobi mores, & conversatio reprehensibilis periculose devastet. Meld. c. 35.

## C A P U T XXII.

De vita, & religione sua unusquisque, tam in conversatione sua, quam etiam in habitus, & vultus, ac sermonis gravitate, talem se domi, forsique, & suis, & externis adhibere studeat, ut maturitate morum, & repudiatione omnium levitatum, ac vanitatum, omnibus sibi adhaerentibus seque intuentibus formam disciplinæ, & ve-

reundiæ, ac modestiæ infundat. Valent. sub Loth. cap. 15.

## C A P U T XXIII.

Episcopum ita conversari debere pronuntiamus, ut ejus vita recte vivendi sit norma. Ticin. sub Lud. II. c. 1.

## T I T U L U S XXVII.

### DE VESTIBUS, ET INSIGNIBUS

#### EPISCOPORUM.

## C A P U T I.

Ecundum traditas formas per singulas provincias, ac regiones, & urbes in ecclesiasticis promotionibus, & consecrationibus, illa, quæ indicia, & signa sunt ordinis, quæ unicuique iesse videntur, retineri decernimus, ita ut Episcopi, quibus concessum est, palliis uti certis temporibus, in eisdem temporibus, & locis his induantur, & tantum, & tali non abutantur amictu propter typhum, & inanem gloriam, & humanum placorem, atque sui amorem, omni videlicet tempore divini sacrificii, & oannis aliis ecclesiastici ministerii hunc inepte portantes: illos autem, qui revertentes monasticam vitam sestatim sunt, & Episcopalem meruerunt honorem, conservare schema, & amictum monachorum indumentorum, & ipsam beatam vitam decernimus, & nullus omnino habeat potestate depolare jam dictum schema propter typhum, & arrogantem voluntatem, nec \* per hoc inveniatur propriorum. Sicut enim ibi continuus palliorum amictus studiosum, & suæ \* gloria deditum demonstrat Episcopum, ita & hic depositio, & denudatio monachici habitus nihilominus eisdem submittit criminibus eum, qui hoc fecisse captus extiterit. Quisquis ergo Episcopus, præter definita sibi, scripto tempore se pallio induet aut monasticarum vestium schema deposuerit, aut corrigit, aut a Patriarcha proprio deponatur. Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 27.

## C A P U T II.

Pontifices in publico, & in ecclesia superindumentis lineis ornates utantur, nisi monachi fuerint. Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 16.

## C A P U T III.

Ingressus est Photius ad synodum baculo ianuus, quem ab eo Marinus Vicarius Romanus jussit auferri, dicens: „ Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere non debet, quia lupus est, non pastor. “ Syn. VIII. gener. CP. sub Hadr. II. act. 7. in princ.

## C A P U T IV.

Episcopus depositus, restitutus a synodo, recipit orarium, annulum, & baculum. Tolet. IV. cap. 65. cap. 27. Burch. lib. 2. cap. 192. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 5. panorm. & part. 5. cap. 367. & part. 6. cap. 237. decr. Anselm. lib. 8. cap. 27.

## C A P U T V.

Episcopo, dum consecratur, datur baculus, ut ejus judicio subditam plebem, vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur & annulus, propter signum Pontificalis honoris, vel signaculum secretorum. Isidor. lib. 2. cap. 6. de ecclesiast. offic. apud Aquisgr. 9. in med.

## 132 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T VI.

De superhumerali, quod proprium est Episcoporum. *Synod. VIII. gen. sub Hadr. II. act. 2. post med. & ead. syn. cap. 16.* ubi mentio fit de stola Pontificali.

### T I T U L U S XXVIII.

#### DE TONSURA EPISCOPI.

### C A P U T I.

**O**MNES clericis, vel lectores, sicut levitæ, & sacerdotes, detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquunt. *Tolet. IV. cap. 40. Anselm. lib. 7. cap. 201. in addit.*

### C A P U T II.

Est clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo additur, scilicet, ut hoc signo in religione vitia resecentur, & criminibus carnis nostræ, quasi crinibus exuamur, &c. Quod vero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquunt, sacerdotium, regnumque ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum, hac ex bysso confecta, rotunda erat, quasi sphæra media, & hæc significatur in parte capitinis tonsa; corona autem, latitudo aurei est circuli, quæ Regum capita cingit. Utrumque ita signum exprimitur in capite clericorum, ut impleatur etiam corporis quadam similitudine, quod scriptum est, Petro Apostolo per docente: *Vos estis genus electum, Regale sacerdotium. Isid. de ecclesiasticis officiis lib. 2. cap. 4. apud Aquisgr. cap. 1.*

### T I T U L U S XXIX.

#### DE DOMO, VESTITU, ET SUPELLECTILE EPISCOPI.

### C A P U T I.

**O**MNES mollities, & ornatus corporis aliena sunt ab ecclesiastico ordine. Episcopi igitur, & clerici vestibus splendidis utentes, puniendo sunt, item unguentis undi, &c. Sed si imaginum hostes derideant sobria vestimenta cleri, corriganter, superioribus enim temporibus ita vestiebantur, &c. Qui non necessitatis causa, sed pulchritudinis id facit, elationis crimine accusetur, ut magnus Basilius ait, &c. *Nicæn. II. cap. 16. Ivo Carnot. part. 5. cap. 377. decr. Anselm. lib. 6. cap. 185. Cæsar. lib. 4. cap. 59.*

### C A P U T II.

**E**piscopus, presbyter, diaconus, sacerdotali indumento minime utantur, nisi, ut condecet, tunica sacerdotali, sed neque dum ambulaverit in civitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento presumat ambulare, præter si in itinere longo ambulaverit. *Zach. in syn. Rom. cap. 3.*

### C A P U T III.

Sacerdotes sine ornato sacerdotali extra domos eos apparere non convenit. *Rom. sub Eugen. II. & Leon. IV. cap. 12.*

### C A P U T IV.

**P**ræcipimus, quod tam Episcopi, quam clerici, in statu mentis, & in habitu corporis Deo, & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate fissuræ\*, aut colore vestium, nec in tonsura intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendit aspectum, sed potius, quod eo-

rum deceat sanctitatem. *Innoc. II. in conc. Rom. cap. 3. post Iwon. panorm.*

### C A P U T V.

Præcipimus, ut tā Episcopi, quā clerici, neque superfluitate, seu inhonesta varietate colorum, aut fissura vestium, neque in tonsura, intuentum, quorum forma, & exemplum esse debent, offendit aspectum, sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiae conversatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericalis. *Eugen. III. in concil. Remens. cap. 2.*

### C A P U T VI.

Didicimus, quosdam Domini sacerdotes superstitione potius cultui inservire, quam mentis, vel fidei puritati, &c. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se scripturæ fidem, non per spiritum, sed per litteram completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur, cur non fiunt pariter, quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus una cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis, qua decet significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur: *Opera vestra luceant*, indicantur, &c. *Matt. 5.* Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi a plebe, vel ceteris sumus doctrina, non veste, conversatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. *Cælest. epist. 2. cap. 1.*

### C A P U T VII.

Episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum *Dif. 41. c. 7.* habeat. *Carth. IV. cap. 14. Cæsar. lib. 4. cap. 60.*

### C A P U T VIII.

Episcopus vitem supellectilem, & mensam, ac vietum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitae meritis querat. *Carth. IV. cap. 15. Cæsar. lib. 4. cap. 60.*

### C A P U T IX.

Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, *1. ad Tim. i. 18. 2. ad Tit. 1. 3. ad 1 Cor. 4. 12.* *virum, sobrium, prudentem, ornatum &c.* Qui virtus non habet, irreprehensibilis appellatur, qui virtutibus pollet, ornatus est. Possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, juxta illud Tullii: *Caput est artis, docere quod facias.* Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantæ soliditatis, ac recordiæ, ut & in motu, & in incessu, & in habitu, & in sermone communi risum spectantibus præbeant, & quasi intelligentes, quid sit ornatus, comunt se vestibus, & munditiis corporis, & lautoris mensæ epulas parant, cum omnis istiusmodi ornatus, & cultus fœdior sit. *Hieronym. in epist. ad Ocean. apud Aquisgr. cap. 11.*

### C A P U T X.

Quam moderata discretio in vestium cultu, & mensæ apparatu sacerdotibus tenenda sit, dicta B. Gregorii in expositione Evangeliorum, nec non & vita sanctorum virorum Augustini, & Ambrosii plenissime docent. *Parisiens. sub Ludovico, & Lothar. lib. 1. cap. 19.*

CA.

C A P U T XI.

*1. Tim. 3.* Salubre, & decens esse cognoscitur, atque Apostolicis regulis conveniens, ut non solum, secundum Apostolum, domui suæ spiritualiter Episcopus bene præsit, verum etiam & domum temporalem ornatam, & compositam, secundum competens ministerium suum, & de vicinitate ecclesiæ, & de convenientia religionis, & de receptione pauperum, vel hospitum habeat: & ita sit ordinata, ut quicumque conversationem, & domos conversationis ipsius viderit, habitacula ea religionis valeat computare, non diversoria impudicitiae, aut alicujus irreligiositatis, quæ castitati, vel bonæ operationi contraria sint, vel officiant, astimentur. *Meldens. cap. 25.*

C A P U T XII.

Suggerendum est, & ex divino mandato intimationandum Regiæ dignitati, ut Episcopum, quod domus Episcopi appellatur, qualiscumque sit in oculis Domini Episcopus, ipse tamen a Rege Regum Rex constitutus, pro sanctitate ordinis Episcopaloris, sicut sanctus Gregorius ad Fortunatum docet Episcopum, venerabiliter introeat, & secundum sanctam prædecessorum consuetudinem, quando orationis, & debitæ susceptionis gratia, in transitu convenienti civitatem ingressus fuerit, habitaculis Episcopalibus reverenter inhabitet, & non diversoria fœminarum magnificencia sua & religio venerabilis ibidem fieri permittat. *Meldens. cap. 26.*

T I T U L U S XXX.  
DE TEMPERANTIA EPISCOPI  
IN VICTU.

C A P U T I.

*De celeb. miss. cap. 9.* *Greg. IX. c. 2. eod. tit. in 4. coll.* **D**olentes referimus, quod non solum quidam minores clericorum, verum etiam, & aliqui ecclesiarum Prælati circa comedationes superfluas, & confabulationes illicitas, ut de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, transcurrente undique continuata syncopa matutinum, &c. Hæc igitur, & similia, sub poena suspensionis penitus inhibemus, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 17.*

C A P U T II.

*Diffl. 35. c. 1.* Episcopus, presbyter, diaconus, aleæ, vel ebrietati dediçus, cesset, vel deponatur. *Ap. 42. Raban. cap. 28. de pœnit. Burch. lib. 14. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 15. cap. 4. panorm. C' part. 13. cap. 73. decr. Cæsar. lib. 8. cap. 50. C' 100.*

C A P U T III.

*Tit. 2. Ephes. 5. Luc. 21. f.* Placuit, ut sobrie, & pie, casteque juxta Apostolum viventes, fugiamus turpis lucri gratiam. Non in comedationibus, & ebrietatibus, & inebriemur vino, in quo est luxuria, quemadmodum per semetipsam veritas generaliter in Evangelio præcipiendo protestatur, dicens: *Cave te a crapula, & ebrietate, & curis hujus saeculi.* Unde & in ecclesiastico canone sententialiter constat dictum, aut cessare ab hujuscemodi vitii ingurgitatione, aut certe perseverantes, honoris jactura periclitari debere. *Forojul. cap. 3.*

C A P U T IV.

Episcopum non oportere nimium profusis incumbere conviviis, sed parco, & moderato contentus sit cibo, ne videatur Domini abuti tentitia dicentis; *Attendite, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Et quamdiu convivatur, potius sacra lectio ante mensam ejus recitetur, quam otiosa a susurronibus resonent verba. *Turon. sub Carolo, c. 5.*

*Luc. 21. f.*

C A P U T V.

Episcopi, & Dei ministri non debent comedationibus, & vinolentiis nimiis incumbere, sed considerent sententiam Domini dicentis: *Attendite, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate;* moderate enim cibum, & necessarium potum sumant, ut juxta Apostolum sobrii sint, parati ad servitium Domini. *Remens. c. 18. Burchard. lib. 14. cap. 3. Ivo p. 13. c. 71. decr.*

*Luc. 21.*

C A P U T VI.

Prohibet (*Paulus*) Episcopum esse vinolentum, ne vel sensu occupato exalteat risum contra gravitatis decorum, & labiis dissolutis cachinnet, vel si paululum tristis cujusdam rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat, & lacrymas. Longum est ire per singula, & infanias, quas ebrietas suggerit, explicare. *Hieronym. in commentar. in epist. ad Titum. apud Aquisgr. cap. 10.*

C A P U T VII.

*Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, pudicum, &c. Sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum, & si ceram bibere, ne crapula, & ebrietate aggraverentur corda eorum, & ut sensus officium exhibens Deo vigeat semper, & tenuis sit, &c. Non vino lentum, non percussorem; virtutibus vitia opposuit: didicimus, quales esse debeamus, discamus, quales non debeant esse sacerdotes. Vinolentia scurrarum est, & comedatorum, venterque mero astuans, cito despumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, vivens mortuus est, ergo qui inebriatur, & mortuus est, & sepultus, &c. Domum suam bene regentem: non ut opes 1. ad Tim. 3. augeat, non ut regias paret epulas, non ut cælatas patinas struat, & phasides aves lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perveniant, & superficiem carnis non dissolvant artificii temperamento, sed ut quod populis præcepturus est, prius a domesticis exigat. Hieronym. in ep. ad Ocean. apud Aquisgr. c. 11.*

C A P U T VIII.

Turpe est, ante fores sacerdotis Christi crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores Consulum, & milites excubare, judicemque provinciæ melius apud te prandere, quam in palatio. Quod si obtenderis te facere hec, ut roges pro miseris, atque subjectis, judex facili plus deferet clerico continenti, quam diviti, & magis sanctitatem suam venerabitur, quam opes, &c. Nunquam redoleas vinum, ne audias illud Philosophi: *Hoc non est osculum porrigerere sed vinum propinare.* Vinolentos sacerdotes, & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet: *Qui alta-*

*1. Tim. 3. a.*

*Leu. 10. b.*

*alta-*

## 134 Juris Pontificii Veteris Epitome

*altario deserviunt, vinum, & siceram non bibant, &c. Quidquid inebriat, & flatum mentis evertit, fuge similiter, ut vinum. Nec hoc dico, quod Dei creatura a nobis damnetur, siquidem, & Dominus vini potator est appellatus, & Timotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est, sed modum pro ætatis, & valetudinis, & corporum qualitate exigimus in potando. Quod si absque vino ardeo adolescentia, & inflammor calor sanguinis, & succulento, valido que sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est. Hieron. ad Nepotian. apud Aquisgr. c. 94. in med.*

### C A P U T IX.

*Sobrietatem, quam Apostolus Episcopo habendam docet, adeo nos eam nobis sectandam statuimus, ut nullus sacerdotum ebrietatis depravatione se, aut ministerium suum vilescere faciat, quo merito reprehensibilis videatur, quia legimus ebrietatem dedecus esse cuique Christiano lectari, quanto magis sacerdotibus? unde Apostolus inquit, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Legitur & alibi, sic oportere Episcopum bibere, ut quasi non bibisse videatur. Quapropter, deinceps quicumque hujus ordinis huic noxio vitio inserviens deprehensus fuerit, censuimus, ut secundum statutum canonicum, quicumque ebrietati deservit, aut desinat, aut deponatur. Aquisgr. II. sub Ludov. part. I. c. 6.*

### T I T U L U S XXXI. EPISCOPUS PAUPERES ALAT.

#### C A P U T I.

*SI Episcopus, vel presbyter clero indigenti non præbeat necessaria, excommunicetur, si perseverat, deponatur, quasi fratris occisor. Ap. 59.*

#### C A P U T II.

*Jacob. 2. c. Quid prodest, fraires mei, Apostolus Jacobus ait, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? &c. In actibus Apostolorum legitur: Neque enim quisquam egens erat inter illos, &c. Episcopi, & fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur, &c. quia vota sunt fidelium, pretia peccatorum ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino tradita, &c. Urban. ep. un. in princ. Burch. lib. 3. cap. 143. Ivo p. 3. cap. 139. decr. Anselm. lib. 5. c. 37. C lib. 7. c. 4. Cæsar. lib. 7. c. 57.*

#### C A P U T III.

*16. q. 3. Præf. fulum. 2. Viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non & clericorum stipendia distribuere debent Episcopi. Reliquum sibi vindicent, ut peregrinorum, atque captivorum largitores esse possint. Gelas. ep. 2. in princ. Episcopis Sicil. Ivo part. 3. c. 147. decr.*

#### C A P U T IV.

*Censem ecclesiarum, id est, solidum de casa ta suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sacrarum ecclesiarum juxta canonum instituta. Zachar. ep. 3. ante finem.*

### C A P U T V.

*Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potest. 12. q. 1. c. 23. statem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia, & timore Dei, &c. Antiochen. c. 25. Vormac. c. 46. Mart. Brac. 16. Capit. lib. 7. c. 76. Anselm. lib. 6. c. 163.*

### C A P U T VI.

*Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente, non possunt suis manibus labore, victum, & vestimentum, in quantum possibilis habuerit, largiatur. Aurel. 16. vel 18.*

### C A P U T VII.

*Qui pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur, ab Archidiacono, seu a preposito ecclesiæ diebus singulis Dominicis requirantur, ut necessitas vinorum, secundum præceptum diuinum, misericorditer sublevetur, atque a Pontifice instituta fidi, & diligent personæ, quæ necessaria provideat, competens victus de dono ecclesiæ tribuatur. Aurel. V. c. 20.*

### C A P U T VIII.

*Licet, propitio Deo, omnium Domini sacerdotum, vel quorumcumque hæc cura posset esse fidelium, ut egentibus necessaria debeat ministrari, specialiter tamen debilibus id pietatis causa convenit, ut unusquisque Episcoporum incolis, quos infirmitatem incurrit, tam territorii sui, quam civitatis agnoverit, de domo ecclesiæ, juxta possibilitatem, victui, & vestiti necessaria subministret, ut non eis desit misericordia cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia. Aurel. V. c. 21.*

### C A P U T IX.

*Placuit universo concilio, ut uniuscujusque civitatis leprosi, qui intra territorium civitatis ipsius, aut nascuntur, aut videntur consistere, ab Episcopo ecclesiæ ipsius sufficientia alimenta, & necessaria vestimenta accipiant, ut illis per alias civitates vagandi licentia denegetur. Lugdun. II. cap. 6.*

### C A P U T X.

*Decimæ solvantur ecclesiasticis, quibus fæcates aut in pauperum usum, aut captivorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrant. Matiscon. II. c. 5.*

### C A P U T XI.

*Señatores hospitalitatis nos esse, non solum Matt. 25. d. Dominus Jesus admonet, cum se dicit in hospitem receptum fuisse, sed etiam ejus Apostolus omnibus pene præceptis. Propterea unumquemque nostrum oportet, non solum semetipsum ad hoc opus aptare, sed etiam omnium fidelium mentes, ut possint ad Deum misericordia operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per veram hospitalitatem reconciliari. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suæ ipse prius non comprobarit opere, indignationem divinæ proculdubio incurret maiestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum. Matiscon. II. cap. 11.*

### C A P U T XII.

*Peregrini, & pauperes convivæ sint Episcoporum, cum quibus non solum corporali, sed & spi-*

ritali reficiantur alimento. *Turonens. sub Carol. cap. 6.*

C A P U T XIII.

Licitum sit Episcopis, praesentibus presbyteris & diaconibus de thesauro ecclesiae familiæ, & pauperibus ejusdem ecclesiae, secundum canoniam institutionem, juxta quod indiguerint, erogare. *Turon. sub Carol. c. 11.*

C A P U T XIV.

Si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terræ congregant, & protelant, non ideo hoc faciant, ut carius vendant, & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant. *Cubilon. sub Carol. c. 8.*

C A P U T XV.

Episcopi, & Abbates, pauperes, & indigentes secum ad mensam habeant. *Remens. c. 17.*

C A P U T XVI.

*x. Cor. 13.* (Episcopus) tenebit illam supereminentem donis omnibus charitatem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim sanctitatis charitas est: locus autem hujus custodis humilitas, &c. Inter haec oportet eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas, ac pupilos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam providentia, & distributione discreta. In quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate, & charitate suscipiant. Si enim omnes fideles illud Evangelicum audire desiderant: *Hospes fui, & suscepisti me: quanto magis Episcopus, cuius divisorium cunctorum debet esse receptaculum?* Laicus enim unum, aut duos suscipiens, implevit hospitalitatis officium; Episcopus, si omnes non receperit, inhumanus est. *Isidor. lib. 2. cap. 5. de eccl. offic. apud Aquisgr. c. 9. in fin. Hieron. ad Titum, apud Aquisgr. c. 10. in fin.*

C A P U T XVII.

*Matt. 25. d.* Qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro eis daturus est animam suam? Primum itaque nostrum est, exteriora nostra ovibus eis impendere; postmodum vero, si necesse sit, pro eisdem ovibus animam ponere. *Parisiens. sub Ludovico, & Lothar. lib. 1. c. 12. Gregor. in homil. Ego sum pastor.*

C A P U T XVIII.

*Matt. 25. d.* Cum hospitalitas in tremendi examinationis die ab eterno judice sit remuneranda, qui dicturus est; *Hospes fui, & collegisti me: & ob id ab omnibus Christianis summopere sit sestanda, multo magis tamen, vigilansque ab his, qui dictis, & exemplis ad vitam eternam aliis ducatum præbere debent, postposita avaritia peste, & alia quamlibet occasione, prorsus est exequenda. Ab Apostolo quippe, inter cetera virtutum præconia, quæ Episcopo inesse debent, hospitalitas etiam habenda prædicatur. Episcopi namque domus, ut beatus Hieronymus scribit, omnium commune*

*In comm. ad Titum c. 1.* debet esse hospitium. Laicus enim unum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium: Episcopus, nisi omnes recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas porro, quam Dominus remuneraturum se esse afferuit, illa est

intelligenda, quæ membris Christi, tecto scilicet indigentibus, & diversas necessitates patientibus exhibetur, unde ait Job: *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit,* &c. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 14.*

C A P U T XIX.

Placet, ut deinceps in singulis civitatibus, & monasteriis juxta modum rerum, hospitalitas ordinetur advenientium, & placuit omnibus Episcopis, ut quocumque sit loco Episcopus, coram se adgredet pauperes semper ad refectionem. *Syn. Aquisgr. II. sub Lud. p. 1. c. 3.*

C A P U T XX.

*1. Tim. 3. d.* Salubre, & decens esse cognoscitur, atque Apostolicis regulis conveniens, ut non solum secundum Apostolum domui suæ spiritualiter Episcopus bene præsit, verum etiam & domum temporalem ornatam, & compositam, & de vicinitate ecclesiae, & de convenientia religionis, & de receptione pauperum, vel hospitum habeat. *Meldens. c. 25.*

C A P U T XXI.

Praelati singuli eleemosynarios honestos habent, & ipsi Praelati sint juxta Apostolum hospitalares *Oxon. cap. 8.*

C A P U T XXII.

Zacharias statuit, ut crebris diebus alimentorum sumptus, qui & eleemosyna usque nunc appellatur, de venerabili patriarchio a parte cællarii \* pauperibus, & peregrinis, qui apud Beatum Petrum demorantur, deportari, eisdemque erogari, nec non & omnibus inopibus, & infirmis per universas regiones istius Romanæ urbis constitutis, eisdem similiter distribui ipsam alitorum instituit eleemosynam. *Ex Pontif.*

T I T U L U S XXXII.

EPISCOPI QUOS LIBROS LEGERE DEBEANT.

C A P U T I.

*Q*ui promovetur ad Episcopalem gradum, Psalterium sciat, & inquiratur a Metropolitanus, an lectorus sit diligenter sacros canones, sanctum Evangelium, sancti Apostoli librum, & totam sacram Scripturam, & juxta Divina præcepta convertat, & doceat populum suum: est enim substantia hierarchia scientia scripturarum, ut ait Magnus Dionysius. Si vero dubitet id facere, & docere, non ordinetur, &c. *Nicen. II. cap. 2. Vide Carth. 18. G. Ivo part. 5. cap. 372. decr.*

C A P U T II.

Episcopus Gentilium libros non legat, haereticorum autem, pro necessitate, & tempore. *Carth. IV. cap. 16. Burch. lib. 1. cap. 95. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 44. panorm. & part. 4. cap. 160. & part. 5. c. 197. decr. Anselm. lib. 7. cap. 202. in addit. Cesar. lib. 2. cap. 29. & lib. 4. cap. 56.*

C A P U T III.

Onnes Episcopi studiose operam divinæ dent lectioni, sanctum Evangelium, & epistolas beati Pauli Apostoli non solum crebro lexitent, sed etiam quantum possint, memorie studeant commendare, sanctorumque Patrum opuscula super ea.

# 136 Juris Pontificii Veteris Epitome

sadē exposita, devote frequentent, similiter & de ceteris libris canonici faciant. *Tur. sub Caro. c. 2.*

## C A P U T IV.

Nulli Episcopo liceat canones, aut librum pastoralem a beato Gregorio Papa editum, si fieri potest, ignorare, in quibus se debet unusquisque quasi in quodam speculo assidue considerare. *Turon. sub Caro. c. 3.*

## C A P U T V.

Quilibet Episcopus habeat homiliae continentes necessarias admonitiones, quibus subjecti erudiantur, id est, de fide catholica, pro ut capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum, de resurrectione quoque futura, & ultimo judicio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. *Turon. sub Caro. c. 17. Magne. sub Rabano. c. 2.*

## C A P U T VI.

Decrevimus juxta sanctorum canonum constitutionem, & ceterarum sanctorum scripturarum doctrinam, ut Episcopi assidui sint in lectio, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent, & cum David quotidie dicant: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua,* ita videlicet, ut illas scripturas notissimas habeant, quæ catholicæ appellantur, & earum sensum per Patrum tractatus inquirant, canones quoque intelligent, & librum beati Gregorii Papæ de cura pastorali, & secundum formam ibidem constitutam & vivant, & prædicent. *Cabil. sub Caro. c. 1.*

## C A P U T VII.

Episcopi diligentius operam dant, lectioque divinæ incumbant, id est, canonici libris, & opusculis Patrum, & verbum Dei omnibus prædcent. *Rhemens. c. 14.*

## C A P U T VIII.

Qui diligenter de vita contemplativa confidat, non dubitabit, ecclesiarum Principes vitæ contemplativæ posse, & debere fieri secessores, &c. Vacationem ab omnibus occupationibus mundi, & divinarum studiorum litterarum etiam hic possunt habere Pontifices. Sed illi, qui se ab omnibus implicamentis negotiorum secularium removentes, non torpescunt otio, sed insistunt perfectionis tuæ negotio, & a stultitia sapientia saecularis aversi, verbo Dei infatigabili vacant, sapientes veraciter sunt, cœlestia sapiunt, terrena despiciunt, contradicentes sanæ doctrinæ redargunt, obedientes instruunt, sanctis virtutibus, quibus in dies singulos sunt Deo propinquiores, incumbunt, & tan suis, quam omnibus, qui per eos erudiuntur, proiectibus clari, hic quidem velut gustum quenda n contemplativæ vitæ, quo ad eam ferventius provocentur, accipiunt, sed ibi jam in æternum felices effecti, de ejus perfectione gaudebunt. Proinde non instantur, quia hic omnium fidelium catholicorum honorantur, ut capita, &c. *Prosper, apud Aqui. Gr. c. 19.*

Scire convenit, quantum Rector sacræ legis

meditationibus esse beat intentus, juxta quod in libro pastorali habetur, id est, quod omne bonum rite a Rectore agitur, si supernæ formidinis spiritu afflatus, studiose quotidie sacri eloquii præcepta meditetur. *Aquis. II. sub Ludov. part. 2. cap. 9.*

## T I T U L U S XXXIII.

NE EPISCOPUS VENATIONI, AUT AU-  
CUPIIS OPERAM DET.

## C A P U T I.

**C**UM canibus venatoriis, & avibus non pro-  
ficiuntur Episcopi cù diæceses visitant; postolus. 6.  
sed ita procedant, ut non quæ sunt sua, sed quæ  
pud. Gr. IX. Jesu Christi quærere videantur. *Alex. III. in con-*  
*cil. Later. c. 4.* & in 1. coll.  
c. 6. eod. iii.

## C A P U T II.

Sacerdotes, qui ad debita, & opportuna officia ecclesiis indifferenter adesse debent, fœnore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucupatione, rusticoque ministerio omnino non occupentur. *Eugen. II. in syn. Rom. & Leo IV. c. 12. Ivo par-*  
*13. c. 7. decr. Ans. lib. 7. c. 103. Cæsar. lib. 8.*  
*cap. 25.*

## C A P U T III.

Episcopis, presbyteris, atque diaconibus, ca-  
nes ad venandum, & accipitres ad aucupandum Episc. c. 1.  
habere non liceat. Quod si quis talium persona-  
rum in hac voluntate detectus fuerit, si Episco-  
pus est, tribus mensibus se suspendat a commu-  
nicione, presbyter duobus mensibus se abstineat,  
&c. *Agath. c. 55. Epaun. c. 3. Vorm. c. 17. Burc.*  
*lib. 2. c. 213. Ivo lib. 3. tit. 15. c. 1. panorm. &*  
*part. 5. cap. 366. & part. 6. cap. 288. & part.*  
*13. c. 30. decr.*

## C A P U T IV.

Volumus, quod Episcopalis domus, quæ ad hoc, Deo favente, instituta est, ut sine persona-  
rum acceptione omnes in hospitalitate recipiat,  
canes non habeat, ne forte hi, qui in ea miseria-  
rum suarum levamen habere confidunt, dum in-  
festerum canum morsibus laniantur, detrimen-  
tum versa vice suorum sustineant corporum. Cu-  
stodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis,  
non latribus, operibus bonis, non morsibus ve-  
nenolis. Ubi igitur Dei est assiduitas cantilenæ,  
monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi, vel  
accipitres habitare. *Matisc. II. c. 13.*

## C A P U T V.

Sacerdotes venationes ferarum, vel avium  
minime sectentur. *Turon. sub Caro. c. 8.*

## C A P U T VI.

Sacerdotes canum, accipitrum, falconum, vel  
ceterarum hujusmodi rerum curam parvipendere  
debent. *Cabil. sub Caro. c. 9.*

## T I T U L U S XXXIV.

NE EPISCOPUS LUDOS SÆCULARES  
SPECTET.

## C A P U T I.

**S**acerdos sedule divina debet perscrutari, &  
admoveare eloquia, ut inveniatur beatus, de  
quo Psalmista ait: *Et in lege ejus meditabitur Psalm. 14.*  
die, ac nocte. Quamobrem ludos aliquos coram se  
fieri non delectetur, transgressor quippe inventus,  
admonitione Episcopi ulterius agere desinat, fin

autem canonice judicetur. *Eugen. II. in syn. Rom. C. Leo IV. c. 11. Ivo part. II. c. 76. decr. Cæsar. lib. 8. c. 81.*

## C A P U T II.

*De conf. dist. 5. cap. 37. Non oportet.* Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos, quibuscumque spectaculis in coenis, aut in nuptiis interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos convenit, atque inde discedere. *Laod. c. 54. Mart. Brac. cap. 59. Aqui gr. cap. 83. Ivo part. II. cap. 78. decr. Cæsar. lib. 8. cap. 83.*

## C A P U T III.

Fili Episcoporum, vel clericorum spectacula saecularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem ab spectaculo & omnes laici prohibeantur: semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut ubi blasphemari sunt, non accedant. *Carth. III. c. 11.*

## C A P U T IV.

Ab omnibus quecumque ad aurium, & ad oculorum pertinent illecebras, unde vigor animi emolliri posse credatur, quod de aliquibus generibus musicorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest, Dei sacerdotes abstinere debent, quia per aurium, oculorumque illecebras viciorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscenorum insolentias locorum, & ipsi animo effugere, ceterisque sacerdotibus fugienda prædicare debent. *Turon. sub Carolo c. 7.*

## C A P U T V.

Sacerdotibus non expedit saecularibus, & turpibus quibusque interesse jocis. *Turon. sub Carolo cap. 8.*

## C A P U T VI.

Ab omnibus oculorum, auriumque illecebris sacerdotes abstinere debent, &c. & histrionum, sive scurrorum, & turpium, seu obscenorum jocorum insolentiam, non solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus responda perceperant. *Carib. sub Carolo c. 9.*

## C A P U T VII.

*Eph. 5. d.* Cum ab omnibus Christianis, juxta Apostoli documentum, stultiloquium, & scurrilitas sit cavenda, multo magis a sacerdotibus Domini, qui aliis exemplum, & conditementum salutis esse debent, caveri oportet. Hæc quippe a sanctis viris penitus sunt propellenda, quibus magis convenienter lugere, quam ad scurrilitates, & stultiloquia, & histrionum obscenas jocationes, & ceteras vanitates, quæ animam Christianam a rigore sua rectitudinis emollire solent, in cachinnos ora dissolvere. Neque enim decet, aut fas est, oculos sacerdotum Domini hujuscemodi spectaculis fixari, aut mentem quibuslibet scurrilitatibus, aut turpiloquiis ad inania rapi, &c. Nobis omnibus in commune visum fuit, ut si qui sacerdotum habentis his vanitatibus usi fuerunt, ab his deinceps Domino adjuvante, prorsus se cavere debere ministeriat. *Paris. sub Lud. C. Loth. lib. I. c. 38.*

T I T U L U S XXXV.  
DE CASTITATE EPISCOPI.

## C A P U T I.

*i. Tim. 3. d.* **Q**uicumque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibilis esse debent, Paulo attestante: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, Tom. V.

Innoffens ergo, & immaculatos decet Dei existere sacerdotes, nec ullius eos fornicationis contagio pollui; sed caste viventes, mundos semetiplos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari. *Tolet. IV. c. 20.*

## C A P U T II.

Dum secundum carnis assumptæ mysterium, ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris ejus intentio Episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimioribus celsitudine ordinis regunt, & disponunt subjectas multitudines plebium, unde quanto ipsi sequentium sunt doctores, tanto meritorum lumine debent præfulgere. Quapropter omnes Episcopi inter cetera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius emittere, ut ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat, &c. *Toletan. VIII. cap. 4.*

## C A P U T III.

Non solum (*castitatem*), retinendam Pontifices suo corpori censeant, sed & presbyteris, & diaconibus ministrantibus Dei altaribus, modis omnibus observandam constituant. *Tolet. XVI. Episc. sub Reccared. Rege.*

## C A P U T IV.

Tempore, quo Metropolitanus in ecclesia Dei fuerit ordinatus Episcopus, placitum in nomine suorum comprovincialium faciat, ut caste, sobrie, recteque vivat. Si militer & quando confratimi Episcopi in ecclesiis, quibus præfite poterint, ordinati, placitum faciant in nomine Episcopi sui Metropolitani, ut caste, & sobrie vivant. Quod si juxta canoniam sententiam, per voluntatem Metropolitani, &c. ab alio Metropolitaniano aliqui fuerint ordinati, tempore, quo ad Metropolitanum suum post suam venerit ordinationem, tale placitum non differant facere, &c. *Emerit. cap. 4.*

## C A P U T V.

Habebit Episcopus inter hæc omnia, & castitatis eminentiam, ita ut mens Christi corpus confessura ab omni inquinamento carnis sit munda, & libera, &c. „ Erit Episcopo, „ juxta Apostolum, „ mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, sive pudicitia, ut non solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam ab oculi, & verbi, & cogitationis errore, ita, „ ut dum nullum in se vitium regnare permittit, „ impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus veleat “. *Isidor. de ecclesiast. off. lib. 2. c. 6. apud Aquil. c. 9. in fine.*

## C A P U T VI.

Quod modo mansuetudo, patientia, sobrietas moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoque, & benignitas præcipue esse debent in Episcopo, & inter eundem laicos eminentia, sic & castitas propriæ, & ut ita dixerim, pudicitia sacerdotalis, ut non solum ab opere se immundo abstineat, verum a jactu oculi, & cogitationis er-

# 138 Juris Pontificii Veteris Epitome

rore mens corpus Christi confessura sit libera.  
*Hieron. in comment. in epist. ad Tim. apud A-*  
*quisgr. c. 10. in fin.*

## T I T U L U S XXXVI.

### NE EPISCOPUS UXOREM DUCERE AUDEAT.

#### C A P U T I.

<sup>27.9.1.c.40.</sup> <sup>Ut lex.</sup> **S**tatuimus, quatenus Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, & monachi, atque conversi, & professi, qui sanctum transgredientes propositum, uxores sibi copulare presumperint, separantur. Hujusmodi namque copulationem, quoniam contra ecclesiasticam regulam esse contradictionem, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, protantis excessibus condignam poenitentiam agant, &c. *Innoc. II. in synod. Rom. cap. 5. Eugen. III. in conc. Rem. cap. 7. Pœnit. Rom. tit. 8. cap. 7. Ivo in fine panorm.*

#### C A P U T II.

Episcopi, presbyteri, diaconi, &c. qui uxores sibi copulare presumperint, separantur, & agant poenitentiam. *Eugen. III. in conc. Remens. c. 7.*

#### C A P U T III.

<sup>Difinct. 31.</sup> <sup>c. 10.</sup> Lex continentiae eadem est ministris altaris, quæ Episcopis, atque presbyteris, qui cum essent laici, sive lectors, licite & uxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cum ad predicatorum pervenerint gradus, coepit eis non licere, quod licuit. *Leo epist. 90. vel 92. ad Rustic. Narbon. Episc. c. 3. Burch. lib. 2. cap. 114. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 23. panorm. C part. 6. cap. 68. decret. Ans. lib. 7. c. 135. Cæsar. lib. 8. cap. 57. Tarr. lib. 1. cap. 101.*

## T I T U L U S XXXVII.

### EPISCOPUS, QUI HABET UXOREM, ABSTINEAT AB ILLA.

#### C A P U T I.

<sup>Dif. 82. c. 3.</sup> <sup>&c. 4. Quia.</sup> <sup>Lev. 21. c.</sup> **P**lurimos sacerdotes, atque levitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu, sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa, &c. Qui (*Epi/copi, presbyteri, & diaconi*) illiciti privilegi exculcatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; noverint, se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec umquam posse veneranda attrectare mysteria, a quibus se ipsi, dum obscenis cupiditatibus inhiant, privaverunt, &c. *Syric. epist. 1. cap. 7. Ivo part. 6. cap. 50. deer. Cæsar. lib. 8. cap. 53. Tarrac. lib. 6. cap. 35.*

#### C A P U T II.

<sup>Dif. 31. c. 4.</sup> <sup>Tenere.</sup> Quod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus, ut sacerdotes, & levitas cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio divino quotidianis necessitatibus occupantur. *Syric. ep. 4. c. 9. apud conc. Telen. Inn. ep. 2. c. 9.*

#### C A P U T III.

<sup>Difinct. 31.</sup> <sup>Tenere. c. 4.</sup> Præterea quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet, ut sacerdotes, & levitas cum uxoribus suis non misce-

antur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur: scriptum est enim: *Sancti estote, Levit. 11. g. quoniam ego sum sanctus Dominus Deus vester.* Nam si præcis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicos suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, *nec domum suam omnino rangebant*, quibus utique propter lobolis successionem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium magis hi sacerdotes, vel levitæ pudicitiam nullus fuerat præceptus accedere, quanto ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus Apostolus Paulus ad Corinthios scripsit dicens: *Absti-* <sup>1. Cor. 7.</sup> *nete vos ad tempus, ut vacatis orationi, &* hoc utique laicis præcepit, multo magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi confortio abstinere. *Innocentius epist. 2. cap. 9. Vid. ep. 31. Burch. lib. 2. c. 18. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 11. panorm. C part. 6. c. 94. C 194. decret. Ans. lib. 7. c. 132.*

#### C A P U T IV.

Sacerdotum tam excellens est electio, ut hæc, <sup>Dif. 32.</sup> *O-* quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad munus. <sup>c. 1.</sup> *culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum stude-* <sup>1. Cor. 17. c.</sup> *re sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiae puritatem, nec subdiaconibus qui-* dem carnale connubium conceditur, ut & qui ha- bant, sint tamquam non habentes, & qui non ha- bant, permaneant singulares. Quod si in hoc or- *dine, qui quartus a capite est, dignum est custo-* *diri, quanto magis in primo, aut secundo, vel ter-* *tio fervandum est, ne aut levitico ministerio, aut* *presbyterali honori, aut Episcopali excellentiæ* *quisquam idoneus existimetur, qui se a voluptate* *uxoris necrum frænasse detegitur?* *Leo epist. 82.* *ad Anast. Thessalon. Episc. cap. 3. C 4. Burch.* *lib. 1. c. 5. C lib. 2. cap. 148. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 17. panorm. C part. 5. c. 59. C part. 6. cap. 98. C 221. decret. Anselm. lib. 6. cap. 15. C lib. 7. c. 137.*

#### C A P U T V.

A die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt (*sacerdotes*) &c. Quo modo ad orandum pro peccatis populi accedere præsumunt, dum sacri canones, neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti e contrario, non solum post susceptum sacerdotium se abstinent ab una uxore nolunt, immo luxuria obvoluti pejora scelerium scelera committunt, ut plures uxores habere præsumant, quibus neque unam concessum est, post susceptum ministerium attrectare. *Zach. epist. 6. antemed.*

#### C A P U T VI.

Placuit, in totum prohibere Episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, & non generare filios. *Elib. c. 33.*

CA.

C A P U T VII.

*Dif. 31. c. 3.  
C. dif. 84.  
c. 3. Cum in  
præterito.* Episcopos, presbyteros, & diaconos ita plau-  
cuit, ut condecet sacrosanctos Antistites, & Dei  
sacerdotes, nec non & levitas, vel qui sacramen-  
tis divinis inserviant, continent esse in omnibus,  
quo possint simpliciter, quod a Deo postulant,  
impetrare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa  
servavit antiquitas, nos quoque custodiamus:  
” Ab uxoribus abstineant Episcopi, presbyteri,  
„ diaconi, ” &c. *Carth. c. 3. ¶ 4. G. Carth. II.  
c. 2. L. Raban. c. 29. de pœnit. Ivo lib. 3. tit. 8.  
c. 10. panorm.*

C A P U T VIII.

*Dif. 22. c.  
13. Placuit,  
& d. 4. cap.  
4. Cum de  
quotundā.* Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus,  
qui ab uxore non abstinet, ab officio ecclesiastico  
amoveatur. *Carth. cap. 25. ¶ 71. G. Afric. 37.  
L. Carth. V. cap. 3. L. Magun. Jub. Arnul. c. 19. Ivo  
lib. 3. tit. 8. c. 22. panorm. Anselm. lib. 8. c. 7.*

C A P U T IX.

Licet a Patribus nostris fuerit constitutum, ut  
quicumque sacerdos, vel levita filiorum procrea-  
tioni operam dare suisset convitus, a communio-  
ne Dominicæ abstineret; nos tamen, &c. decrevi-  
mus, ut sacerdos, vel levita conjugali concupi-  
scientiæ inhærens, vel a filiorum procreatione  
non desinens, ad altiorem gradum non consen-  
dat, &c. Sed ut hæc valeant observare, somitem  
omnium vitiorum oportet abscindi, Apostolo  
*Ephes. 5. præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est  
1. Cor. 6. luxuria, &c. Neque fornicarii, neque idolis ser-  
vientes, neque ebriosi regnum Dei possidebunt.  
Turon. cap. 2.*

C A P U T X.

Episcopus conjugem ut sororem habeat, &  
ita sancta gubernatione gubernet domum o-  
mnem, tam ecclesiasticam, quam propriam, ut  
nulla de eo suspicio quaqua ratione consurgat,  
&c. Tam longe absint mansionis propinquitate  
divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam cle-  
ricorum servitute nutruntur, familiarum propin-  
qua contagione polluantur. *Turon. II. cap. 13.  
„ Episcopum Episcopam non habentem nulla  
„ sequatur turba mulierum, ” &c. Ibid. cap. 13.*

C A P U T XI.

Compertum est, Episcopos, presbyteros, &  
diaconos venientes ex hæresi, carnali adhuc dési-  
derio uxoribus copulari: ne ergo hoc fiat, præci-  
pimus, quod & canonibus prioribus continetur,  
ut non liceat eis vivere libidinosa societate, sed  
manente inter eos conjugali lege, communem  
utilitatem habeant, & non sub uno conclavi ma-  
neant. Vel certe, si suffragatur virtus, in alia  
domo suam uxorem faciat habitare, ut castitas  
apud Deum, & homines habeat testimonium  
bonum. Si quis vero obscene cum uxore elegerit  
vivere, nec lector habeatur. Qui vero semper sub  
canone ecclesiastico jacuerint, si contra veterum  
imperatra, in suis cællulis mulierum, quæ infamiae  
suspicionem possunt generare, consortium  
habuerint, illi canonice quidem distingantur;  
mulieres vero ab Episcopis venundentur, & pre-  
mium ipsum pauperibus erogetur. *Tolet. II. c. 5.*

C A P U T XII.

Episcopi, presbyteri, vel honoratores clerici,

si conjugibus suis post ordines copulentur, omni-  
in perpetuum, quam admisso jam criminè perdi-  
dit, dignitate privabitur. *Maricon. cap. 11.*

C A P U T XIII.

Pervenit ad nos, quosdam sacerdotes, & mini-  
stros obliscentes majorum, & veterum consti-  
tutorum, aut uxorum, aut quaruncunque fe-  
minarum immunda societate, & execrabilis con-  
tagione turpari, & pessima cordis obstinatione  
tam sacræ litteris, quam Patrum regulis obvian-  
tes, &c. Scriptum est: *Sancti estote, quoniam Lev. 19. d.  
¶ ego sanctus sum, dicit Dominus. Et illud 20. b.  
Apostolicum: Mortificate membra vestra, que Coloff. 3. d.  
sunt super terram, id est, fornicationem, ¶  
immunditiam, concupiscentiam malam, ¶  
avaritiam, quibus quanto est pertinacior vis in  
malis, tanto austerioribus convenit obviare de-  
cretis, &c. Tolet. VIII. cap. 5.*

C A P U T XIV.

Placuit, ut Episcopi, presbyteri, &c. abstineant  
se a conjugibus, & non generent filios. Quod si  
hoc decretum violaverint, ab honore clericatus  
pellantur. *Vormaciens. cap. 9.*

T I T U L U S XXXVIII.  
NE APUD EPISCOPUM HABENT FE-  
MINÆ, PRÆTER MATREM,  
ET SOROREM, &c.

C A P U T I.

I Nterdixit per omnia magna synodus non Epi-  
scopo, non presbytero, non diacono, nec ali-  
cui omnino, qui in clero est, licere subintrodu-  
ctam habere, nisi forte aut matrem, aut sororem,  
aut amitam, vel materieram, vel eas tantum  
personas, quæ suspicione effugiant. *Nicæn. cap. 3.  
Aquisgr. cap. 39. Troslej. cap. 9. Mant. Brac. c.  
33. Justin. Novell. 123. in princ. Capit. lib. I.  
cap. 4. Burch. lib. 2. cap. 109. Ivo lib. 3. tit. 8.  
cap. 29. panorm. ¶ pars. 6. cap. 186. decr. An-  
selm. lib. 7. cap. 133. Cæsar. lib. 8. cap. 63.*

C A P U T II.

Mulieres degere in Episcopis, aut monaste-  
riis, suspicionis causa est. Si quis ancillam, vel li-  
beram in Episcopio, vel monasterio haber ad ali-  
quod ministerium, peniteat, perseverans depo-  
natur. Si vero in suburbanis mulieres sint, & Epi-  
scopus, vel præpositus monasterio illuc erat, non  
ministrarent mulieres, sed secedant. *Nicæ. II. cap. 18.*

C A P U T III.

Episcopi cum mulieribus omnino non habi-  
tent, ne antiqui hostis fraude decipientur, ut  
juxta Apostolicam vocem: *Non vituperetur 2. Cor. 6. d.  
ministerium nostrum, quia scriptum est: Si quis 1. Cor. 3. d.  
templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.  
Cavere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, ut  
mundas valeamus ad Deum lavare manus; scri-  
ptum est enim: Sancti estote, quoniam ego san- Lev. 11. G.  
ctus sum, dicit Dominus. Zachar. in syn. Roma.  
cap. 1.*

C A P U T IV.

Neque hoc silentum est pervenisse ad nos,  
quod cum grandi tristitia animi dico, per diversa  
loca hujus Italæ, & Longobardorum partes, sa-  
cerdotes cum sanctimonialibus feminis, id est  
monachis habitare, quod nefarium est dicere, vel

S 2 au-

## 140 Juris Pontificii Veteris Epitome

**Ez. 22. f.** audire, contra canonum esse sancita. Ubi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Unde omnino cavendum, & vitandum est, fratres mei, ne fallant, & impudentur in eis Prophetæ dictum: *Sacerdotes ejus contaminant sancta, & reprobant legem, &c.* *Zachar. in syn. Rom. cap. 15.*

### C A P U T V.

Volumus synodum congregare, &c. atque in ea, omnia, quæ sanctis canonibus sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, &c. id est, ut neque aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi ea, quæ sacris canonibus sunt permissa. *Greg. ad Syagrium, & Ether. Episcopos, lib. 7. registr. epist. 110. vel 108. cap. 4. in fine.*

### C A P U T VI.

Episcopus, vel quilibet clericus aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat, extraneam vero nequaquam. *Elib. c. 27.*

### C A P U T VII.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel Episcopus ad cællarii secretum intromittat pueram, vel ingenuam, vel ancillam. *Arel. II. cap. 4.*

### C A P U T VIII.

De familiaritate extranearum mulierum, tam Episcopi, quam presbyteri, vel diaconi, præteriorum canonum statuta custodian. *Aurel. cap. 31. vel. 29.*

### C A P U T IX.

Antiqua concilia non solum habuerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus, & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam. Sed si sunt eius servitia, matri, vel sorori, vel aliis propinquæ contradat, &c. Si propinqua deest, alterius domus adhærens queratur, ita ut femina domum ejus ingrediatur. *Tolet. II. cap. 3.*

### C A P U T X.

Quod sæpe transcenditur, convenit replicari, ne quis Antistitum, clericorum nive omnia in licentiam habeat, intra domum suam ullam absque propinquis mulieribus, quas priores canones eloquentur, habere personam, &c. Si quis clericorum suspicionem adversam, aut obloctionem populi de muliere quacumque fortassis incurret, eam statim, si intra domum habet, abiiciat, si certe extranea, & sui juris est, ita omnibus conditionibus studeat obviare, ut infamia, quæ excitata est abrogetur. Quia hac vitare noluerit, pro inobedientia, triennii excommunicatione multetur. Si de adulterii permixtione fuerit comprobatus, in regradatione honorum, priorum canonum statuta serventur. In quibus communionibus Metropolitanus a comprovincialibus suis, comprovincialis a Metropolitanâ cum reliquis comprovincialibus distinguatur. *Aurel. III. cap. 4.*

### C A P U T XI.

**Matt. 5. b.** Episcopus, presbyter, diaconus, tam sancta conscientia resplendeant, ut effugiant probitate actuum, maledicorum obloquia, & testimonium in se divinum implere contendant, quo Dominus ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant pa-*

*trem vestrum, qui in cælis est.* Fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas: & tantum cum avia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent, de quibus, ut priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque cællario, vel familiari quolibet servitio, neque sanctimonialis ulla, neque extranea mulier, neque ancilla ullo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica, communionis sine dubio jacturam subire. *Arver. cap. 15. & 16. Matis. cap. 1.*

### C A P U T XII.

Nullus clericorum Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, quasi sanctimoniale, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo sua stabilire presumat, quæ & ipsa extranea est, dum non est mater, aut soror, aut filia, quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum dignoscitur subjecta dominati. Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, de hac re statuta Patrum, vel nostra temerare presumperit, excommunicetur. *Turon. II. cap. 11.*

### C A P U T XIII.

Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum, &c. Habeant ministri ecclesiæ utique clerici, qui Episcopo serviant, & eum custodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere. *Turon. II. cap. 14.*

### C A P U T XIV.

Nullus Episcoporum presbyterorum, & diaconorum, extranearum mulieram intra domum presumat habere solatium, quibus etiam pro utilitate sua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis feminis indicentes similiter prohibemus, ne sub concessa sibi licentia parental, ex earum sequipeditis memoratorum vita, vel opinio polluat. Quod si Episcopus nunc vetitis uti sub quadam presumptione voluerit, anno uno a Metropolitanâ, vel a comprovincialibus suis ab officio suspendatur. *Aurel. V. cap. 3.*

### C A P U T XV.

Licet jam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renovare, ut si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicunque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualcumque extranea muliere familiaritatem habere presumperit, quæ dedecoris, vel adulterii possit adferre suspicionem, juxta statuta canonum, ab ordine degradetur. *Cablon. cap. 3.*

### C A P U T XVI.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, sancimus, ut nullus sacerdotum, sive quisque de clero absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secreto se presumat adjungere, & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis, ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisquam solus familiarior habeatur ad perpetrandum sce-lus

lus. Hujus perceptionis transgressores sex mensibus se noverint pœnitentia legibus subjacere.  
*Brac. III. cap. 4.*

## C A P U T XVII.

Ut a sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam, quæ in Nicæna synodo permittitur, id est, matrem, aut sororem, aut eas tantum personas, a quibus omnes suspiciones effugiant. *Remens. c. 22. Vide Nicæn. cap. 3.*

## C A P U T XVIII.

Suggerendum est, & ex divino mandato intimandum Regiae dignitati, ut Episcopium, quod domus Episcopi appellatur, qualiscumque sit in oculis Domini Episcopus, venerabiliter, ac reverenter introeat, & quando in transitu civitatem ingressus fuerit, habitaculis Episcopalibus reverenter inabitet, & non diversoria feminarum magnificantia sua, & religio venerabilis ibidem fieri permittat. Quia si secundum leges canonicas in mansiones clericorum introitus seminarum prohibentur, quanto magis domus Episcopi ab hujusmodi inhabitatione, & conversatione etiam, & a legitimo connubio conjugatorum debet immunis esse, & aliena? *Meld. c. 26.*

## C A P U T XIX.

Nullus Episcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex clero licen-tiam habeat intromittendi ad se quasi adoptivam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ, aut sororis, aut matris, nisi forte sororem patris, vel matris, & illas solas personas, quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. *Mart. Brac. c. 32. Vide Nicæn. c. 3.*

## T I T U L U S XXXIX.

## NE FEMIMA ULLA APUD EPISCOPUM HABITET.

## C A P U T I.

**U**T juxta Nicæni venerandi definitionem concilii, nullus patiatur (*loquitur de Episcopis presbyteris, &c.*) sub introductas mulieres secum in domo propria habere, vel private cum eis cohabitantes conversari. Et quamquam de quibusdam inhonestâ parentibus suspicione, clementius aliquo modo inibi legatur indultum: nos tamen omnes omnino nunc necessarium vetare prospeximus, eo quod experimento didicerimus, illarum velamento alias licentius ad eos aditum veniendi perditionis causam habuisse. *Forojul. c. 4. Vide Nicæn. c. 3.*

## C A P U T II.

Nequaquam in sua domo secum, aliquam feminam [*sacerdotes*] habeant, nec matrem, nec sororem, sed auferentes omnem occasionem Satanæ, Angelicam vitam ducant, & Domino Deo casto corpore, & mundo corde fine tenus ferviant. *Metren. c. 3.*

## C A P U T III.

Prohibendum, & modis omnibus interminandum est, ut nullus sacerdos eas personas feminarum, sicut & in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat, sed neque illas, quas canones concedunt, quia in-

stigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum, scilicet matrem, amitam, sororem, sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessaria sustentatio presbyteri, habeat in vico, aut in villa domum longe a presbyteri conversatione, & ibi eis subministret, quæ necessaria sunt. *Nanner. cap. 3. Capitul. lib. 7. cap. 376. Burch. lib. 2. cap. 116. Ivo part. 6. cap. 192. decr.*

## T I T U L U S XL.

## NE EPISCOPI SOLI CUM FEMINIS LOQUANTUR.

## C A P U T I.

**C**Lericî, vel continentes ad viduas, vel virginis, nisi iussu, vel permisso Episcoporum aut presbyterorum non accendant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum iis, cum quibus Episcopus iussirerit, vel presbyter. Nec ipsi Episcopi, aut presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graves aliqui Christiani. *Carth. 38. G. Carth. III. cap. 25. L. Afric. c. 5. L. Troslejan. cap. 9. Capitul. lib. 7. cap. 28. Anselm. lib. 7. cap. 143.*

## C A P U T II.

Episcopo presbytero, & diacono, vel diversis clericis, horis indebitis, id est meridianis, vel vespertinis ad feminas prohibemus accessum, qui tamen si causam habuerit, cum presbyterorum, aut clericorum testimonio videatur. *Epaun. c. 14.*

## C A P U T III.

Nulla mulier in cubiculo Episcopi, absque duobus presbyteris, aut certe diaconibus ingredi permittatur. *Matiscon. cap. 3.*

## C A P U T IV.

Ne Episcopus absque sacerdotibus, vel clericis suis, ut decet, & honeste convenit, adire (*monasteria paullarum*) licentius se existimet. Sed siue ipse, siue quilibet religiosa persona, alienus ab illicita suspicione, quem morum gravitas ornat, permittente, & admonente Episcopo, exhortationis, vel edificationis obrent, quæ ad salutem animi pertinet, dignum fuerit, ut audeat hæc Deo dicata loca, non aliter, sed cum idoneis testibus peragant, ne propter incautam præsumptionem, sanctæ Ecclesie infameretur Angelicus ordo. *Forojul. c. 12.*

## C A P U T V.

Sancti Africani canones decreverunt, ut nec ipsi Episcopi, aut presbyteri soli habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel ad quascumque feminas, sed ubi aut clerici præsentes sunt, aut graves aliqui Christiani. Unde sicut beatus Gregorius ad ministros Ecclesie Romanæ scripsit, beatus Augustinus nec cum sorore habitare consensit, dicens: *Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt.* Et ex hoc dicit sanctus Gregorius: *Dicit. 81. c. 25. Legitur.*

Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse iustitio, nam inhonestæ præsumptionis est quod fortis pavet, minus validum non tibi mere "sec. Troslejan. c. 9. Vide Afric. cap. 5. Greg. lib. 7. reg. ep. 39. Ivo part. 6. c. 77. deer. Anselm. lib. 7. c. 134. Tarr. lib. 3. c. 55. G. lib. 6. cap. 197.

CA-

## 142 Juris Pontificii Veteris Epitome

### TITULUS XLI. DE EPISCOPO LAPSO A CASTITATE.

#### CAPUT I.

*Dif. 81. c. 22. &c. 2. de cohabitat. & mulier. Gr. IX. & in 1. coll. 3. eod. tit.*

**S**I quispiam sacerdotum, id est, Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel etiam subdiaconus, de quacunque femina, criminis fornicationis suspicatus, post primam, secundamque, & tertiam admonitionem Metropolitanus, vel alterius Episcopi, aut ejus, cui subjacere videatur, inveniatur fabulari cum ea, aliquo modo conversari, canonice judicetur. *Eugen. II. & Leo IV. in syn. Rom. c. 15. Ans. lib. 8. c. 9.*

#### CAPUT II.

Nullus sacerdos, aut diaconus, vel subdiaconus, sed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adjungat, &c. *Urban. II. in conc. Clarom. c. 9.*

#### CAPUT III.

*Dif. 81. c. 12.*

**E**piscopus, presbyter, diaconus in fornicatione &c. deprehensus, deponatur, non etiam excommunicetur. *Cum scriptura dicat: Non judicabis in id ipsum. Ap. 24. G. 25. L. Tribur. c. 11. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 2. cap. 189. Ivo part. 6. cap. 234. de cr. Anselm. lib. 11. c. 30.*

*Naum. 1. sibi copulam adjungat, &c. Urban. II. in conc. Clarom. c. 9.*

#### CAPUT IV.

Tua fraternitas, si quos reperit Episcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, &c. nulla ratione, Apostolica auctoritate permittrat sacerdotio fungi, &c. Quo sacerdotio fungi desiderant, qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur, ut neque saeculares fideles his facinoribus abolutos optemus, &c. *Zach. ep. 6. ad Bon. cuius initium est, Susceptis, post princ.*

#### CAPUT V.

**E**piscopi, presbyteri, diacones, in ministerio positi, sint moechati, propter scandalum, & nefandum crimen, nec in finem communionem accipiunt. *Elib. c. 18.*

#### CAPUT VI.

Si deinceps Episcopi, detecti si fueriat execrabilibus flagitiis, cum quibuslibet feminis pollui, ac familiari peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententia Patrum ulcisci, id est, & loci, & ordinis dignitate privari. *Toletan. VIII. c. 4.*

#### CAPUT VII.

*15. q. 8. c. 8. Cum mul. 12.*

Quilibet ab Episcopo usque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio, in honore constituti filios procrearint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, censura damnatur, proles autem tali pollutione nata, non solum hereditatem parentum nunquam accipiet, sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt. *Tolet. IX. cap. 10. Ivo part. 6. cap. 245. de cr.*

#### CAPUT VIII.

*\*confessorem.* Per fidem confessionem \* est agnatum, quod taq[u] semineo sorduisse ( *Pozanius Episcopus* ). Licet hunc Paterna antiquitas sacris regulis dejiceret ab honore decernat, nos tamen non abstulimus nomen honoris, ipse sibi sui criminis confessio-

sione jam abstulerat, sed decrevimus perpetua poenitentia hunc inservire officiis, & ærumnis. *Tolet. X. in fine.*

#### CAPUT IX.

Si quis Episcoporum, magnatis cuiusquam uxori filiam, neptem, vel propinquam adulterina pollutione fecerit, & honoris proprii gradum amittat, & sub exilio relegatione perpetuam excommunicationis sententiam ferat, excepto vita fine. *Tolet. XI. c. 5. in fin.*

#### CAPUT X.

**E**piscopus, presbyter, &c. consecratam Deo violans, ut sponsam Dei corrumpeatur, quis, c. 6. laicus excommunicetur. *Trull. c. 4.*

#### CAPUT XI.

Sancimus, ut si masculi in masculos turpitudinem fuerint operati, Episcopus, presbyter, diaconus de proprii honoris gradu dejectus; exilio perpetuo damnetur, alii legitime puniantur. *Tolet. XVI. c. 3.*

#### CAPUT XII.

Sacerdotes, si in fornicationis laqueum cedent, & criminis manifestus, sive ostensus fuerit auctus, sacerdotii non possunt habere honorem, secundum canonice institutionis auctoritatem. *Vormaciens. c. 11.*

#### TITULUS XLII.

**N**EC QUISQUAM AUDIAT MISSAM EPISCOPI, QUEM CERTO SCIT CONCUBINAM HABERE.

#### CAPUT I.

**N**ULLUS missas eorum audiat, quos uxores, *Vid. dif. 32. c. 2. in 1. bet, aut feminam suspectam domi missam scient. collecta.* vel concubinas habere cognoverit. *Innoc. c. 5. &c. 6. H. in syn. Rom. c. 5. Nicol. II. in synod. Roman. c. 3. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 3. panorm. &c. in fine ejusdem panorm.*

#### CAPUT II.

Quicumque sacerdotis, (*qui concubinam habet, aut feminam suspectam domi missam scient. collecta.*) revera esse constiterit, fideliter abstinerere decreverunt, ut & peccandi licentiam ceteris auferrent, & hujusmodi ad dignam poenitentia lamenta revocarent. *Urban. II. in ep. ad L. Praepostum.*

#### CAPUT III.

Prædecessores nostri Nicolaus, & Gregorius a missis sacerdotum, quos tales (*adulteros hoc in 6. Præter. §. homicidas, ebriosos*) revera esse constiterit, fideliter abstinerere decreverunt, ut & peccandi licentiam ceteris auferrent, & hujusmodi ad dignam poenitentia lamenta revocarent. *Urban. II. in ep. ad L. Praepostum.*

**T**ITULUS XLIII.  
**EPISCOPUS HABEAT SEMPER SECUM TESTES SUÆ VITÆ.**

#### CAPUT I.

**Q**uidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, ut is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui ad vitam ejus in secreta conversatione videant, & ex visione sedula exemplum profectus sumant. *Gregor. in syn. Rom. c. 2. lib. 4. cap. 88. reg.*

#### CAPUT II.

Hortamus vos, sicut & in hac sancta Ecclesia *De conf. c. constitutum habemus, ut semper testes vobiscum 1. Jubemus. sacerdotes, & diaconos habeatis, & licet con- 59. scien-*

*I. Tim. 3. b.* Scientia sufficere possit propria, tamen propter malivolos, juxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt, quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, ut duo presbyteri, vel tres diaconi in omni loco Episcopum non deferant, propter testimonium ecclesiasticum, &c. *Lucius ep. I. in princ.* *Anf. lib. 6. c. 133. Tarr. lib. 3. c. 51.*

## C A P U T III.

De conversatione vitæ id statuere placuit, a Pontifice usque ad subdiaconatum, post suscepiti honoris officium, si quis ex conjugatis fuerit ordinatus, ut semper alterius fratris utatur auxilio, cuius testimonio vita ejus debeat clarior apparere. *Gerund. cap. 6.*

## C A P U T IV.

Oportet Episcopos testimonium probabilium personarum conversationis, & vitæ in conclavi suo habere, ut & Deo placeant per conversationem bonam, & Ecclesiæ per optimam famam. *Tolet. IV. c. 21.*

## C A P U T V.

Placuit, ut quemadmodum Antislites, ita presbyteri, atque levitæ, quos forte infirmitas, atque ætatis gravitas in conclavi suo manere non sinit, ut & iidem in cællulis suis testes vitæ habent, vitamque suam, sicut nomine, ita meritis teneant. *Tolet. IV. c. 22.*

## C A P U T VI.

Episcopus conjugem, ut sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem tam ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaue ratione consurgat. Et Deo propitio, clericorum suorum testimonio, castus vivat, qui cum illo tam in cælla, quam ubicumque fuerit, secum habitent, eumque & presbyteri, & diaconi, vel deinceps clericorum turba juniorum Deo adjutore conservent, &c. *Turon. II. cap. 13.*

## C A P U T VII.

Episcopo (*presbyter*) testis assistat castitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. *Franc. synod. Capitul. lib. 5. c. 2.*

## C A P U T VIII.

Quia nonnullos socios ordinis nostri sine his personis, quas sua religiosa conversatio testes habere, & quibus exemplum bonum debuit prebere, cubilia secreti sui didicimus, incolere, id non sine magna, turbidaque indignatione ferre potuimus, & ne deinceps quispiam. Prælatorum id facere pertinet, pari consensu inhibuimus, quia in hoc facto conversatio sacerdotalis commaculaatur, & detrahentibus locus præbetur, & animarum perditio generatur. Ut ergo sacerdos discipulis suis de se ipso exemplum bonum debeat præbere, Apostolus scribens ad Titum docet dicens: *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in castitate, & reliqua.* Si qui de hac re exempla querere voluerunt, vitas B. Augustini, & Ambrosii, & ceterorum aliorum sanctorum virorum legant, & perspicue invenient, quod vita, & conversatio Pontificis semper testes vitæ probabilis habere debeat. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. I. c. 20.*

*Ad Tit. 2.*

## C A P U T IX.

Lucius præcepit, ut duo presbyteri, & tres diacones, in omni loco Episcopum non deferent, propter testimonium ecclesiasticum. *Dam. in Lucii.*

## T I T U L U S XLIV.

EPISCOPI EST CONFICERE CHRISMA.

## C A P U T I.

**I**nvenimus quosdam Episcopos non per singulos annos in cæna Domini chrisma confidere, *De conf. d. 3. c. 18. Litte-* sed duos, aut tres annos confectionem sancti chris-*ris.* matis semel actam conservare. Dicunt enim, nec balsamum per singulos annos posse reperire, nec necesse fore, per singulos annos chrisma confidere, &c. Errant, qui talia excogitant, &c. *Fabian. ep. 2. in prime. Ivo part. 2. c. 73. decr.*

## C A P U T II.

Chorepiscopis non licet sacerdotes consecrare, &c. nec chrisma confidere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, &c. Quæ omnia solis Pontificibus deberi, tam ex superioribus, quam ex aliis Patrum constitutis, aut sacris canonibus edicti estis. *Damas. ep. 4. in med. Leo ep. 86. in fin. Hispal. II. c. 7.*

## C A P U T III.

Episcopi est chrisma confidere. *Innoc. ep. I. c. Diff. 95. c. 3. 8. Vorm. c. 8. & 72. Ivo part. 2. cap. 75. decr. Illud. Anf. lib. II. c. 14.*

## C A P U T IV.

Nullus aliis, nisi Episcopus, chrisma conficiat *De conf. diff. & per diœcensem destinat. Tolet. I. c. 20. Mart. 4. c. 124. O-* Brac. *cap. 51.* *Omni tempore.*

## C A P U T V.

Episcopalis eminentiæ culminis auctoritas non immerito sacrissimis omnibus esse summa percensuit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem. *Tolet. VIII. c. 7.*

## C A P U T VI.

Chrisma confidere nullus præter Episcopum præsumat: nam illi soli hæc dignitas concessa est. *Vorm. c. 2. & c. 8.*

## C A P U T VII.

Omni tempore Episcopo liceat chrisma con-*De conf. d.* ficer, & per suas diœceses destinare. *Mart. Brac. 4. c. 124. c. 51. Tolet. I. c. 20.*

## C A P U T VIII.

Silvester constituit, chrisma ab Episcopo con-*fici.* *Damas. in Silvest. post princ.*

## T I T U L U S XLV.

EPISCOPI EST CONFERRE SACRAMEN-  
TUM CONFIRMATIONIS.

## C A P U T I.

**O**mibus festinandum est sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo, id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est uniuscujusque \* exitus vi-*unusquis.* tæ. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi Spiritus gratia ab Episco-*quo, f.* po confirmatus, &c. demum ex operibus bonis o-*stendat* in se similitudinem ejus, qui eum genuit, patris. *Clem. ep. 4. ante fin.*

CA.

# 144 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T II.

*De conf. d. 5. c. 1.* Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani inveniantur. *Urban. ep. sign. prope fin. Burch. lib. 4. c. 66. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 1. panorm. C part. 1. c. 260. C 296. decr. Anselm. lib. 9. c. 23. Caesar. lib. 12. c. 91. Tarr. lib. 4. c. 4.*

## C A P U T III.

*De conf. d. 5. c. 4.* Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quam ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse, neque ab aliis, sicut jam dictum est, quam ab illis, qui eorum locum tenent, umquam perfici potest, aut fieri debet; nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, nec inter ecclesiastica umquam reputabitur sacramenta. *Euseb. ep. 3. in fin. Burch. lib. 4. c. 63. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 3. panorm. C p. 1. c. 257. C 297. decr.*

## C A P U T IV.

*De conf. diff. 5. De his cap. 3.* Utrum majus esset sacramentum, manum impositione Episcoporum, aut baptismus? Scitote utrumque magnum esse sacramentum, & sicut unum a majoribus sit, id est a summis Pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ita & majori veneratione venerandum, & tenendum est. *Miltiad. ep. 1. ante med. Burch. lib. 4. c. 61. Ivo lib. 1. tit. 3. c. 2. panorm. C p. 1. c. 255. decr. Anselm. lib. 9. c. 26. Caesar. lib. 12. c. 90. Tarr. lib. 4. c. 5.*

## C A P U T V.

*Aet. 8. c.* Quod solis Apostolis, eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber actum Apostolorum docet, praesertim cum nullus ex LXX. discipulis, quorum isli (chorepiscopi) in ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. *Damas. ep. 4. post med.*

## C A P U T VI.

*Aet. 4. f.* De consignandis infantibus, manifestum est, ab alio fieri, quam ab Episcopo non licere: nam presbyteri, licet sint sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hae autem Pontificibus solis debere, ut vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum illa lectio actuum Apostolorum, quae asserit, Petrum, & Joannem esse directos, qui iam baptizatis traderet Spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra Episcopum, seu praetente Episcopo, cum baptizant, christmate baptizatos ungere licet; sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum sanctum paracletum. *Innoc. epist. 1. cap. 3. Burch. lib. 4. cap. 69. Ivo lib. 1. tit. 3. cap. 4. panorm. C part. 1. cap. 263. C 298. decr. Anselm. lib. 9. cap. 25.*

## C A P U T VII.

*De conf. d. Distinct. 95. Presbyteros. c. 2.* Non conficiendi christinatis, non consignatio-nis Pontificalis adhibenda sibi met accipere facultatem possunt presbyteri. *Gel. ep. 1. cap. 8.*

## C A P U T VIII.

Donum sancti Spiritus per impositionem ma-

nuum chorepiscopi non tradant, nec presbyteri, sed Episcopi, quia non LXX. sed Apostoli tantum manus imponebant. *Joann. III. ep. 1. in princ.*

## C A P U T IX.

Plebi, quam acceperit, benedicere loquitur de Episcopo, qui tantum fuit consecratus a duobus Episcopis) ex constitutionis hujus permisso, atque in eadem ecclesia neophytes confirmare in castellis, ac vicis liceat. *Regien. c. 3. in fin.* In ecclesia quoque, in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytem, jus habebit. *Regien. cap. 4.*

## C A P U T X.

Hæreticos in mortis discrimine positos si Catholici esse desiderent, si desit Episcopus, a presbyteris cum chrismate, & benedictione consignari placuit. *Araux. c. 2.*

## C A P U T XI.

Si quando Episcopis peragrandæ parochiæ ne-  
cessitas incumbit, in confirmandis hominibus,  
vendum. c.  
&c. in lucris animarum potius, quam in depræ-  
dandis, & spoliandis hominibus, & scandalizan-  
dis fratribus operam dent, &c. *Cabilon. sub Ca-  
rolo c. 14. Ivo part. 3. c. 133. decr.*

## C A P U T XII.

Emersit quidam reprehensibilis, & valde jam inolitus usus, eo quod quidam chorepiscopi ultra modum suum progredientes, & donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant, & alia quæque, quæ solis Pontificibus debentur, contra fas peragant, praesertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum speciem in Ecclesia gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus imposi-tionem tradidisse. Quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber Apostolorum docet, in quo legitur: *Cum Apollo esset Corinthi, &c.* Item in eodem: *Cum ardentissimis Apostoli, qui erant Hierosolymis, &c.* Ecce aperte demonstratur, quod non septuaginta discipuli, quorum for-mam tenent chorepiscopi, sed Apostoli, quorum successores sunt Episcopi, tradebant Spiritum sanctum. *Paris. sub Ludovic. C Lothar. lib. 1. c. 27.*

## C A P U T XIII.

Episcopi conferant jejunii sacramentum con-firmationis. *Paris. ead. syn. cap. 33. lib. 1.*

## C A P U T XIV.

Ipsi Episcopi concessum sibi otium, non in suas voluptates, sed in divinum, & officiosum convertant negotium, quatenus studentes præ-dicationi, & correctioni, atque confirmationi, quod hactenus per parochias fuit neglectum, solleter, & devotissime de cetero sit correctum. *Melden. cap. 28.*

## C A P U T XV.

Ut chorepiscopus modum suum juxta canon-i-cam institutionem teneat, & nec sanctum chri-stma, nec sanctum paracletum Spiritum, solis Episcopis juxta decreta Innocentii, tribuere de-bitum, tradere tentet. *Meld. cap. 44.*

## T I T U L U S XLVI.

EPISCOPI MUNUS EST, CONSECRARE  
ECCLESIAS, ET ALTARIA.

CA.

## C A P U T I.

**A**ltare erigere, & ungere, aut sacrare, ecclesias dedicare, Episcopi tantum possunt, non chorepiscopi, nec presbyteri. *Dam. epist. 4. in med.*

## C A P U T II.

*Num. 7. 4.* In divinis litteris præcipiente Domino solus Moses in tabernaculo Dei erexit altare, solus impulse unxit, qui utique summus sacerdos Dei erat, *Psal. 98.* sicut scriptum est de eo: *Moses, & Aaron in sacerdotibus ejus.* Ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moses, & Aaron tenuerunt, omnino decreatum est, ut chorepiscopi, vel presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamvis cum Episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam novellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita novent, sicut presbyterorum, & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet. *Leo epist. 86. in fin. ad Episc. Germ. Hisp. II. cap. 7.*

## C A P U T III.

Episcopali eminentiæ divina auctoritas concessit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet, templorum Dei sacrationem, & chrismae benedictionem, sacerorumque ordinum institutionem, &c. Verum sicut sanctum chrisma collatum, & altaris honor evelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum. *Tolet. VIII. c. 7.*

## C A P U T IV.

Ut basilicæ a chorepiscopis consecratæ ab Episcopis confecentur, roboratum est, quia juxta decreta Damasi Papæ, Innocentii, & Leonis, vacuum est, atque inane quidquid in summi sacerdotii chorepiscopi egerunt ministerio. *Men. cap. 5.*

## T I T U L U S XLVII.

*NE EPISCOPUS PRETIUM ULLUM ACCIPIAT CAUSA CONSECRANDI ECCLESIAS.*

## C A P U T I.

*s. q. 3. e. ult.* **S**i quisque consecrationem altarium, vel ecclesiarum, interveniente execrabilis ardore avaritiæ per pecunias acquisivit, honore male acquitato careat, & emptor, atque venditor, & interventor nota infamia percellantur. *Innoc. II. in syn. Rom. cap. 1. post Ieronim. panorm.*

## C A P U T II.

*x. q. 2. c. 1.* Quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigetur ab illo. *Brac. II. cap. 5. Vorm. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decr.*

## C A P U T III.

Nullus Episcoporum deinceps pro dedicacione sanctæ ecclesæ aliquid exigere præsumat. *Aquisgr. II. sub Lud. part. 1. cap. 5.*

*Tom. V.*

## C A P U T IV.

Nullus Episcopus pro sacris ordinibus, vel pro ecclesiarum benedictionibus, vel quibuslibet aliis benedictionibus, munus accipiat. *Pictav. cap. 4.*

## T I T U L U S XLVIII.

*NE EPISCOPUS IN ALIENA DIOCESE ECCLESIAS CONSECRET.*

## C A P U T I.

**S**i quis Episcoporum in aliena civitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, &c. non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodo reservatur, in cuius territorio ecclesia assurgit, &c. *Arauf. cap. 10.*

## C A P U T II.

Episcopus in diecenses alienas ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria, accedere non debet. Quod si fecerit, remotis iis, quos ordinaverat, altaris tamen consecratione manente, transgreſſor canonum anno a missarum celebritate cessabit. *Aurel. III. cap. 15.*

## C A P U T III.

Ubi Pontifex obierit, nullus Episcopus, &c. aut in civitate, aut per parochias altaria audeat consecrare, &c. Si fecerit anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. cap. 8.*

## T I T U L U S XLIX.

*SOLUS EPISCOPUS CONFERT SACROS ORDINES, ET VIRGINES CONSECRAT.*

## C A P U T I.

**O**rdo gubernat sacerdotium. Scimus quodam sine manus impositione ab infantia coronam clerici accipere, & legere in synaxi in ambone. Id non fiat in ecclesia, neque in monasterio. Licet tamen lectoris ordinem præposito monasterii dare, si ipse præpositus ab Episcopo ordinatus est presbyter. Ita olim chorepiscopi, permissione Episcopi, lectors ordinabant. *Nican. II. cap. 14. Ivo part. 5. cap. 376. decr.*

## C A P U T II.

Presbyter, diaconus, clericus ab uno Episcopo ordinetur. *Ap. cap. 2.*

## C A P U T III.

Reliqui sacerdotes præter Episcopos a proprio ordinentur Episcopo, ita ut cives, & alii sacerdotes assensum præbeant, & jejunantes ordinacionem celebrent, similiter & diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest. *Anaclet. epist. 2. post princ. Anselm. lib. 6. cap. 47.*

## C A P U T IV.

Episcopi soli possunt sacerdotes consecrare, diaconos, subdiaconos, virgines, &c. *Damas. epist. 4. in med. Leo epist. 86. ad Episcopos Germanie, & Gallie, in fin. Hispalen. II. cap. 7.*

## C A P U T V.

Ne presbyteri sibi meminerint ulla ratione concedi, sine summo Pontifice, subdiaconum, aut acolythum jus habere faciendi. *Gelas. epist. 1. cap. 8.*

## C A P U T VI.

Chorepiscopis non licet presbyteros, aut diaconos ordinare. *Ancyr. cap. 13.*

T

CA-

## C A P U T VII.

Chorepiscopus ab Episcopo urbis ordinatur: ipse lectors, subdiaconos, & exorcistas tantum ordinare potest, non presbyterum, & diaconum. *Antioch. 10.*

## C A P U T VIII.

Presbyterorum, & diaconorum, ac virginum consecratio Episcopis tantum est permissa. *Hispalen. II. cap. 7.*

## C A P U T IX.

Nosse nos convenit, quod Episcopalis eminentia divina auctoritas non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem. *Tolet. VIII. cap. 7.*

## C A P U T X.

Ut chorepiscopus modum suum juxta canoniam institutionem teneat, & nec sanctum christma, nec sanctum paracletum Spiritum solis Episcopis, juxta decreta Innocentii, tribuere debitum, tradere tentet: neque ecclesiæ consecret, neque ordines ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi usque ad subdiaconatum, & hoc jubente Episcopo, & in locis, quibus canones designant, agere præsumat. *Synod. Melden. cap. 44.*

## T I T U L U S L.

**NE EPISCOPUS CLERICUM ALIENUM ORDINET, AUT SUSCIPIAT.**

## C A P U T I.

*Difl. 71.c.3.* **S**i quis audeat ordinare in sua ecclesia eum, qui alterius Episcopi est, eo Episcopo non consentiente, irrita sit ordinatio. *Nicæn. 16. G. 17. L. Vid. Aqui/gr. cap. 45. Mart. Brac. 33. Burch. lib. I. cap. 109. Ivo part. 5. cap. 211. decr.*

## C A P U T II.

Nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque ejus Episcopi voluntate, vel judicare, salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate. Quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & dijudicatio, quoniam censemus, nullum alterius judicis, nisi sui, sententia teneri, nam qui eum ordinare non poterit, nec judicare ullatenus potest. *Nic. XXVI. apud Iulium epist. 2. cap. 6. Vide Ap. 35. G. 36. L. Xyst. II. epist. 2. cap. 2. Hadr. ad Episcopum Mediom. cap. 16. Magunt. sub Arnulph. cap. 14. Capit. lib. 7. cap. 308. O in addit. cap. 149.*

## C A P U T III.

Interdicimus, ut nullus Episcoporum audeat, juxta sanctorum canonum instituta, &c. alterius civitatis clericum sine dimissoriis sui Episcopi suscipere, vel ordinare, &c. *Zachar. in syn. Roman. cap. 11.*

## C A P U T IV.

Ordinati ab alio, quam a suo Episcopo, non recipiantur. *Greg. VII. in conc. Rom. incert. c. 24.*

## C A P U T V.

*g. q. 2. c. 1.* Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præsumat, quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit,

nec vires ullam habebit, quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. Unde & Dominus loquitur, dicens: *Ne Prov. 22.d. transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Callist. epist. 2. cap. 3. Burch. lib. 2. cap. 39. Ivo lib. 5. cap. 100. O 101. O 236. O lib. 14. cap. 72. decr. Anselm. lib. 6. cap. 120. Cæsar. lib. 5. cap. 18.*

## C A P U T VI.

Ut de aliena ecclesia ordinare clericum nullus usurpet. *Syric. epist. 4. cap. 6. apud conc. Telen.*

## C A P U T VII.

De aliena ecclesia clericum ordinare, aut judicare nullus usurpet, nisi ejus Episcopus precibus exoratus concedere voluerit, quod etiam Nicæna videtur synodus continere. *Innoc. epist. 2. cap. 7. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 23. panorm. Vid. Nicæn. 16. O 17.*

## C A P U T VIII.

Non ambiant sibi met Episcopi vindicare clericos potestatis alienæ. *Gelas. epist. 1. cap. 6. Vor. difl. 1. Basimac. c. 48. Anselm. lib. 5. c. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 91.*

## C A P U T IX.

Si quis Episcopus ex aliena paroecia ministrum aliquem sine permissione sui Episcopi in aliquo gradu ordinet, & infirma, & irrita ordinatio existimet; si quis id fecerit, a suis coepiscopis corripiatur. *Sard. 15. G. 18. 19. L. refert Carth. I. c. 5. O Tribur. 28.*

## C A P U T X.

Non licet clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere, *Privatus.* nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus Episcopi, de cuius plebe est, &c. nam & in Sardicensi concilio statutum est: „Ut nemo alterius plebis hominem usurpet, sed si forte est necessarius, petat a collega suo, & ex consensu habeat“. *Carth. I. cap. 5. L. Vide Sard. 15. G. 18. 19. L. Tribur. 28. Burch. lib. 2. c. 43. Ivo part. 6. cap. 144. decret. Anselm. lib. 6. cap. 124. in Rom.*

## C A P U T XI.

Clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe sine litteris Episcopi sui. *Carth. I. c. 7.*

## C A P U T XII.

Clericum alienum, nisi concedente ejus Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promovere in ecclesia sibi credita. Clericorum nomine etiam lectors, psalmistæ, & ostiarii continentur. *Carth. III. c. 21. Vide Tribur. 28. Burch. lib. 2. c. 42. Ivo part. 6. cap. 143. decret.*

## C A P U T XIII.

In pluribus synodis decretum est, ut nullus Episcopus alienum clericum usurpet, sine voluntate sui Episcopi, &c. *Carth. 54. G. Afr. 20. 21. L. Carth. III. c. 44. L. Aqui/gr. cap. 91. Tribur. cap. 28.*

## C A P U T XIV.

Si quis contra statuta majorum (*alienos*) ordinaverit, qui ordinatus fuerit, sacerdotii honore privabitur, qui ordinaverit, auctoritatem in ordinationibus, & conciliis non retinebit. *Taurin. c. 2. Tolet. XII. c. 4.*

CA.

## C A P U T XV.

Clericū alterius, secundum statuta canonum nemo suscipiat, neque suæ ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abjectum recipiat in communionem. *Tauric. c. 6.*

## C A P U T XVI.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet, nec eum sine consultatione ejus Episcopi, cum quo ante habitavit, ordinare præsumat, quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit. *Arauf. cap. 8.*

## C A P U T XVII.

Si qui autem alienos cives, aut alibi consistentes ordinaverint, nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut ipsi eis imperent, cum quibus habitent. *Arauf. c. 9.*

## C A P U T XVIII.

Aliis Episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat. *Andegaven. cap. 10.*

## C A P U T XIX.

Clericos ab aliis Episcopis ordinatos, &c. sine permisso eorum, a quibus fuerant ordinandi, promovere ad superiorem aliquem ordinem non præsumant, ne concordiam fraternali injuria illata contaminet. *Venet. 10.*

## C A P U T XX.

Nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu Episcopi sui audeat ordinare, sed nec ullum sanctorum sacerdorum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spoponderit, ut per hæc nullus a regula, vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune. *Valent. Hisp. c. 6.*

## C A P U T XXI.

Ne ullus Episcopus alterius clericum contra voluntatem Episcopi sui suscipere audeat, aut sacerdotio prærogare. *Arver. c. 10.*

## C A P U T XXII.

Nullus clericum, seu lectorem alienum, sine sui concessione Episcopi, vel promovere, vel si bi quibuslibet conditionibus audeat vindicare. Quod si quis hanc constitutionem fuerit quacumque præsumptione transgressus, memoratæ personæ ab eo, cum quo sunt debitæ, seu ecclesiastico juri, seu proprio revocatæ, quia illicita vocatione discesserant, ab honore, vel officio suscepto, juxta arbitrium sui Pontificis, suspendantur. Episcopus vero, qui ordinaverit, sex mensibus missas facere non præsumat. *Aurel. V. c. 5.*

## C A P U T XXIII.

Nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui canones veterunt, nisi forte signata ipsius scripta suscepit. *Brac. I. cap. 26.*

## C A P U T XXIV.

Ut nullus alterius clericum retinere præsumat, sicut præcis est canonibus institutum, nec ad sacram ordinem, sine voluntate sui Episcopi penitus promovere. *Cabilon. c. 13.*

## C A P U T XXV.

Nullus clericus cujuscumque ordinis\*, sine litteris dimissoriis sui Episcopi, in alia ecclesia or-

dinetur\*: alias ordinatus, & ordinans deponantur. *Trull. 17.*

## C A P U T XXVI.

Multiplici prohibitione sanctum est, ut alterius clericum nemo sollicitaret, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obcelare\*, aut ordinare auderet. *Tolet. XIII. c. 11.*

## C A P U T XXVII.

Unusquisque Episcopus in sua parochia presbyteros, vel diaconos diligenter inquirat, & fugitivos omnes clericos ad loca sua redire jubeat, & propriis Episcopis, aut rectoribus quærentibus reddat. *Arelat. sub Carolo. c. 24.*

## C A P U T XXVIII.

Unusquisque Episcoporum parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis presbyter ab alterius parochia in suam commigrans, officium celebrare præsumat, sine litteris commendatitiis, sicut olim multis in locis actum esse reportum est. *Turon. sub Carolo c. 13.*

## C A P U T XXIX.

Unusquisque Episcopus in sua parochia diligenter presbyteros, vel clericos inquirat, unde sint, et si aliquem fugitivum invenerit, ad suum Episcopum redire faciat. *Magunt. 31. Capitul. libro 3. c. 84. Burch. lib. 8. c. 56. Ivo part. 7. cap. 74. decr.*

## C A P U T XXX.

Postulandum de presbyteris, qui hinc inde de diversis parochiis veniunt, & in Palatio morantur, ut sine proprii Episcopi consensu, ibi locum consistendi non habeant, nec recipientur, quia fieri potest, ut intra parochiam metu perpetrati criminis, ne id palam juxta canonum sanctiones ulceriscatur, palatinas ædes frequentent, aut certe, licet non sit ordinatus, ipse tamen absque litteris ordinatum se arrestetur. *Aquisgr. II. sub Ludovico, parte 4. c. 22.*

## C A P U T XXXI.

Si quis Episcopus judicaverit, vel ordinaverit alterius parochianum, sine consensu, & voluntate sui Episcopi, oportet non sine increpatione in communis concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem. *Magunt. sub Arnulpho cap. 15.*

## C A P U T XXXII.

Alienum clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi ex placito charitatis id inter dantem, accipientemque convernerit. *Tribur. cap. 28. Aquisgr. 58. ex Leone epist. 82. c. 9. Ivo part. 6. c. 69. decr. Ans. lib. 7. c. 161. Tarr. lib. 4. c. 18.*

## C A P U T XXXIII.

Omnibus ministris ecclesiasticae dignitatis interdicimus, ut nullus quocumque munere, aut favore corruptus clericum alterius parochiæ latenter, ac furtive ad ordinationem subintrudere præsumat. Quod si fecerit, juxta Chalcedonense decretum „is, qui ordinatus est, donum Spiritus sancti, quod furari conatus est, amittat: „& qui mediator extitit, si clericus est, proprio „gradu decidat, si laicus, aut monachus, anathematizetur“. *Nanneren. c. 7. Burch. lib. 8. c. 106. Ivo p. 3. c. 208. decr.*

CA.

## 148 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T XXXIV.

**S**i quis in contemptu positus presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex clero recesserit ab ecclesia sua, nullo modo in alia suscipiatur, &c. Si quis autem Episcopus ausus fuerit eum ordinare in sua ecclesia, non consentiente Episcopo suo, a quo recessit, ordinatio illius vacua deputetur. *Mart. Brac. c. 33. Nicen. 16.*

### T I T U L U S I . LI.

**EPISCOPUS SERVET CANONUM STATUTA IN CONFERENDIS ORDINIBUS, ET BENEFICIIS, AUT DET PENAS.**

### C A P U T I .

**D**ecanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis ecclesiæ regimen, nisi qui jam xxv. annum ætatis attigerit, & scientia, & moribus existat commendandus, &c. Episcopus autem, si fecerit, aut fieri consenserit contra hoc, in conferendis prædictis potestatem suam amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum, si capitulum concordare nequiverit, ordinentur. *Alex. III. in concil. Later. cap. 3.*

### C A P U T II.

**D**e prob. c. 4. *Greg. IX. c. 5. eod. tit. in 1. coll.* Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vita percipiat, in diaconum, vel presbyterum ordinaverit, tamdiu necessaria ei subministraret, donec in aliqua ei ecclesia convenientia stipendia militiae clericali assignet, nisi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de sua, vel paterna, hereditate subsidium vita possit habere. *Alex. III. in conc. Later. c. 5.*

### C A P U T III.

**R**es non parum necessarias, favente Domino, vobis cum pariter multo tempore volumus emendare, & modum arbitrio plium in hac urbe de forenibus sacerdotibus, qui per viciniores Episcopos consecrantur, rationabilius ordinare, qualiter nullatenus amplius per titulorum, vel diaconiarum ecclesiæ in sacerdotali gradu constituti sacerdotes reperiantur, quam nos communis consilio superfuerit & annotato recolimus. Denique a majoribus ordinatum, ut secundum facultatem rerum clerici ordinentur. Nos tantâ superfluitatem presbyterorum forenium ceterimus ordinatum, quorum non amplius, quam tertiam partem debito modo posse sufficere, & credo in non nullis sancti corrupti canones potuissent dicentes: *Non neophytum, ne in superbiā elatus in judicium incidat diaboli, & in aliis multis, quæ hic per totum longum esset recensere, & maxime in hoc, quod nullus debeat absolute ordinari presbyterorum. Deinceps vero qui contra interdicta attentare præsumplerit, sciat se in eum omni modo vindicandum. Leo IV. in syn. Rom. cap. 39.*

### C A P U T IV.

**E**piscopus, presbyter, diaconus, qui iterum ordinatur, deponatur cum ordinatore. *Apost. cap. 68.*

### C A P U T V.

**A**ntistites sciant, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de poenitentibus crediderint assu-

mendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra canones, & interdicta nostra provexerint, congruam ab Apostolica sede promendam esse sententiam. *Syric. epist. 1. c. 15. Ans. lib. 7. c. 17. C. lib. 8. cap. 6.*

### C A P U T VI.

**Q**uantum illicitum sit illud, astimari non potest, ut transeuntes sive simulent, sive sint monachi, quod se appellant, quorum nec vitam possumus scire, nec baptismum, quorum fidem incognitam habemus, nec probatam, nolint (*Episcopi*) sumptibus adjuvare, sed statim aut diaconos facete, aut presbyteros ordinare festinent, aut quod est gravius, Episcopos constitutere non formident. Carius apud illos dari sumptum est transeunti, quam sacerdotium non retento. Inde in superbiam exaltantur, inde insuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in Ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asseruntur. *Syric. epist. 3. c. 2.*

### C A P U T VII.

**D**ilectionis vestrae maturitas providere debet, ut tantæ usurpationi, saltem nunc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, ut quicumque tales (*curiales*, aut qui in forensi exercitatione versati sunt, aut milites, ) ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. *Innoc. ep. 23. c. 2. ad syn. Tolet.*

### C A P U T VIII.

**P**ost hæc si quis adversus formas canonum, vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentaverit, una cum ordinatoribus suis, ipso, in quo inventi fuerint, ordine, & honore priventur. *Innoc. d. ep. 23. cap. 3. ad syn. Tolet.*

### C A P U T IX.

**H**oc specialiter interdictum constat, ne quis contra Patrum præcepta ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret, & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine, quem si ne ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. *Zosim. ep. 1. c. 1. Ivo p. 5. c. 102. decr. Ans. lib. 6. c. 24.*

### C A P U T X.

**S**i qui Episcopi talenm consecraverint sacerdotem, qualem non liceat, etiam si aliquo modo damnum proprii honoris evalerint, ordinationis tamen jus ulterius non habebunt, nec ei sacramento intererunt, quod neglecto divino iudicio, immerito præstitere. *Leo epist. 83. vel 87. cap. 2. ad Episcopos Africæ. Ivo part. 5. cap. 107. decr. Ans. lib. 6. c. 65. in addit. Cæsar. lib. 4. cap. 17. Tarrac. lib. 1. c. 113.*

### C A P U T XI.

**D**enuntiamus, quod si posthac quidquam tale præsumperis, & aliquem Episcopum, presbyterum, seu diaconum invitum facere forte credide. *74. c. 7. 23. & dist. 25. q. 2. c. 24.* **Æ**milienensis noveris auferendas. *Simpl. ep. 2. Ans. lib. 6. c. 61.*

### C A P U T XII.

**R**elatio nos vestrae dilectionis instruxit, Gaudentium Aufiniensis ecclesiæ sacerdotem contra flā.

statuta canonum, ac nostra præcepta ordinatio-  
nes illicitas perpetrasse, quare illi totam auferri  
præcipimus potestatem. *Simplic. epist. 3. in  
princ. Burch. libro 1. cap. 110. Ivo part. 5. cap.  
212. decr.*

C A P U T XIII.

*Dif. 50. Ex  
penitenti-  
bus. c. 55.* Si per ignorantiam Episcopi poenitens ordinatus fuerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talē; etiam ipse ab Episcopatusui ordinandi duntaxat potestate privetur. Simili sententiae subjacebit Episcopus, si sciens ordinaverit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam. *Carth. IV. c. 68. C. 69. Burch. lib. 2. c.  
35. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 19. pan. C. p. 6. c. 136. C.  
part. 15. c. 5. decr. Anselm. lib. 7. c. 20. Caesar.  
lib. 15. c. 32.*

C A P U T XIV.

Judicavit synodus, ut, si quis ex hoc fecerit (*in ordinibus conferendis*) contra statuta majorum, sciat is, qui ordinatus fuerit, sacerdotii se honore privandum, ille vero, qui ordinaverit, auctoritatem se in ordinationibus, vel in conciliis minime retentur. *Taurin. c. 2. Vide Tolet. 12.  
c. 4. C. Regien. c. 1.*

C A P U T XV.

Cum de voluntate Domini apud Regensem ecclesiam convenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habitat remedium quaeretur, qua sanctis Ecclesiæ canonibus ac reverendis Patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium Episcoporum præsentia, absque comprovincialium litteris, absque Metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem a duobus temere convenientibus præsumptam esse clarebat, &c. Placuit misericordiaz, & charitatis occursu ita in communionem, dilectionemque recipi, ut scirent secundum recentem, & saluberrimam Taurinensis synodi definitionem, ad perpetuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cetero ordinationibus, nullis ordinariis futuris interesse conciliis. *Regien. in principio C. cap. 1.  
Vid. Taurin. 2.*

C A P U T XVI.

*Dif. 64. de  
objectione.  
c. 3. de elect.  
c. 7. in 1. coll.* Duo si præsumperint ordinare Episcopum in nostris provinciis, placuit de præsumptionibus ut sicubi contigerit, duos Episcopos invitum Episcopum facere, auctoribus damnatis, unius eorum ecclesie, ipse qui vim passus est, substituatur, si tamen vita respondet, & alter in alterius dejecti loco nihilominus ordineatur, si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, serventur. *Arau. c. 21.  
Burch. lib. 1. c. 30. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 13. pan.  
C. part. 5. c. 141. decr.*

C A P U T XVII.

*z. Tim. 3. a.* Ne secundæ uxoris, aut renupræ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abunde sufficeret ab Apostolo constitutum, &c. Qui scienter eum contra dicta ordinaverit, reus fratribus fiat. *Epaun. 2.*

C A P U T XVIII.

Qui contra decreta canonum ordinaverint,

nullum ordinare jam audeant, & qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. *Ilerd. c. 12.*

C A P U T XIX.

Episcopus, qui invitum, aut reclamantem *Dif. 74. c. 1.* præsumperit ordinare, annali poenitentiae subditus, missas facere non præsumat. *Aurel. III. c. 7.  
Tarrac. lib. 6. c. 8.*

C A P U T XX.

Si quis Episcoporum sciens bigamum, aut interuptæ maritum, ad officium leviticæ dignitatis, sive presbyterii contra jus canonum promovere præsumperit, sciat se unius anni spatio ab omni officio sacerdotii esse suspensum. Qui si forte sententiae subjacere contempserit, a communione ejus usque in aliam synodum se fraternitas universa suspendat. *Aurel. IV. c. 10.*

C A P U T XXI.

Si Episcopus oculorum dolore detentus manum suam super presbyteros, & levitas posuit, & presbyter quidam illis benedictionem dedit, a gradu sacerdotali, vel leviticæ ordinis depositi, aequo judicio abjiciantur. *Hispal. II. c. 5. Burch.  
lib. 1. c. 111. Ivo part. 5. c. 212. C. 213. C. part.  
6. c. 102. decr.*

C A P U T XXII.

Ordinatus, & ordinans sine litteris dimissoriis *Dif. 23. c.  
13. Ex epi-  
stola. C. 14. Quoru-* deponatur. *Trull. 17.*

C A P U T XXIII.

Si quis in locis illis te Episcopum eligat fieri, ubi Episcopus numquam fuit, anathema sit in conspectu Dei omnipotentis, & insuper tam ordinator, quam ordinatus gradum sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum Patrum decreta, sed Apostolica ausus est convellere instituta. *Tol.  
XII. c. 4. in fine. Burch. lib. 1. c. 33. Ivo part. 5.  
c. 144. decr.*

C A P U T XXIV.

Ut hi, qui ordinandi sunt secundum ordinem ecclesiasticum, & institutionem sanctorum Patrum ordinentur, videlicet, ut Episcopi iudicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum, qui circumcirca sunt, provehantur ad ecclesiasticam potestatem. *Trull. p. ult. c. 8.*

T I T U L U S LII.

NE EPISCOPUS CAUSA ADMINISTRANDI SACRAMENTA, MUNERA ACCIPIAT.

C A P U T I.

QUI donatione auri ordinaverunt in ecclesia, ultimum gradum habeant sui ordinis, si perieverant, penitus corrigantur, &c. *Nicæn.  
II. cap. 5.*

C A P U T II.

Episcopus, præpositus, clericus, vel cesseret a simonia in datione ordinum, vel susceptione monachorum, vel deponatur. Præposita eiiciatur a monasterio, & in alio poeniteat. Item præpositus, si presbyter non est. *Nicæn. II. c. 19.*

C A P U T III.

Polychronius Hierosolymitanus. Episcopus non nisi accepta remuneratione ordinabat presbyteros, diaconos, Episcopos, Æthiopes, Ægyptios in suo gremio urbis, quod canon damnavit. *Synod. Roman. sub Xyst. III. capitulo 6. Ni-  
co-*

# 150 Juris Pontificii Veteris Epitome

*cola epist. ad Michaelem Imperatorem ante medium.*

## C A P U T IV.

Nullus Episcopus gravamen, seu servile servitum ex usu contra ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium, pretio interveniente restituat; quod si fecerit, officii sui periculum subeat. *Gregor. VII. in synod. Roman. anni VI. cap. 10.*

## C A P U T V.

*I. q. II. c. 108.* Si qui a simoniacis non simoniace ordinati sunt, siquidem probare potuerint se, cum ordinareatur, nescisse eos simoniacos esse, et si \* tunc pro catholicis habeantur in Ecclesia, talium ordinationes misericorditer sustinemus, si tamen eos laudabilis vita commendet. *Urban. II. in concil. Placent. c. 3. al. in conc. Claramontis. Cæsar. lib. 4. c. 33.*

## C A P U T VI.

*Ibid.* Qui scienter se a simoniacis consecrari, immo execrari permiserint, eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus, *Urb. II. in concil. Placent. c. 4. al. in conc. Claramontis. Cæsar. d. cap. 33.*

## C A P U T VII.

Patrum nostrorum exemplo, & scriptis instruti, qui diversis temporibus Novatianos, Donatistas, & alios haereticos in suis ordinibus suscepserunt, præfati Regni (*Theutonici*) Episcopos in schismate ordinatos, nisi, aut invasores, aut simoniaci, aut criminosi comprobentur, in officio Episcopali fulcipientur. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita, scientiaque commendat. *Paschal. II. in conc. apud Guardastall. c. 2.*

## C A P U T VIII.

*I. q. I. cap. 110.* Dominus Papa Nicolaus synodo in basilica Constantiniana præsidens dixit; [ Erga simoniacos, nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus, sed juxta canonum sanctiones, & decreta sanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos esse Apostolica auctoritate lancimus. De iis autem, qui non per pecuniam, sed gratis sunt a simoniacis ordinati, &c. quia vix quilibet ecclesia valet reperiri, quæ hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta, eos, qui usque modo gratis sunt a simoniacis consecrati, in acceptis ordinibus manere permittimus, nisi forte alia culpa ex vita eorum contra canones eis existat, &c. [ Decreto si quis ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, & consecrator, & consecratus non disparem damnationis sententiam subeat: sed uterque depositus penitentiam agat, & privatus a propria dignitate perficit, &c. *Nic. II. in syn. Rom. CXIII. Episcoporum. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 9. panorm. C. part. 5. cap. 79. deer. Deus ded. part. 2. Cæsar. lib. 4. c. 14. C. 15. Farrac. lib. 1. cap. 52. C. lib. 6. cap. 23.*

## C A P U T IX.

*I. q. I. cap. 99.* Baptizandis, consignandisque fidelibus pretia *Matt. 110.* nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam

quod gratis acceperimus, gratis dare mandamus. Et ideo nihil a predictis prorsus exigere moliantur &c. Quod qui prohibita deprehensi fuerint admisso, vel commissa non potius sua sponte corixerint, periculum subituri proprii sint honoris. *Gelas. epist. I. cap. 7. Burch. lib. 4. cap. 71. Ivo part. I. cap. 72. C. 265. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 37.*

## C A P U T X.

Ne benedictionem per impositionem manus, quæ divina esse creditur, quis pretio comparet, &c. Nec ille se a culpa æstimet alienum, qui, &c. ad alterius redempti voluntatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit, &c. *Hormisd. epist. 4. cap. 2. ad Episcopos Hispan. Burch. lib. I. cap. 23. Ivo part. 5. cap. 77. decr.*

## C A P U T XI.

Quoniam Xystus \* Capuanæ ecclesiæ Episcopus, in Romana civitate positus, de hac luce mi-  
gravit, curæ nobis fuit, &c. ut memorata ecclesiæ visiteretur accedas, sic tamen, ut nihil de pro-  
ventionibus clericorum, &c. a quoquam præsumi patiaris. *Greg. ep. 12. ad Gaudentium Episc. lib. 4. registr. cap. 56. Anselm. lib. 5. cap. 12.*

## C A P U T XII.

Gaudentio Nolanæ civitatis Episcopo dedi-  
mus in mandatis, ut nihil de proventionibus cle-  
ricorum a quoquam usurpari patiatur. *Gregor. ep. 13. ad clerum Capuanæ ecclesiæ, lib. 4. regi-  
str. cap. 57.*

## C A P U T XIII.

Vehementi tædio mœroris afficiuntur, si in ec-  
clesiasticis officiis quemquam habeat locum pe-  
cunia, & fiat sæculare, quod sacrum est. [ Qui-  
cumque ergo hoc pretii studet datione mercari,  
dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos  
non esse, sed dici tantummodo concupiscit, &c.  
Itaque, frater carissime, si in sacerdotibus ordi-  
nandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venali-  
tate consensus, &c. *Greg. in epist. ad Syagr. C. Ætherium, C. alios, cap. 1. epist. 108. vel 110. lib. 7. registr. Ivo epist. 21. Eudoni Dapifero. Anselm. lib. 6. cap. 72.*

## C A P U T XIV.

De his fraternitatem vestram auctore Deo vo-  
lamus synodus congregare, atque in ea omnia,  
quæ sanctis canonibus, sicut prædictimus, sunt  
adversa, districte sub anathematis interpositione  
damnentur, id est, ut nullus pro adipiscendis ec-  
clesiasticis ordinibus dare aliquod commodum  
præsumat, vel pro datis accipere. *Gregor. in ead. epist. 108. vel 110. cap. 4. in fine.*

## C A P U T XV.

Petimus, ut synodus fieri vestra jussio consti-  
tuat, ubi sub districti anathematis interpositio-  
ne debeat interdici, ne ullus ex laico habitu subi-  
to ad Episcopatus audeat gradum ascendere, ne-  
que pro ecclesiasticis ordinibus quilibet quid-  
quam dare, vel sit ausus accipere. *Greg. ad Bru-  
niculd. Reginam lib. 7. registr. epist. 111. vel 113.*

## C A P U T XVI.

Quæsumus est de his, qui turpissimo lucro co-  
lumbam in templo Domini vendere non perti-  
me. *I. q. 7. c. 5. Requiritis.*

<sup>\* f. 10v.</sup> mescunt, & sui \* acta improba temeritate Simoni hærefoes conjungentes, utrum possint in ordinis pœnitentiam agere, aut tantummodo extra ordinem, & sacerdotalem fieri gradum, quod nos, qui a Deo convicti, & tam detestabile nefas, quod jam multis est damnandum conciliis, peregisse cognoscitur, non pœnitentia illis possumus subvenire, qui tales \* spirituales Patres obviare: sed in illorum Patrum me sententia convenire omnibus certum sit, ita tamen ut omnia in consilio sint Episcoporum. *Leo IV. epist. ad Britanniae Episcopos in princ. Ivo part. 5. cap. 115. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 11.*

## C A P U T XVII.

Illud fraternitati tuae notum esse volumus contra simoniacam hæresim in synodo confirmasse, nam a sanctis Patribus longe ante statutum est, ac vehementer prohibuisse, ut neque ecclesiæ ullatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur, quod si hoc modo ordinatus aliquis fuerit, eum a missæ celebratione, & Evangelii lectio omnibus modis removemus. *Greg. VII. lib. 2. registr. epist. 67.*

## C A P U T XVIII.

Quod M. presbyter filius noster interrogare curavit, quid de his, qui a simoniacis nescienter, & sine pretio ordinati sunt, Apostolicæ sedis misericors censura decernat, hoc observare te volumus, eos, qui ante tempus Nicolai Papæ sine venalitate a simonia cis ad aliquem gradum promoti sunt, si tamen vita eorum irreprehensibilis, esse probatur, per manus impositionem confirmatos in suis ordinibus permanere, & ministrare posse. *Gregor. VII. lib. 6. registr. epist. 39.*

## C A P U T XIX.

<sup>1. q. Emen.</sup> Qui baptizantur, nummos in concham non danti. c. 104. mittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. *Eliber. cap. 48.*

## C A P U T XX.

<sup>Matt. 10. a.</sup> *Gratis, inquit (Dominus) accepistis, gratis date, &c.* „A me inquit] accepistis dignitas sacerdotii, si mihi pro ipso parum quid, vel magnum solvistis, & hoc a me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite, si autem gratis accepistis, vos quoque gratis date.“ Quid hoc est mandato apertius? Quid autem iis, qui parent utilius? vñ illis revera, qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecuniis dare in animum induixerunt. *Gennadius, C. synodus Constant. sub eo habita.*

## C A P U T XXI.

Ne quis Episcopus de quibuslibet causis, vel Episcoporum ordinationibus, ceterorumque clericorum aliquid præsumat accipere, quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpti. *Aurel. II. cap. 3.*

## C A P U T XXII.

Per præmium alium ordinare Episcopus non præsumat, &c. *Turon. II. cap. 7.*

## C A P U T XXIII.

Nullus Episcoporum de ordinationibus clericorum præmia præsumat exigere, quia non solum sacrilegum, sed & hæreticum est, sicut in dogmatibus ecclesiasticis habetur insertum, ad

ordinandum clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis magi pecuniam offerre sacerdoti, quia dicitur: *Gratis accepistis, gratis date.* Et cum talis sit, qui gratiam Dei a sacerdote affimat pretio comparari, qualis ille, qui vendit? uterque usque ad synodum ab Ecclesia segregatur. *Turon. II. cap. 28.*

*Att. 8. c.  
Matt. 10. a.*

## C A P U T XXIV.

De ordinatione clericorum Episcopi munera nullum accipiant, sed sicut scriptum est, *quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent.* Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum venundetur, quia antiqua definitio Patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit: „Anathema fit danti, & accipienti, propterea, quia aliquanti multis sceleribus obnoxii, sancto indigne ministrantes altari, non hoc testimonio bonorum actuum sed profusione munierum obtinent: oportet ergo non per gratiam munera, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare“. *Brac. II. cap. 3. Ivo parte 5. cap. 128. decr.*

*1. q. 1. Pla-  
cuit. c. 22.  
Matt. 10. a.*

## C A P U T XXV.

Cum ad officia ecclesiastica clerici provehantur, nihil pro benedictione, aut subdiaconi, aut diaconi, vel presbyteri collata, quidquam, vel sub oblationis nomen, a quocumque Episcopo, vel ab ejus clero inquiratur, illud Domini Iesu meminentes dictum, quod ait: *Gratis accepistis, gratis date.* *Barcar. II. cap. 1.*

*Matt. 10. a.*

## C A P U T XXVI.

Quicumque Simonis imitator, simoniacæ quoque hæresis extiterit sectator, ut ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munera impensione conquerat, & per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum ulla commendat, talis inventus sacerorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur, sed et si adeptus fuerit, communione privatus cum ordinatoribus suis propriorum bonorum amissione damnetur. *Tolet. IV. cap. 4.*

## C A P U T XXVII.

Quicumque deinceps propter accipendam sacerdotii dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se noverit anathematis opprobrio condemnatum, atque a participatione Christi corporis, & sanguinis alienum, &c. Munerum acceptores, si clerici fuerint, honoris amissione multentur, laici anathemate perpetuo condemnatur. *Tolet. VIII. cap. 3. Ivo part. 5. cap. 83. decr. Anselm. lib. 6. cap. 78.*

*1. q. 1. c. 7.  
Reperiuntur. in fin.*

## C A P U T XXVIII.

Quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus gradum pretia quilibet, vel præmia, nisi voluntarie oblata, pro hujusmodi ambitione suscepit, si sciente loci Episcopo tale quidquam a subditis perpetratur, idem Episcopos duobus mensibus excommunicationi subjaceat, pro eo quod, & sciens mala contextit, & correptionem necessariam non adhibuit, &c. *Tolet. XI. cap. 8.*

*Ivo*

## 152 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Ivo part. 1. cap. 73. & part. 5. cap. 126. deer.*  
C A P U T XXIX.

„ Non expedit , ut donum sancti Spiritus per cuniis comparetur „ , &c. Quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotii gradu , aut munus quodcumque aut promissiones munieris , ante quam ordinetur , acceperit , vel etiam postquam ordinatus fuerit , in aliquo se pro hoc ipso presumperit munierari , sive qui dederit , sive ille , qui acceperit , juxta sententiam Chalcedonensis concilii , gradus sui periculum sustinebit. Brac. III. cap. 7. Chalc. cap. 2. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 2. panorm.

### C A P U T XXX.

<sup>1.7.1. Nul-</sup>  
<sup>Ius. 100.</sup> Nemo Episcopus , presbyter , diaconus communionem dans ab accipiente exigat ob eam susceptionem obolos , vel speciem aliquam ; non enim gratia venditur , neque pecunia sanctum Spiritum damus , sed doni meritis. Si vero quis id exigat , deponatur , ut Simonis amator. Trull. cap. 23. Ivo part. 2. cap. 92. deer.

### C A P U T XXXI.

<sup>Matt. 10.6.</sup> Illud sum opere , vigilante studio praecaventes decernere curavimus , ut nullus canonice deditus ditioni , donum sancti Spiritus pecunia pretio fraudulenter deceptus vendere , vel emere presumat. Ne cui in quemlibet sacrum ecclesiastici ordinis gradum , munieris exigente merito , licet quempiam subvehendo promovere , patenti que semper cordis aure pertimelcens , intelligat clarissimam illam Domini vocem , dicentis : *Gratis accepisti , gratis date.* Ferojul. cap. 1.

### C A P U T XXXII.

<sup>1.7.1. cap.</sup>  
<sup>1.14.</sup> Sunt nonnulli , qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt , & tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur , &c. Aliud est munus ab obsequio , aliud munus a manu , aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio , est subiectio indebet impensa , munus a manu , pecunia est , munus a lingua , favor. Qui ergo sacros ordines tribuunt , tunc ab omnibus munere manus excutit , quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam , sed etiam humana gratiam non requirit. Greg. Hom. 4. in Evang. Matth. Misit Dominus Iesus ; apud Aqui/gr. cap. 38. Bureb. lib. 1. cap. 113. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 5. panorm. & part. 5. cap. 86. deer. Anselm. lib. 6. cap. 75. Tarrae. lib. 3. c. 22.

### C A P U T XXXIII.

<sup>Matt. 10.</sup> Gregorius in homilia Evangeliorū xvi. „ Vobis enim [ inquit ] sacerdotibus lugens loquor , „ quia nonnullos vestrum cum præmiis facere ordinationes agnovimus , spiritualem gratiam „ vendere , & de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non reddit , quod vox dominica præcipiens dicit : *Gratias accepisti , gratis date?* cur non ante mentis oculos revocatis , quod templum Redemptor noster ingressus , cathedras vendentium columbas evertit , nummuliorum effudit as? „ Qui namque sunt in templo Dei hodie , qui columbas vendunt , nisi qui in ecclesia pretium de impositione manus accipiunt , per quam impositionem

Spiritus sanctus calitus datur? Columba ergo venditur , quia manus impositio , per quam Spiritus accipitur , præbetur. Sed Redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit , quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est , quod sacri canones simoniacam hæretim damnant , & eos sacerdotio privari præcipiunt , qui de largiendis ordinibus pretium querunt. Cathedra ergo vendentium columbas evertitur , quando hi , qui spiritalem gratiam vendunt , vel ante humanos , vel ante Dei oculos sacerdotio privatuntur. Paris. sub Lodov. & Loth. lib. 1. c. 11.

### C A P U T XXXIV.

Nullus episcoporum , vel ministrorum ipsorum deinceps pro distributione sacrorum ordinum , pro dedicatione sanctæ ecclesiae , seu pro acceptance sacri chrismatis , vel pro immutatione titulorum aliquid exigere presumat , & qui fecerit , convictus canonicae subjaceat disciplinæ. Aquisgr. II. sub Lud. p. 1. c. 5.

### C A P U T XXXV.

Nemo Episcoporum , vel quilibet minister ecclesiasticus , propter sacrum chrisma aliquid munieris accipiat , neque denarios , vel qualibet munuscula , quæ per ministros Episcoporum inordinabiliter exigantur. Meld. c. 45.

### C A P U T XXXVI.

In ordinandis plebiis rationibus civium instiuta ferventur , & pestifera ambitionis vitium radicibus extirpetur , & neque ob quorundam propinquitatem , neque pro alicujus familiaritatis gratia , quod maxime detestandum , propter pecuniarum acceptancem , indignus quilibet ordinetur , &c. Ticinen. c. 4.

### C A P U T XXXVII.

Episcopi de sacris ordinibus munus non accipiunt , nec aliquis loco eorum , neque aliquis de subjectis eorum , sicut pro scribendis nominibus ordinandorum solebant scriptores pretium accipere. Bituric. c. 2. apud Lemovic. act. 3.

### C A P U T XXXVIII.

Nullus Episcopus pro sacris ordinibus , vel pro ecclesiistarum benedictionibus , vel quibuslibet aliis benedictionibus munus accipiat. Pictavien. cap. 4.

### C A P U T XXXIX.

Sit , & est abdicatus , & ab omni sacerdotali dignitate , & ministerio alienus , & anathemati maleficiationis obnoxius , tam qui se sacerdotium pecunii acquirere posse putat , quam qui se pecunii id præbere pollicetur , sive sit clericus , sive laicus. Gennad. Patriarch. CP. in syn. apud Taras. in epist. ad Hadrianum.

### C A P U T XL.

Dicunt quidam , nonnullos vestrum accipere pecunias ab eis , qui ordinantur , id vero pietatis nomine adumbrare , est id deterius. Si quis enim faciat malum boni prætextu , is est dupliciti poena dignus , & eo quod id , quod non bonum est , facit , & ad peragendum peccatum , ejus , quod bonum , & honestum est , opera , si dici potest , utilitur. Hæc si ita habent , deinceps non fiant , sed corrigantur. Necesse est enim dicere ei , qui pecuniam accipit , id , quod ab Apostolis dictum est ei ,

*A& 8.* ei, qui volebat dare, ut Spiritus sancti gratiam emeret: *Argentum tuum sit tibi in perditio-* *nem.* Levius enim peccat, qui propter ignorantiam vult emere, quam qui Dei donum vendit. Emptio enim facta est, & quod tu gratis acceperisti, si vendideris, tamquam a Satana emptus, dono, & gratia privaberis. In rebus autem spiritualibus cauponationem inducis, & in Ecclesia, in qua corpus, & sanguis Christi nobis est creditus, haec non oportet fieri. Quod est autem eorum artificium, dicam; existimant enim, se non pecare, quod neque simul accipiant, sed post ordinationem capiant, capere autem est, quandocumque capere. Vos itaque adhortor, ut hunc redditum, vel potius ad gehennam aditum depnatis, & ne hujusmodi sordibus vestras manus polluentes, vos indignos reddatis, qui sancta mysteria peragatis. Ignoscite mihi primum quidem, ut non credens, deinde, ut persuasus minitor. Si quis post hanc meam epistolam tale quid fecerit, ab altaris quidem, quæ hic sunt, recedat, quæret autem, ubi Dei donum emens possit vendere. *Basil. ad quosdam Episcopos.*

## C A P U T X L I .

Matt. 10. a. Multipliciter, multisque modis evangelice, apostolice, & paterne docemur, ut mores ab avaritia alienos in sacerdotii consecratione habeamus, & neque deauremur, vel deargentemur, vel nobis aliquid vindicemus in cujusquam sacerdotali viri ordinatione. Qui enim manus imponunt, sunt ministri Spiritus, non Spiritus venditores, & qui Spiritus gratiam gratis accipere, eam quoque gratis dare iis, qui illam participant, jussi sunt, a Domini voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse convictus fuerit, divina ei actione interdictum esse jubent, &c. Mundi sumus a sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, & multo magis eorum, qui pecuniis ordinaverunt, vel ordi-

*1. q. 1. c. 21.* nati sunt, cum divinus Petrus Apostolus, cuius cathedram fortita est fraterna vestra Sanctitas, ut Simonem Magum eos deposuerit, &c. Macedonii, ut eorum, qui circa illum erant, sancti Spiritus hostium, tolerabilior erat hæresis. Cum illi enim, sanctum Spiritum Dei, & Patris creaturam, & servum nugentur, hi ipsum, ut videntur, servum suum faciunt. Omnis enim dominus id, quod habet, vendit, &c. *Taraf. ep. ad Hadr. Pont. max. Ans. lib. 6. c. 79. Deusd. c. 2. Cæsar. lib. 4. c. 20. Tarr. lib. 1. c. 61.*

## C A P U T X L I I .

Scimus, divinos canones, omnes accipientes, aut dantes quipiam in ordinatione sacerdotali, excommunicare, & a sacerdotii sanctitate repellere, &c. *Taraf. CP. ep. ad Joann. presbyterum post princ. ante VII. synod. Apost. c. 26. G. 30. L.*

## T I T U L U S L III.

NE EPISCOPUS IN CONFERENDIS ECCLESIS PAROCHIALIBUS, AUT ALIIS BENEFICIIS, ULLAM SIMONIAE SUSPICIONEM DET.

## C A P U T I .

*Q* uia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas Tom. V.

vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas ecclesiasticas, sub anno pretio constituuntur, &c. id ulterius fieri districtius prohibemus, quod si fecerit, removeatur a clero. Episcopus quoque, qui hoc in sua diœcesi sustinuerit, & ecclesiastica judicia sua patitur dissimulatione perverti, canonica distictione plecatur\*. *Alex. III. in conc. Turon. c. 7. post conc.* \* *percellatur.* *Lat. part. 2. cap. 1.*

## C A P U T II.

*De simon. c.*  
*9. Greg. IX.*  
*& c. 8. eod.*  
*tit. in 1. coll.*

Cum in Ecclesiæ corpore omnia debeat ex charitate tractari, &c. ne pro personis ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, &c. aliquid exigatur, districtius inhibemus, &c. Prohibemus insuper, ne novi census ab Episcopis, vel Abbatibus, aliisve Prælatis imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reddituum suis usibus appropriare presumant, sed libertates, quas sibi majores desiderant conservari, minoribus quoque suis bona voluntate conservent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur. *Alex. III. in concil. Lateran. cap. 7.*

## C A P U T III.

*Quoniam quidam in quibusdam partibus sub Ne Praelat.*  
*pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro vic. sup. c.*  
*certa pecunia quantitate Episcopalem juridi- 1. Greg. IX.*  
*cionem exercent, præsenti decreto statuimus, ut & in 1. coll.*  
*qui de cetero id præsumperit, officio suo privi- tit. de Prael.*  
*tur, & Episcopus conferendi hoc officium pote- cap. 1.*  
*statem amittat. Alexand. III. in concil. La- teran. cap. 15.*

## C A P U T IV.

*Audivimus de quibusdam Episcopis, quod dece- De simon. c.*  
*dentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto 41. Gregor.*  
*sabiiciunt, nec patientur aliquos in eisdem insti- IX. c. 5. eod.*  
*tui, donec ipsis certa summa pecunia per solva- tit. in 4. coll.*  
*tur, &c. exactiones hujusmodi penitus inhibemus &c. Innoc. III. in concil. Lat. c. 65.*

## C A P U T V.

*Si quis præbendas, Archidiaconatus, Præpo- 1. q. 3. c. 3.*  
*fituras, vel aliquæ officia ecclesiastica vendiderit, 41. Gregor.*  
*vel aliter, quam statuta sanctorum Patrum præ- IX. c. 5. eod.*  
*cipiunt, ordinaverit, ab officio suspendatur. Di- tit. in 4. coll.*  
*gnum est enim, ut sicut gratis Episcopatum accepit, ita membra ejusdem Episcopatus gratis di- stribuat. Greg. VII. in syn. Rom. IV. c. 4. Cæsar.*  
*lib. 14. c. 9. Tarr. lib. 5. c. 48.*

## C A P U T VI.

Nullus Episcopus gravamen, seu servile servi- tium ex usu contra ecclesiasticam normam Abba- tibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium pretio interveniente restituat; quod si fecerit, officii sui periculum subeat. *Greg. VII. in syn. Rom. anni VI. c. 10. Tarrac. lib. 5. c. 54.*

## C A P U T VII.

Episcopus omnia sui Episcopatus membra vi- delicit Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanias, vel aliquas Præposituras Ecclesiæ, si- ve canonicas, gratis, & absque omni venalitate disponat, præbendas etiam, quæ canonicae dicun- tur, sine venalitate distribuat. Quisquis autem ea pretio dederit, quique pretio acceperit, depositio-

V ni

## 154 Juris Pontificii Veteris Epitome

ni subjaceat. *Urban. II. in synod. apud Meliam, cap. 1.*

### C A P U T VIII.

Quoniam in quibusdam locis Alemaniae fundatores ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, partem decimarum, vel obventionum Ecclesiasticarum, in quibus jus obtinent patronatus, sibi retinentes, ex pacto representantes clericos ad easdem, huic vulneri canceroso, & simoniaco censuræ ferrum apponimus, decernentes, ut ex quo constiterit, patronum hujusmodi flagitium perpetrasse, anathemate feriatur, & ejus terra supponatur ecclesiastico interdicto, donec ecclesiam liberam cum suo jure dimittat, salvo jure patronatus, quod eis de misericordia reservetur, qui possunt per juris excusari ignorantiam. Qui vero causa cupiditate ducti, taliter a patronis representationem receperint, officio, beneficio que priventur, nec ad beneficium, vel actus ecclesiasticos admittantur, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum. Episcopi vero, & Archidiaconi, qui talibus simoniacis scienter curam animarum commiserint, ab institutione, & collatione perpetuo sint suspensi. Statuimus etiam, quod nullus clericus ad curam animarum ab Episcopo, vel Archidiacono admittatur, nisi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cuius curam presentatur, commiserit simoniam. *Concil. habit. in Germania sub Cardin. C. 9. 10. C. II.*

### T I T U L U S LIV.

*NE EPISCOPUS IN ALIENA DIOCESE  
EPISCOPALIA MUNERA  
EXEQUITUR.*

### C A P U T I.

*g. q. 1. c. 8.* **E**piscopi ad ecclesias extra dioeceses non veniant, neque eas confundant. Sed juxta canones, Alexandriae Episcopus Egyptum, Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, servatis privilegiis canonum Nicænorum Antiochenæ ecclesiæ. Asianæ dioceles Episcopi Asianæ, Pontices Episcopi Ponticen, Thraciæ Episcopi Thrace invitari. *c. 9.* **N**on ciam tantum gubernent. Invocati autem non eant extra diocesim ad ordinandum, aut ad alias administrationes ecclesiasticas, &c. Quæ vero in barbaris nationibus ecclesiæ sunt, juxta Patrum consuetudinem gubernentur. *CP. c. 2. G. 2. 3. 4. L.*

### C A P U T II.

Episcopus Reginus, & Episcopi provinciæ Cypriorum Zenon, & Evagrius detulerunt ad nos rem, quæ contra consuetudines ecclesiasticas, & canones sanctorum Apostolorum designetur, & omnium libertatem attentet. Quoniam igitur communia vitia majorem, & exquisitiorem curationem requirunt, ut quæ majus adferant incommodum, sicut mos quidem antiquus subsecutus est, ut Episcopus Antiochenus ordinationes in Cypro administraret, &c. obtinebunt illæsum, & inviolatum jus suum, qui in Cypro sanctis ecclesiæ præsunt, ut secundum canones sanctorum Patrum, ac veterem consuetudinem, ipsi per se ordinationes religiosissimorum Episcoporum administrarent. Idem etiam in aliis quoque dioecesi-

bus, provinciisque omnibus observabitur, ut nemmo Episcoporum provinciam occupet alienam, quæ non antiquitus, & jam inde ab initio fuerit sub potestate vel ipsius, vel eorum, qui ante eum præfuerunt. Sed etiam si quis occupasset, ac vi in suam potestatem redigisset, ut is eam pristino suo juri restituat, ne majorum canones violentur, &c. neu libertatem amittamus, &c. Placuit ergo sancto, generalique concilio, ut unicuique provinciæ jura sua, quæ antiquitus, & ab initio ad eam pertineant, integra & inviolata serventur, secundum jam inveteratum, & antiquum morem potestate facta cuique Metropolitano, ut ad suam cautionem actorum excipiat exempla. Si quis autem diversam, contrariamve iis, quæ nunc statuta sunt, formam produixerit, placuit universali, ac generali concilio, hanc esse irritam, & infirmam, eique fidem omnino derogari. *Ephes. decretum, C. exemplar suggestionum de Cypri Episcopis.*

### C A P U T III.

Placuit magnæ huic, & universalis synodo, quod nullus fratum, & coepiscoporum nostrorum constitutus presbyteros, aut quemlibet alium clericum in ecclesiis, quæ sibi subjectæ non sunt præter voluntatem Episcopi, cui illa ecclesia commissa est. Sed neque quisquam presbyterorum vel diaconorum, qui sacris officiis dediti sunt, ultero, ac per se ecclesiæ ingrediens, sacrum aliquod operetur, &c. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram, visus fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdicta sunt, separetur aliquo indicto tempore. *Synod. VIII. CP. cap. 23. sub Hadrian. II.*

### C A P U T IV.

Episcopus extra suos fines non audeat ordinare ad urbes, & vicos alienos. Si vero accusetur id fecisse sine voluntate eorum, qui eas urbes, vel vicos obtinent, deponatur cum his, quos ordinavit. *Ap. 35. G. 36. L.*

### C A P U T V.

*g. q. 2. c. 3.* Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullus reliquorum Episcoporum alterius audeat civitatem, &c. aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, &c. quia sicut ordinatio, ita & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? *Callist. epist. 2. c. 3. Burch. lib. 1. cap. 66. C. lib. 2. cap. 39. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. in fine panorm. C. part. 5. c. 100. C. 101. C. part. 6. cap. 140. descr. Anselm. lib. 6. c. 119. Tarrac. lib. 3. cap. 75.*

### C A P U T VI.

Ne usurpationi locus alicui sacerdoti in alterius concedatur injuriam, sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus. Alter in alterius provincia nihil præsumat. *Callist. epist. 2. c. 4.*

### C A P U T VII.

Nullus audeat, juxta sanctorum canonum traditionem, ex alio Episcopatu ibidem translatari, aut ordinare Episcopum, post vestram de hoc sæculo evocationem, nisi is, qui Apostolicæ nostræ sedis in illis partibus præsentaverit vicem. Sed nec unus alterius parochias invadere, aut ec-

cle-

clesias subtrahere præsumat. Nam si quis fuerit, qui contra hanc nostram præceptionem temerario ausu venire tentaverit, sciat se æterno Dei iudicio anathematis vinculo esse innodatum, &c. *Zach. ep. I.*

## C A P U T VIII.

*g. q. 2. Nul-  
lum. c. 6.* Nemo Episcopus audeat in aliam provinciam ire, & ordinare in ecclesia aliquos ad divina ministeria, neque conjugant sibi alios, nisi vocatus fuerit per litteras Metropolitani, & Episcoporum, qui cum eodem sunt, in quorum regionem pervenit. Si nemine vocante venerit ad ordinandum aliquos, & res ecclesiasticas constituendum, quæ ad eum non pertinent, irrita sint omnia, & ipse suæ temeritatis pœnas ferat, depositus a synodo. *Antioch. 13. Mart. Brac. c. 7. Capit. lib. I. cap. II. Burch. lib. I. cap. 108. Ivo part. 5. c. 210. decr. Anselm. lib. 6. c. 197.*

## C A P U T IX.

*g. q. 2. Epi-  
scopum. c. 7.* Episcopus non veniat in alienam urbem, quæ ei non subjacet, neque in regionem, quæ ad ordinationem ejus non pertinet, neque ordinet presbyteros, vel diaconos ad loca alteri Episcopo subiecta, sine voluntate Episcopi ejus loci. Si id facere audeat, ordinatio sit irrita, & a synodo punietur. *Antioch. Burch. lib. I. c. 71. Ivo part. 5. c. 178. decr.*

## C A P U T X.

*I. Tim. 6. b.* *Avaricie cupditas radix est omnium malorum.* Ne quis alienos fines usurpet, aut transcedat Episcopum collegam suum, aut usurpet alterius plebes sine ejus petitu, inde cetera mala omnia generantur. *Carth. I. c. 10.*

## C A P U T XI.

*Exod. 20. c.  
Deut. 5. 7.  
Princ. 22. d.* Nullus Episcopus alterius plebes, vel diœcesim pulset, nam lex sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quemquam aliena concupiscere, &c. Nemo Episcopus alienos limites transgrediatur. *Carth. II. c. 11.*

## C A P U T XII.

*I. q. 1. c. 27.* Placuit, ut a nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesi suum collegam. *Carth. III. c. 20. Capitul. lib. 6. c. 236. Burch. lib. I. c. 64. Ivo part. 5. cap. 173. decr.*

## C A P U T XIII.

Ne quis ad eam ecclesiam, quæ Episcopum perdidit, nisi vicinæ ecclesiarum Episcopus exequiarum tempore accedat, &c. *Reg. 5.*

## C A P U T XIV.

Si quis Episcopus in jus fratris sui suam conatus fuerit inferre potestatem, ut aut diœceses alienas, transgrediendo terminos a Patribus constitutos, pervadat, aut clericos ab aliis ordinatos, vel sanctimoniales promovere præsumat, ab universorum fratribus, & consacerdotum suorum communione se alienum efficiendum non dubitet.

*2. Thessal. 3. 4.* Quia Apostolo docente: „ Nullam nos cum fratribus inordinate ambulantibus, & non secundum traditionem a Patribus constitutam, posse habere participationem “. *Turon. 9.*

## C A P U T XV.

*7. q. 1. c. 28.* Episcopus in diœceses alienas ad alienos clericos ordinandos, vel consecrandis altaria accedere

non debet; quod si fecerit, remotis his, quos ordinaverat, altaris tantum consecratione manente, transgressor canonum anno a missarum celebritate cessabit. *Aurel. III. c. 15.*

## C A P U T XVI.

In civitate ubi Pontifex jure humanæ conditionis obierit, nullus Episcopus ante substitutionem deputati per ordinem successoris, aut in civitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat consecrare, vel quidquam de rebus ecclesiæ præter humanitatem præsumat auferre. Quod si quisquam temerario ausu statuta transcederit, conventus ab instituto Pontifice, sine dilatione ablata restituat. Si vero sine voluntatis arbitrio, vel quorūcumque precibus actus, quamcumque personam promovere, aut contra interdictum ire præsumperit, anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. V. c. 8.*

## C A P U T XVII.

Nullus Episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis. *Angl. 2.*

## C A P U T XVIII.

De Episcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione, qualiter fuit; placuit juxta instituta sanctorum Patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant sine iussione Episcopi, cuius parochia est; & si hoc facere præsumperint, ab officio suspendantur. *Vernen. sub Pipino c. 13. Vorm. c. 62.*

## T I T U L U S LV.

EPISCOPI CONTINEANT SE SUIS FL  
NIBUS, ABSTINEANTQUE  
ALIENIS.

## C A P U T I.

**V**Enit & hoc nunc ad aures nostras, quod quidam Episcoporum a quibusdam rogati, possessiones, quæ ad alias ecclesias pertinent, irrationabiliter conferant, & per hoc quantū possunt ad propriam voluntatem aliorum potestatem Episcoporum usurpent. Hoc autem & Propheticam illius manifeste maledictionem acquirit, qui dicit: *Vae qui conjungitis domum ad domum, agrum ad agrum, ut proximo auferatis aliquid,* & criminis eos sacrilegii reos constituit. Hujus rei gratia placuit magnæ huic, & universalis synodo, quod nullus fratum, & coepiscoporum nostrorum, vel quisquam tam sibi facere nequissimam locationem roget, vel ab alio aliquo ipse rogatus quamlibet alienarum, & extranearum conferat ecclesiarum possessionem, &c. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram visus fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdicta sunt, separetur aliquo indicte tempore, discesso videlicet, & disrupto modis omnibus locatario pacto, quod siue scripto, siue sine scripto præter canonem factum est, &c. *cap. 23. synod. VIII. sub Hadrian. II.*

## C A P U T II.

Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præsumat, &c. unde & Dominus loquitur: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres*

*Prov. 19. d.  
c. 22. d.*

# 156 Juris Pontificii Veteris Epitome

tres tui, &c. *Callist. ep. 2. post princ. Ivo part. 5. c. 236.* *O part. 14. c. 72. decr. Anselm. lib. 6. cap. 120.* *Cæsar. lib. 5. cap. 18.* *Tarrac. lib. 3. c. 74.*

## C A P U T III.

*9. q. 2. c. 3.* Nullus Primas, Metropolitanus, vel Episcopus alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochiæ, super cujusquam dispositione nisi vocatus ab eo, cuius juris esse dignoscitur, &c. *Callistus ep. c. 2. ante med. Burch. lib. 1. cap. 66.* *Ivo lib. 4. tit. 4. c. 2. panorm.* *O part. 5. cap. 101. decr. Anselm. lib. 6. cap. 119.* *Tarrac. lib. 3. c. 75.*

## C A P U T IV.

*13. q. 1. c. 1.* De ecclesiis parochianis, unde Apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodienda per Cordubensem provinciam, ac dividenda sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quam ut sequaris, quod nos in Romana ecclesia nuper regimus. Ecclesiæ singulas singulis presbyteris dedimus, parochias, & cœmeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis sit contentus, & taliter ecclesiæ, & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni judicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non judicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam carissime te, & omnes Episcopos sequi convenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque potueris, notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. *Dionys. epist. 2. post princ. Burch. lib. 3. cap. 43.* *Ivo lib. 2. tit. 4. c. 15. panorm.* *O part. 3. cap. 47. decr. Anselm. lib. 7. cap. 112.*

## C A P U T V.

*Deus. 19. d.* Non semel, sed aliquotiens clamat Scriptura divina, „transferrri non oportere terminos a patribus institutos, quia nefas est, si quod alter „temper pollederit, alter invadat“ , &c. Feliciensem parochiam ad suam diœcesim a majoribus pertinentem invasisse te, atque illic divina celebrale mysteria, eodem nesciente, Ursus Episcopus conquestus est, &c. nostris litteris admonitum te convenit abstinere, &c. *Innoc. epist. 8. ad Florentium Episcopum.*

## C A P U T VI.

Patroclus in locum decendentis Episcopi, nescio quem, in alia provincia, prætermisso Metropolitanu, contra Patrum regulas ordinavit, &c. Nemo (Patrum) terminos audax temerator excedat, nec aliquis in illorum contumeliam partibus suis, quæ sibi ab his non videntur concessa, defendat. Celsus hujusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio eorum, qui ultra licitum suæ limitem dignitatis extenuat. *Bonif. epist. 3. in fine.*

## C A P U T VII.

Nolumus, ecclesiarum privilegia, quæ semper sunt servanda, confundi, nec in alterius provinciæ sacerdotis alterum jus habere permittimus, quia per hoc non minus in sanctarum tradi-

tionum delinquitur sanctiones, quam in injuriam ipsius Domini prosilitur, &c. *Hilar. epist. 2. in med. ad Leontium,* & alios.

## C A P U T VIII.

Ne unus (Episcopus) alterius parochias invadere, aut ecclesiæ subtrahere præsumat. *Zachar. epist. 1. in med.*

## C A P U T IX.

Pax servetur, pœta custodiantur inter Episcopos super divisione Carth. 1. cap. 12. *Placuit.*

## C A P U T X.

Quicumque Episcopi plebes, quas credunt ad se pertinere, non ita repeatant, ut aliis Episcopis judicantibus consentiant, sed invadant ab aliis possessas, invitatis vel volentibus populis, suæ rei damnum patientur. Qui hoc fecerit, si inter Episcopos non convenit, sed inter se contendunt, ille inde discedat, de quo constat prætermisso ecclesiasticis judicibus prædonem fuisse. Neque sibi blandiatur, si Primi litteras, ut possideat, habeat. Sed sive habeat, sive non habeat, convenienti possidentem, & ab eo litteras accipiat, ut ostendat illum possidere pacifice ecclesiam ad se pertinentem. Si vero ille quæstionem moveat, inter Episcopos judices finiatur, vel inter eos, quos Primas ei dederit, vel inter vicinos ex consensu electos. *Carth. 121.* *G. Mil. 21.* *L. Afr. 87.* *L. Burch. lib. 1. cap. 70.* *Ivo part. 5. cap. 177. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 126.*

## C A P U T XI.

Ne parochiam cuiuslibet Episcopi alterius ci-vitatis Episcopus canonum temeratori invadat, & vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, suis quoquo modo non contentus rapiat aliena. *Arver. 9.*

## T I T U L U S LVI.

**EPISCOPUS NIHIL FACIAT SINE CONSENSU ARCHIEPISCOPI, PRÆTEREA, QUÆ PERTINENT AD SUAM DIŒCESIM: ET OBTEMPERET ILLI.**

## C A P U T I.

Omprovinciales Episcopi sine Metropolita-ni nil consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta Patrum. *Nicen. 61. apud Jul. epist. 2. cap. 23. in fin. Celli. epist. 2. cap. 3.*

## C A P U T II.

Episcopi suum Primum, & caput noscant, nihilque eminens sine ejus voluntate faciant, præterquam quæ ad parochias, & vicos suos pertinent. Is quoque sine eis nihil rerum gerat. *Ap. 34. G. 35. L.*

## C A P U T III.

Archiepiscopus nihil de Episcoporum causis, aut de aliis communibus, juxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio, nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet, sine suo, quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis. *Anicet. epist. 1. ante med.*

## C A P U T IV.

Cum Christianitas apud Bulgarios fuerit dilata, & Episcopi per singulas ecclesias ordinati, tunc eligendus est inter eos unus, qui si non Patriarcha, certe Archiepiscopus appellandus sit, ad quem

quem omnes concurrant, & cuius consilium in causis majoribus præstolentur. Id ipsum etiam Apostolicis regulis præcipientibus, ac dicentibus, Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius præter ejus conscientiam gerat, &c. Nicolaus ad consulta Bulgarorum cap. 72. Vide Apost. 34. G. 35. L.

## C A P U T V.

<sup>9. q. 3. Per singulas. 1. & 2.</sup> Episcopi suum Metropolitanum in provincia agnoscant, nihilque agant sine eo, ut constitutum est, præter ea, quæ ad suas diœceses, & vicos pertinent, in quibus omnia agere possunt, ut ordinare presbyteros, & diaconos. Ipse quoque sine eis nihil excedat. Antioch. 9. Vide Mart. Brac. cap. 4. Capit. lib. I.c. 8. Anselm. lib. 5.c. 73. in addit.

## C A P U T VI.

Si vocatus a Metropolitanano Episcopus sanus non venerit, absque excommunicatione dimitendus non erit. Emerit. cap. 6.

## C A P U T VII.

Accidit multoties, ut causa salutis alicujus, vel collationis necessariae, evocati a Principe, vel Metropolitanu. confinitimi Sacerdotes venire differant &c. Si quis Episcoporum a Principe, vel Metropolitanu suo admonitus, designato sibi diecum rationabili ad venjendum spatio, sive pro festivitatibus summis, Pascha scilicet, & Pentecoste, & nativitate Domini celebrandis, sive pro caesarum negotiis seu pro Pontificibus consecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus Principis, excepta inevitabilis necessitate infirmitatis, quæ testibus possit comprobari idoneis, ad constitutum diem venire distulerit, contemptorum se noverit excommunicatione multari. Tolent. XIII. cap. 8.

## C A P U T VIII.

Si quispiam Episcopus imminentे nimia necessitate, inconsulto Primate provinciæ, aut certe majori urgente necessitate, non adhibitis testibus vicinis Episcopis res Ecclesiæ distrahere tentaverit, ita canonico judicio percellitur, scilicet ut amissio honore, reus Deo, & concilio te neatur. Parisiens. sub Ludovico, & Lothario, lib. I. cap. 17.

T I T U L U S. LVII.  
DE VIGILANTIA EPISCOPI IN  
PASCENDO GREGE.

## C A P U T I.

Epscopi in baptismalibus plebis, ut certe propriis, diligenter curam habere debent, & cum in eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, ut reverentius observentur, convenient enim ibidem habitantium, sibi adhibere consensum. Synod. Rom. sub Eugen. II. & Leone IV. cap. 8.

## C A P U T II.

Hortamur, ut secundum debitam sollicitudinem commissæ sibi a Deo ecclesiæ curam unusquisque vestrum agere studeat, & gregem Christi sanguine redemptum, bonis exemplis, & salubribus documentis instruat, habens semper præ oculis illum tremendum judicem, qui suum sacrificium sanguinem pro omnibus fudit, ut cum an-

te ipsius tribunal steteritis, unicuique vestrum dicat: Euge serve bone, & fidelis, quia super Matt. 25. pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Ravennat. sub Joann. IX. in fin.

## C A P U T III.

Scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus, quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero, & suum, & singulorum, propter quod, o [ Clemens, loquitur Pe- 8. q. 1. c. 13. trus. Apostolus tamquam qui omnibus praefesse te noveris, singulos prout potueris, juva, & singulos releva, qui & singulorum onus, & sollicitudinem portas. Unde & ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio, quia accipio gratiam magis, quam præsto. Clem. epist. I. ante med.

## C A P U T IV.

Oportet omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portum salutis reducere. Clem. epist. 4. in princ.

## C A P U T V.

Scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus, quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum, & ideo, sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes summopere laborare pro eo debetis, in tantum ut, si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet, dicente Salvatore: Bonus pastor, &c. Vos vero obedite eis, & vigilate pro eis, quia ipsi pro vobis vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Evarist. epist. 2. post princ. <sup>Ioann. 10. b.</sup>

## C A P U T VI.

Objurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando, professe quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia doctores dicimus, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quando perditam ovem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam adnisu ad caulas dominicas revocare contendamus, ut de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Dionys. epist. 2. ad Severum Episc. in fine.

## C A P U T VII.

Impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subiecte despiciunt, ut feminæ facris altaris, ministrare ferantur, & cunctæ, quæ non nisi virorum famulatui deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere, viso quod omnium dilectorum, quæ sigillatum perstrinximus, noxa omnis, & crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant: si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic pro-

## 158 Juris Pontificii Veteris Epitome

**Eccles. 19. a.** prosternere moluntur, ut in perversa quæque profanaque declives, sine ullo respectu regulæ Christianæ, præcipitiæ funesta sedentur. Cumque scriptum sit: *Minima qui spernit, paulatim decidit*; quid est de talibus existimandum, qui immensis, ac multiplicibus pravitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quod non solum ipsos videatur obruere, sed & ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant, qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui haec tenus cognita siluerunt, sub honoris proprii se jacere dispendio, si non quanta possint celeritate festinent, ut lethalia vulnera competenti medicina curentur. Quo enim more teneant jura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsident, potius operentur. *Gelas. epist. I. cap. 28. Paris. sub Lud. O'Loth. lib. I. cap. 45.*

**2. Pet. 5. d.** **C A P U T VIII.** Petri epistola ait: „Seniores obsecro conse-„nior, pascite, qui in vobis est, gregem Dei, „providentes non coaste, sed spontanee, secun-„dum Deum, neque turpis lucri gratia, sed vo-„luntarie, neque ut dominantes in clero, sed „forma facti gregis, & ex animo, ut cum appa-„ruerit Princeps pastorum, percipiatis immar-„cescibilem gloriæ coronam“, &c. *Brac. II. in prolog.*

### C A P U T IX.

Episcopi in protegendis populis, ac defenden-„dis, impositam a Deo sibi curam non ambigant. *Tol. IV. c. 31. Colon. sub Carolo III. c. 3.*

### C A P U T X.

Hæc sancta synodus fieri elegit, ut annuis vi-„cibus unusquisque nostrum omnes Abbates mo-„nastrorū, vel presbyteros, & diaconos suæ dicœ-„cessis ad locum, ubi Episcopus elegerit, congre-„gare præcipiat, &c. cunctosque sub ecclesiasticis regulis adesse præmoneat: quoisque etiam par-„simoniae, & sobrietati, atque veridicæ casti mo-„niae honestorum virorum testimonio fama com-„mendet. Sollicitum etiam pro hac re uniuersum que-„nus nostrum esse convenit, ut curiosa indagine perquiramus, si presbyteris, & diaconibus, & cle-„ricis pudica sit vita, &c. *O'scen. synod.*

### C A P U T XI.

Sancta instituit synodus, ut constitutio, quæ du-„dum in concilio Oscensi constituta quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata, & in perpetuum valitura perdureret. &c. *Egaren. synod.*

### C A P U T XII.

Decrevimus, ut secundum canones unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat, adjuvante Graphione, qui defensor ecclie est, ut populus Dei paginas non faciat. *Franc. syn. Capitul. lib. 5. c. 2.*

### C A P U T XIII.

**3. Cor. 7. d.** Providendum est necesse unicuique Episcopo, qualiter Canonici vivere debeant, nec non, & monachi, ut secundum ordinem canonicum, vel regularem vivere studeant, ut ait Apostolus: *U-„nusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* *Arel. sub Car. c. 6. Mag. sub Rab. c. 13.*

### C A P U T XIV.

Qui pastorum nomina audire volunt, & pasto-“rum officium implere nolunt, quid ad eos per Prophetam dicatur, recensemus, &c. „Vx pa-“storibus \* Israel, qui pascunt se solos: num-“quid non oves pascunt pastores? &c. Qui sunt “qui se ipso pascunt? de quibus Apostolus di-“cit: *Omnes enim, quæ sua sunt, querunt,* “non quæ Jesu Christi, &c. Quod Christiani sumus, propter nos est, quod præpositi sumus propter vos est, &c. Cum ergo præpositi ad hoc sint, ut his, qui subjecti sunt, consulant, nec in eo quod præfunt, omnino utilitatem suam attendant, sed eorum, quibus ministrant: quisquis ita præpositus est, ut in eo, quod præ-“positus est, gaudeat, & honorem suum querat, & commoda sua sola respiciat, se pascit, non oves, &c. Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est, interficitis, & oves meas non pascitis. Quod infirmum est, non confortatis, & quod ægrotat, non corroboratis, & quod contribulatum est, non colligatis, & quod errabat, non revocatis, & quod periit, non requisistis, & quod forte fuit, con-“fregistis, & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sit pastor, &c. Cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oves negligebant, sua ergo tan-“tum quererant, non quæ Jesu Christi, &c. Qui præbet lac, potum præbet, qui præbet lanam, honorem præbet. Ista sunt duo, quæ a populis querunt, qui semetipcos pascunt, non oves, commodum supplendæ necessitatis, & favorem honoris, & laudis querunt, &c. Vide cujusmodi indumentum accepit a bo-“na Dei plebe idem Paulus, cum diceret: *Sicut Gal. 4. b.* Angelum Dei exceptis me, testimonium e-“nim vobis perhibeo, quia si fieri posset, ocu-“los vestros eruisse, & dedissetis mihi, &c. Ecce & accepit de lacte ovium, sicut paulo ante commemoravimus, & indutus est lanis o-“vium, sed tamen oves non neglexit, non enim sua quererat, sed quæ Jesu Christi, &c. Sed mali illi pastores non parcunt talibus. Parum est, quod illas languentes, & infirmas, & er-“rantes, & perditas non curant, etiam istas fortes, & pingues necant, quantum in ipsis est: & si illæ vivunt, de misericordia Dei vivunt, tamen quantum ad pastores malos attinet, occidunt. Quomodo inquit, occidunt? male vivendo, ma-“lū exemplū præbendo. An frustra dictum est ser-“vo Dei eminenti in membris summi pastoris: *Circa omnes te ipsum bonorum operum præ-“be exemplum, O forma esto fidelibus?* &c. *Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sit Ezecl. 34. a. b.* pastor, *O factæ sunt in comeſturam omnibus bestiis acri,* &c. Propterea pastores audite ser-“monem Domini: *Vivo ego, dicit Dominus Deus. Ecce ego ipse requiram oves meas,* & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum &c. Audite vocem pastores, colligitis vos ad montem Scripturæ sanctæ, ubi sunt deliciae cor-“dis vestri, ubi nihil venenosum, nihil alienum &c. Quod periit, inquiram, & quod erravit, revocabo, & quod imminutum est, colligabo, &

„ & quod exanimē est, confortabo, & quod pin-  
gue est, & forte, custodiam „, &c. Augusti-  
nus in libro ad pastores (tom. 10.) apud Aquis-  
gran. cap. 12.

## C A P U T XV.

Pastores dici volumus, nec tamen esse conten-  
dimus. Officii nostri vitamus laborem, appetimus  
dignitatem. Immundorum spirituum feras a gre-  
ge dilacerando non pellimus, & quod eis reman-  
serit, ipsi consuminius, quando peccantes divi-  
tes, vel potentes non solum non arguimus, sed  
etiam veneramur, ne nobis aut munera solita of-  
fensi noa dirigant, aut obsequia desiderata subdu-  
cant. Ac si muneribus eorum, & obsequiis capti,  
immo per hæc illis addicti, loqui eis de peccato  
suo, aut de futuro judicio formidamus. Et ideo  
minaciter superbiam nostram divinus sermo con-  
tundit, sed noster auditus nihil, unde proficia-  
mus, admittit, quia præsentis vitæ capti dulce-  
dine, quæ pœna negligentiam nostram maneat in  
æternum, nolumus cogitare. In pastores ergo ista  
dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blan-  
dimur: *Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus  
Israël, qui pascebant semetipos. Nonne greges  
pascuntur a pastoribus? &c. Ecce ego ipse super  
pastores requiram gregem meum de manu eo-  
rum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascant  
gregem, nec pascant amplius pastores semet-  
ipos. Quis ad hæc non contremiscat? Quis ista  
sine intolerabili metu futuræ examinationis acci-  
piat, nisi qui aut non intelligit, aut futura non cre-  
dit? sed quia omnia, quæ Deus observari voluit  
tam aperte posuit, & ita sui nominis auctoritate  
firmavit, ut ea facilius, quod dictu quoque ne-  
fas est, contemnamus, quam nos non intelligere  
vel non credere tam aperta, & divina fingamus,  
quando audimus: Hæc dicit Dominus: quis non  
futurum esse credit, quod dicit Dominus, nisi  
qui Deo non credit? Quod autem dicit: Væ pasto-  
ribus, istud vae, pro maledicto ponit, & pastorum  
nomiae nos significari, quis non intelligat, nisi  
qui futurum non cogitat? Greges Domini pascen-  
dos, pastores facti, suscipimus, & nos ipsos pa-  
scimus, quando non gregum utilitati prospicimus,  
sed quid foveat, & augeat nostras voluptates, at-  
tendimus. Lac, & lanas ovium Christi oblationi-  
bus quotidianis, ac decimis fidelium gaudentes,  
accipimus, & curam pascendorum gregum, ac re-  
ficiendorum, a quibus perverso ordine volumus  
pasci, deponimus. Non sanamus spirituali consilio peccatis infirmum, non facerdotali ope consolida-  
mus, ac reficiimus diversis tribulationibus fractum, non ad viam salutis revocamus errantem, non requiri-  
mus sollicitudine pastorali veniæ desperatione jam perditum, ad hoc potentes tan-  
tum effecti, ut nobis in subjectos damnationem tyrannicam vindicemus, non ut afflitos, contra  
violentiam potentum, qui in eos ferarum more  
sæviunt, defendamus. Inde est, quod tam a po-  
tentibus hujus mundi, quam a nobis, quod pejus  
nonnulli graviter fatigati depereunt, quos se de  
manu nostra Dominus requisitorum terribiliter  
communitur, dicens: Requiram oves meas de  
manu pastorum, & cessare eos faciam, ut ultra*

jam non pascant greges meos. Quod quid est a-  
liud, quam pastores, qui semetipos, non greges  
meos pascunt, sublimitate suæ dignitatis expolia-  
bo, & inter reprobos, quia honorem suum nolue-  
runt custodire, proiiciam? Prosper de vita act.  
& contemplat. lib. I. cap. 21. apud Aquisgr.  
lib. I. cap. 32.

## C A P U T XVI.

Omnis spiritualis zelus doctoris animum fran-  
git, quia valde cruciat, dum infirmos quosque  
æterna deserere, & rebus corporalibus delestant  
conspicit. Nullum quippe omnipotenti Deo tale  
est sacrificium, quale est zelus animarum, sicut  
Psalmita ait: *Zelus domus tua comedit me.* Ps. 68. 6.  
Paulus Apostolus zelo animarum cruciatus, di-  
cebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* 2.Cor.11.8.  
*Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ipsum  
suum cor, quod animarum zelo succenderat, quid  
aliud, quam quasi sartaginem fecerat, in quo a-  
more virtutum contra vitia ardebat? Quod enim  
urebatur, sartago erat. In ardescet enim, & co-  
quebat, quia incendebatur amaritudine, sed  
virtutum alimenta præparabat ex sua afflictæ co-  
gitatione. Quid est, quod Ezechiel Propheta sar-  
taginem inter se, & civitatem murum ferreum  
ponit, nisi quod idem fortis zelus, qui nunc in  
mente doctoris agitur, in die extremi judicii in-  
ter eum, & animam, quam a vitiis zelatur, te-  
stis est, et si audire is, qui docetur, noluerit, do-  
ctor tamen pro zelo, quem exhibet, de auctoris  
negligentia, reus non sit? Murum ergo ferreum  
Propheta inter se, & civitatem ponit, quia in ulti-  
onis tempore inde doctor a damnationis pericu-  
lo munitur, unde nunc per zelum custodiæ cor-  
dis frixuram patitur. Quantum vero frixura cor-  
dis, quæ spirituali zelo agitur, omnipotenti Deo  
placeat, aperte ostenditur, cum offerri per legem  
similia in sacrificium jubetur. Scriptum quippe  
est: *In sartagine oleo conspersa frigetur, offe-  
retque eam calidam in odorem suavissimum.* Lev. 6.6.  
*Domino sacerdos, qui patri jure successerit, &  
tota cremabitur in altari, &c. Circundat doctor  
auditoris animam, cum in omne, quod in hac  
vita agitur, tentationum laqueos apponi posse  
denuntiat, ut dum ubique fit mens pavida, ubi-  
que circumspecta, quanto timidior, tanto vigi-  
lantior vivat. Ipse namque zelus rectitudinis,  
dum inquietudine mentem agitat, ejus mox acie  
obscurat, ut altiora in commotione non videat,  
quæ bene prius tranquilla cernebat, &c. Sed cum  
per zelum animus movetur, curandum summo-  
pere est, ne hæc eadem, quæ instrumento virtu-  
tis assumitur, menti ira dominetur, &c. Unde  
necessæ est, ut hoc ante omnia, qui zelo rectitu-  
dinis movetur, attendat, ne ira extra mentis do-  
minium transeat, sed in ultione peccati tempus,  
modumque considerans, surgentem animi pertur-  
bationem, subtilius retractando restringat, ani-  
mositatem reprimat, & motus fervidos sub æqui-  
tate disponat, ut eo fiat justior ultior alienus, quo  
prius extitit victor suus, quatenus sic culpas de-  
linquentium corrigat, ut ante ipse, qui corrigit,  
per patientiam crescat, ut fervorem suum tran-  
scendendo dijudicet, ne intemperanter excitatus,  
ipso*

## 160 Juris Pontificii Veteris Epitome

ipso zelo restitutinis, longe a restitutidine aberret. *Greg. l. 1. super Ezech. homil. 12. & in moral. lib. 5. c. 33. apud Aquisgr. c. 34.*

### C A P U T XVII.

Didicimus, socios ordinis nostri in gubernandis congregationibus sibi subjectis, canoniciis videlicet monachis, & sanctorialibus haec tenus valde negligentes extitile, & ob id multos in sui detractionem, & contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii Prælati in eorum parochiis constituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregations neglexerint. Quos & fraterno, & synodali conventu admonendos esse, necessario duximus, ut ab hac negligentia deinceps cohibeant, & ceteris se imitabiles prebeant. *Parisien. sub Ludovico, & Lothario lib. 1. cap. 21. & Aquisgr. II. sub Ludovico part. 1. c. 11.*

### C A P U T XVIII.

*Ezech. 34.* Non erunt Prælati excusabiles, & immunes a periculis apud Dominum, cui pro sibi commissaries sunt reddituri, si eis carnalia solummodo & non spiritualia fideliter subministraverint, cum de manu eorum sanguinem eorum, si perierint, sit exacturus, testante Ezechiele Propheta, & expositione beati Augustini super eodem Propheta plurimum huic rei adstipulante: „ Grandis porro miseria, cæque cupiditas, dum humi jucemodi Prælati in locis sibi subjectis, cupiditatem suam potius explere, quam animarum fuarum periculum contendunt vitare“. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 24.*

### C A P U T XIX.

Episcopi presbyteros sibi commissos, & doctrina, & castitate, & sobrietate, atque hospitalitate secundum eorum ministerium ornari compellant. *Meld. c. 28.*

### C A P U T XX.

Episcopi se ipsos, atque ministros suos, & maxime ecclesiasticos, cunctosque Christianos in sua parochia, perpendentes ex hoc statuta Nicæni concilii, & ceterorum conciliorum, ab usurpis sine excusatione compescant, & quos compescere aliter non potuerint, canonicam in eos sententiam proferant. *Meld. c. 55.*

### C A P U T XXI.

Unusquisque nostrum in clero, & populo, & sacerdotibus, ac monasteriis sibi commissis, sollicita, & paterna pietate provideat, ne propter aliquas oppressiones, pestiferis conjurationibus, & querimoniis, ac detractionibus adversus eosdem pastores suos interficiant. *Valent. sub Loth. cap. 14.*

### C A P U T XXII.

Sacerdotes vice Mosis iram Domini super populum servientem precibus suis debent mitigare. *Meten. c. 3.*

### C A P U T XXIII.

Hæc de præcipuis in eadem sacra synodo fuere statuta. Ceterum specialia de quibusque parochiis, prout visum fuerit, secundum ecclesiasticam auctoritatem definita, & Episcopis in propriis parochiis sunt ad exequendum commissa. *Tullen. c. 13.*

### C A P U T XXIV.

Nobis, qui gregis Dei curam accepimus pasto-

rale, summopere curandum, & prohibendum est, ne nostra desidia agente, diebus (*festis*) ullus placitum habere, & populum nobis commissum a servitio Dei nostri audeat impedire. *Trisbur. cap. 35.*

### C A P U T XXV.

Prælati singuli eleemosynarios honestos habent, & ut ipsi Prælati sint juxta Apostolum, hospitales, & ut horis competentibus ad pauperes audiendos, & iustitiam exhibendam in publico præsentiam suam exhibere procurent, & in personis propriis confessionibus audiendis interdum intersint, & poenitentiis injungendis: ipsi etiam per confessores discretos civitates proprias obeant, & in ecclesiis suis cathedralibus refidere procurent, ut aliquibus majoribus festis, & saltem in aliqua parte pro se, prout animæ suæ saluti magis viderint expedire. *Conc. Oxon. cap. 3.*

### T I T U L U S LVIII.

#### *EPISCOPI ADHIBEANT DILIGENTIAM IN OPPUGNANDIS HÆRETICIS.*

### C A P U T I.

**Q**uilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, vel idoneas personas honestas, bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit mus, hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedit videbitur, totam viciniam jurare compellat; quod si quis ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communione fidelium, vita, & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur, &c. Volumus igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per diœceses suas diligenter invigilent, si canonicam effugere voluerint ultiorem, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 3.*

### C A P U T II.

In partibus Tolosæ damnanda hæresis dudum emersit, &c. Contra eam Episcopos, & omnes Domini sacerdotes in illis partibus invigilare præcipimus, & sub interminatione \* anathematis prohibere, ne ubi cogniti fuerint illius hæresis sectatores, receptaculum quisquam eis in terra sua præbere, aut præsidium impetriri præsumat, &c. *Alex. III. in Conc. Turon. c. 4.*

### C A P U T III.

Fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor, & moneo, ut qua debetis, & potestis sollicitudine, vigiletis ad investigandos hæreticos, & inimicos sanctorum Ecclesie, & a sanctis mentibus \*, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis, pro viribus extirpetis. *Luc. ep. sing. 3. in fin. Felix ep. 3. in fin. Marc. ep. un. in fin. ad Athan. & alios Episcopos Ægypt.*

### C A P U T IV.

Tuam moneo dilectionem, ut cunctos, quos errare cognoveris, ad catholicam fidem, & ad unit-

unitatem recte credentium convertere studeas, &c. Si autem te non audierint, & errantes permanerint, nobis eos manifestare, quam citius poteris, non tardes, ut Apostolica auctoritate, aut cito ad ecclesiam convertantur, aut ab ecclesia separentur. *Xyst. II. ep. I. in med. ad Gramum Episcop.*

## C A P U T V.

Filii nostri Prosper, & Hilarius, tantum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosequuti, ut indisciplinatas questiones vocantes in medium pertinaciter eos discant praedicare adversantia veritati. Sed vestra dilectioni justius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi, &c. Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus, hi loquuntur, qui eorum discipuli non fuerunt? Timeo, ne connivere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas disperceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio favet errori. Ergo corripiantur hujusmodi. Non sit his liberum, habere pro voluntate sermonem, &c. Repentes saepius admonemus, ut vitentur hujusmodi, qui laborant per terras aliud, quam illic noster iussit agricola, seminare. *Calest. ep. I. ad Episc. Galliae c. I.*

## C A P U T VI.

Hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolythum nostrum, ut effecta certior sanctitas vestra, sollicitius agere dignetur, & cautius: necubi Manichaei perversitatis homines plebes vestras facultatem laedendi, & hujus sacrilegii possint invenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt perditi, & perdit, zelo fidei dominicae persequamur, & a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur, levetate, qua possumus, abscondamus. Unde hortor dilectionem vestram, obtestor, & moneo, ut qua debetis, & potestis, sollicitudine vigiletis ad investigandum eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. *Leo ep. 2. ad Episc. Italie.*

## C A P U T VII.

<sup>24. q. 3. c.</sup> Illud plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuarum clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum conniveant pravitati, & vasa irae vasis misericordiae misceantur. Quibus investigandis, & severitate congrua coercendis, debet diligentia tua vigilanter insistere, ita ut his, quibus prodeesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim hos Evangelici minisse mandati, quod ab ipsa veritate praecipitur: „ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandat, dalizaverit, manus a compage corporis auferatur, tur, quia melius sit, his in ecclesiis carere membris, quam cum ipsis in aeterna ire superflua.“ Nam superfluo extra Ecclesiam possitis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abicienda prorsus pestifera haec a sacerdotali vigore patientia est, quae sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. *I. Reg. c. 2. Sicut Heli quondam sacerdos filiorum suorum Tom. V.*

delicta tolerando, cum ipsis divinae justitiae sententiam meruit experiri? quia segni indulgentia dissimulavit plenter peccatores. *Leo ep. 74. vel 76. ad Anatolium Episcopum CP. antefin. Ivo part. 6. c. 339. descr.*

## C A P U T VIII.

Ut Imperialis est potestatis tumultus publicos ac seditiones sacrilegas severius coercere, ita auctoritatis est sacerdotalis monachis praedicandi aliquam contra fidem licentiam non praebere, & omni virtute resistere, ne ea, quae ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vindicare. *Leo ep. 80. ad Jul. Episc. Cœn. in med.*

## C A P U T IX.

Hostis humani generis ad impugnandam sinceritatem fidei fraudulentam haeticorum fallaciam subinduxit, contra quos viri ecclesiarum pastores viriliter insurgentes, eorum prava dogmata cum ipsorum auctoribus condemnaverunt. *Innoc. II. in ep. ad Sampsonem Arch. Rem. & alios post princ.*

## C A P U T X.

Si in matrice, vel in sede Episcopali negligens fuerit contra haeticos, admoneatur a vicinis Episcopis. Si ab eo die intra sex menses non in provincia sua convertat ad unionem Ecclesiae catholicae alios, non ei communicetur, donec id faciat. Si executor ad ea loca non venerit, Episcopo non adscribatur. *Carth. 124. G. Mil. 25. L. Afric. 90. L.*

## T I T U L U S LIX.

MUNUS EPISCOPI EST DOCERE CLERICOS, ET RELIQUUM POPULUM.

## C A P U T I.

Eпископъ juxta divina precepta convertat, *Diss. 38. Q.* & doceat populum suum, &c. *Nicæn. II. mnes. c. 6.* *c. 2. Ivo part. 5. c. 372. descr.*

## C A P U T II.

Quidam Prælatorum ecclesiarum decimas, & ep. <sup>De decim. c.</sup> <sup>17. Gregor.</sup> clesias disponere (laicis) indulgent, & eos in de. <sup>IX. & c. 2.</sup> via mortis impellunt, qui prædicatione ipsorum <sup>eod. sit. in</sup> ad viam fuerant revocandi. *Alex. III. in concil. gener. Turon. cap. 3.*

## C A P U T III.

Sacerdotes, & alii clerici, qui fuerint in exercitu Christiano, tam subditi, quam Prælati, orationi, & exhortationi diligenter insistant, docendo eos verbo pariter, & exemplo, ut timorem, & amorem semper habeant divinum ante oculos, ne quid dicant, aut faciant, quod divinam maiestatem offendat. *Innoc. III. in concil. gener. Lat. cap. ult.*

## C A P U T IV.

Episcopum bono opere consistere oportet, ut factis congruentibus luceat, ut optimus speculator existat, qualiter populus verbum prædicacionis ostendo opere sine dubio observando attendat, beatissimo Gregorio Papa docente. Pro qualitate igitur audientiū formari debet sermo doctorum, ut & sua singulis congruant, & tamen a communis redificationis arte numquam recedat: haec enim si digna desiderat exempla speculatoris perficere, toto mentis debet meditari conamine, quantum prodesse magis, quam præesse populo. *Do-*

## 162 Juris Pontificii Veteris Epitome

mini videatur. *Synodus Romana sub Eugenio II.*  
*& Leone IV. cap. 3. Gregor. lib. 3. pastor. in*  
*prefat.*

### C A P U T V.

Episcopus, vel presbyter, qui negligit clerum vel plebem suam religionem docere, excommunicetur. Si perseverat, deponatur. *Ap. 58. Vide Trull. 19.*

### C A P U T VI.

Instruebat B. Petrus Episcopos sacerdotes suos ac cunctos reliquos Ecclesiae ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo divino, & mandato instruere, ac dirigere. *Clem. epist. 1. in fine.*

### C A P U T VII.

*Difl. 25. c. 2.* Vos ergo, qui sacerdotio domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, ut subditos vobis populos pleniter docere possitis, eis que ad regna celorum ducatum præbere Deo annente valeatis, &c. Audire ergo Episcopum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vita presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem disciplina. *Clem. ep. 3. in princ. Ans. lib. 7. c. 76.*

### C A P U T VIII.

*Difl. 45. Sa-*  
*ne. c. ult.*  
*Tit. 1. b.* Percusso ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmoru. Ideo tene-  
 „ re vos, & omnes fideles oportet eum, qui se-  
 „ cundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut  
 „ potens sit consolari in doctrina sana, & contra-  
 „ dicentes redarguere, & recte viventes, atque  
 „ rectam fidem tenentes consolidare“. *Anaclet.*  
*ep. 2. ante fin. ad Episcopos Italie.*

### C A P U T IX.

*Difl. 93. c.* Diaconi custodiant Episcopum prædicantem.  
*11. Evarist. epist. 1. in princ.*

### C A P U T X.

*7. q. 1. c. 11.* Episcopum oportet oportune, & importune,  
*Sicut. §. 1.* atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare: ut a vitiis se abstineat, & salutem consequi possit aeternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere, ut legatum Dei, & præconem veritatis, quia testante veritate, quæcumque ligaverit, &c. Prævidendum est vobis, ne offendatis eos, qui tantam a Domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & sumnopere venerandi sunt, non detrahendi, aut lacerandi, aut eiiciendi, sed portandi, & amandi, ipso dicente Domino: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, &c. Evar. ep. 2. in princ. Burch. lib. 1. cap. 99. Ivo part. 5. cap. 201. decret. Anselm. lib. 6. cap. 102.*

### C A P U T XI.

Quæ præcor major charitas aut quod efficacius pietatis patrocinium potest a quoquam alicui impendi, quam si ignorantia tenebras, & imperitia caliginem ab eo repellat? Demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstum, non ad ambitiōnem, sed etudionem & ædificationem reficere\*. Tamquā enim mutilo sit manus, claudio pes, oculos, & cœco, qui ignorantia tenebris obvoluto, sapientię & scientię thesaurū referat, & candorem lucis,

viasque Domini benigniter aperit. Utrisque autem, id est, & famem verbi Dei patientibus, & Episcopis necessitatem, quando inthronizantur propter communem utilitatem, in aliis civitatibus non modica exhibetur misericordia. Neganter autem hæc, ut speciem habeant pietatis, virtutem tamen ejus abnegent. *Anter. epist. 1. post princip.*

### C A P U T XII.

Ipsi sacerdotes oves suas nutrunt, ipsi Dominus suo fructum cum usura reddant, fructuofisque manipulos ei cum gloria repræsentent. Nam *Matt. 8. d.* si Dominus leprosus, inter ceteras ovium suarum *Matt. 1. d.* curas, tetigit, & mundavit, cur nos eadem age-*Luc. 5. c.* re dedignamur? Aut cur nos ipsi, qui pastorale officium suscepimus, aliis alendas tradimus? maxime, cum Dominus Petro præceptor nostro di-*Gen. 31. f.* xerit: *Si diligis me, pasce oves meas, &c. Nam Jo. 21. c.* & beatum Jacob, qui pro uxoribus diu servierat *Dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum, oves tuæ, & capræ steriles non fuerunt; ariste-tes gregis tui non comedí, nec captum a bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, & quidquid furto perierat, a me exigebas, die, noctuque æstu urebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis.* Si ergo sic laborat, & vigilat, qui pascit oves Laban, quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis *Jo. 10. c.* dedit ovibus animam, & adjuvet nos, ut de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem, ac mensuram superfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. *Damas. ep. 4. post med.*

### C A P U T XIII.

Porro pro Episcopo illo, qui nunc usque desidia quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, & nunc sibi partem, quasi parochiam defendit, Carolo excellentissimo filio nostro, ut eum compescat suadentes, paternis litteris scripsimus. *Greg. II. ep. 7. ad Bonifacium Episcopum incip.* Creditæ speculationis, *in fine.*

### C A P U T XIV.

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se re-*Difl. 88. c. 6.* vocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. *Carth. IV. cap. 20. Cæsar. lib. 4. c. 63.*

### C A P U T XV.

Tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem *7. q. 1. Ep-* confecrandam invitentur Episcopi, vel presbyteri, qui causa visitandæ ecclesiæ alterius Episcopi ad ecclesiam venerint. *Carth. IV. c. 33.*

### C A P U T XVI.

Sciant sacerdotes scripturas sanctas, & canones *Difl. 38. c.* meditentur, ut omne opus eorum in prædicatio-*1. In fine.* ne divina, & doctrina consistat, atque ædificant cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina. *Tolet. IV. cap. 24. Arelat. sub Carol. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 100. Ivo part. 5. cap. 202. decret. Anselm. lib. 7. cap. 105. Cæsar. lib. 4. cap. 54.*

### C A P U T XVII.

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tantum necesse est, præcedat ceteros gratia meitorum, ut in eo, quod præsidet singulis, singu-

la.

**Tit. I. b.** lariter ornetur eminentia sanctitatis, habens semper & in ore gladium veritatis, & in opere efficiantiam luminis, ut juxta Paulum, potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere. Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorundam mentes Pontificum, ita torporis otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid doctriæ gregibus subditis exhibeat, non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis cura tuerentur, fame verbi Dei perire non finant. Sicut Metropolitanis in confinitimis, ceterosque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinitimis in commissos sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia taliu divinæ legis eruditionibus imbuatur. Ita ut in desinenti sollicitudine Prælatus quisque subditos querens, aut prefectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogancia instruat. Placuit ergo, juxta instituta Tolerani concilii, ut aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti. *Tolet. XI. c. 2. Vide Tolet. VIII. c. 8.*

## C A P U T XVIII.

Oportet ecclesiis præpositos quotidie, sed præ tertim dominicis diëbus clerum, & populum docere pietatis sermones, ex sacra scriptura disserentes, sensus, & judicia veritatis. *Trull. c. 19.*

## C A P U T XIX.

Non licet Episcopo in alia urbe ei non competenti publice docere. Si quis fecerit, Episcopatu cesseret, in presbyteratu manens. *Trull. c. 20.*

## C A P U T XX.

**Dif. 38. c. 2.** Quando presbyteri ab Episcopis in parochiis ordinantur, necesse est, ut ab ipsis Episcopis diligenter instruti ecclesiæ sibi deputatas accipient. *Arelat. sub Carolo cap. 4. Vide Tolet. IV. c. 25. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 16. pan. & p. 3. c. 129. decr. Ans. lib. 7. c. 104.*

## C A P U T XXI.

Sollicite studeat unusquisque Episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. *Turon. sub Carolo cap. 4.*

## C A P U T XXII.

Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in ecclesia doctriæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent, &c. canones quoque intelligent, & librum B. Gregorii Papæ de cura pastorali, & secundum formam ibidem constitutam, & vivant, & prædicent. *Cabil. sub Carolo c. 1.*

## C A P U T XXIII.

Vita eorum, & doctrina nequaquam discordent, sed quæ dicunt, faciant, & quæ faciunt, docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneant, & falce justitiae a credentium mentibus vitiorum spinis eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad secunditatem perducant. *Cabil. sub Carolo c. 2.*

## C A P U T XXIV.

Si quando Episcopis peragrandæ provinciæ necessitas incumbit, &c. in prædicatione verbi Dei in lucris animarum operam dent, &c. & verbi Dei prædicator sumptus, ubi proprii defunt, a fratribus accipiat, & item fratres illius potentia non graventur, exemplo Apostoli Pauli, qui ne quem gravaret, arte, & manibus victum quærebat. *Cabil. sub Carol. c. 14. Ivo p. 3. c. 133. decr.*

## C A P U T XXV.

Episcopo scripturarum scientia necessaria est, quia si Episcopo tantum sit sancta vita, sibi soli potest professe sic vivens; porro si & doctrina fuerit eruditus, potest ceteros quoque instruere, & docere suos, &c. adversarios repercutere, qui nisi refutati fuerint, atque convicti, facile possunt simplicium corda pervertere. Hujus autem sermo debet esse purus, simplex, & aptus, plenus gravitate, & honestate, plenus suavitate \* & gloria, tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentia, de disciplina justitiae. Unumquemque diversa admonens cohortatione, juxta professionis, morumque qualitatem, vide licet, ut prænoscat quid, quando, cui, vel quomodo proferat. *Isid. lib. 2. c. 6. de eccl. offic. apud Aquisgr. c. 9. ante fin. Rab. lib. 1. c. 4. de instit. cleric.*

## C A P U T XXVI.

Quod doctrina a sacerdotibus expectatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titum plenius scribitur: *Innocens enim, & absque sermone Tu. I. b. conversatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet.* Nam latratu canum, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Hieronymus in epistola ad Oceanum, apud Aquisgr. cap. 11. post princ.*

## C A P U T XXVII.

Episcopus non blandiatur subditis, sed doceat aperte, quæ ad consequendam æternam felicitatem pertinent. *Aug. in lib. ad pastores tom. 10. apud Aquisgr. c. 12. ante med.*

## C A P U T XXVIII.

*Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam.* Præconis namque officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribilis sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? *Gregorius in registr. lib. 1. cap. 24. apud Aquisgr. c. 13. in princ. & Greg. lib. 2. c. 11. pastor.*

## C A P U T XXIX.

Fortes, perseverantesque doctores, velut imputribilia ligna quærendi sunt, qui instructioni facrorum voluminum semper inharentes, sanctæ Ecclesiæ unitatem denuntient, & quasi intromissionis circulis arcam Domini portent. Vestibus arcam testamenti portare, est bonis doctoribus sanctam Ecclesiam ad rudes infidelium mentes prædicando deduci. Qui auro quoque jubentur operiri, ut cum sermone aliis insonant, ipsi etiam virtus splendore fulgescant. Necesse est igitur, ut qui ad officium prædicationis excubant, a sacræ lectionis studio non recedant, &c. ignominiosum

## 164 Juris Pontificii Veteris Epitome

*valde est, tunc querat discere, cum questionem  
debeat enodare, &c. unde bene primus pastor  
Ecclesiae pastores ceteros admonet dicens: Par-  
ti semper ad satisfactionem de ea, quae in nobis  
est, spe, &c. Greg. lib. 2. c. 11. pastoralis, apud  
Aquisgr. d. c. 13. in princ.*

### C A P U T XXX.

*Exod. 28. 6. In sacerdotis habitu ante omnia aurum fulget,  
ut in eo intellectus sapientie principaliter emicet.  
Cui hyacinthus, qui æreo colore resplendet, adjun-  
gitur, ut per omne, quod intelligendo penetrat, non  
ad favores infimos, sed ad amorem celestium surgat;  
ne, dum incautus suis laudibus capit, ipso etiam  
veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque &  
hyacintho, ac purpure, bis tintus coccus ad-  
jungitur, ut ante interni judicis oculos omnium  
virtutum bona ex charitate decorentur, & cuncta,  
qua coram hominibus rutilant, hanc in conse-  
etu occulti arbitri flamma intimi amoris accen-  
dat. Quæ scilicet charitas, quia Deum simul ac  
proximum diligat, quasi ex duplice tinctura fulge-  
scit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat,  
ut proximorum curam negligat, vel sic proximo-  
rum curam exequitur, ut a divino amore torpe-  
scat: quia unum horum quodlibet negligit, in  
superhumeralis ornamento habere coccum bis  
tinctum nescit. Ceterum cum rector se ad loquen-  
dum præparat, sub quanto cautelæ studio eloqua-  
tur, attendat, ne si inordinate ad loquendum  
rapitur, erroris vulnere audientium corda ferian-  
tur, & cum fortasse sapiens videri desiderat, uni-  
tatis compaginem insipienter abscindat. Hinc nam-  
que in Evangelio veritas dicit: *Habete sal in va-  
bis, & pacem habete inter vos, &c.* Ac si figura-  
re per habitum sacerdotis dicat. Mala punica  
tintinnabulis jungite, ut per omnia, quæ dicitis,  
unitatem fidei cauta observatione teneatis. Sa-  
cerdos semper vocem prædicationis habeat, ne  
superni spectatoris judicium ex silentio offendat.*

*Exod. 28. 6. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus, quando  
ingreditur, aut egreditur sanctuarium in con-  
spectu Domini, & non moriatur. Sacerdos nam-  
que in tabernaculum ingrediens, vel egrediens  
moritur, si de eo non auditur, quia iram contra  
se occulti judicis exigit, si sine prædicationis soni-  
tu incedit. Aperte autem tintinnabula vestimentis  
Pontificis describuntur inserta. Vestimenta eter-  
næ sacerdotis, quid aliud, quam recta opera debemus  
accipere propheta testante, qui ait: *Sacer-  
dothes tui induantur justiciam?* Vestimentis ita-  
que illius tintinnabula inhærent, ut vitæ viam  
cum lingue sonitu, ipsa quoque bona opera sacer-  
dotis clament. Nos quia infimi homines sumus,  
cum de Deo hominibus loquitur, debemus pri-  
mum meminisse, quid sumus, ut ex propria infir-  
mitate pensemus, quo docendi ordine infirmos  
fratres consolemur. Consideremus igitur, quia  
aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus,  
aut tales aliquando fuimus, et si jam divina gra-  
tia operante non sumus, ut tanto eos temperan-  
tius corde humili corrigamus, quanto nosmeti-  
psos verius in his, quos emendamus agnoscimus.*

*Greg. in pastor. lib. 2. cap. 3. & cap. 4. apud A-  
quisgr. c. 24.*

### C A P U T XXXI.

Statuimus pari voto, parique consensu, ut unusquisque nostrum dictis, & exemplis, plebes parochiæ sua attentius ad meliora incitare studeat, easque ut se a malis cohibeant, & ad dominum totò corde convertant, sollicite admonent, &c. Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 5. & lib. 3. c. 1.

### C A P U T XXXII.

Sicut studendum est sacerdotibus, ut auditores sui mysterium sacri baptismatis intelligent, & Deo opem ferente operibus compleant, ita nihilominus procurare debent, ut abrenuntiationes, quas in diabolum, suaque opera, ejusque pompas fecerunt, intelligent, & his intellectis, ne ad eas denuo redeant, sollicite in vigilent. Quibus etiam admonendo saepius inculcandum est, ne jugo Satanae, quod ejecerant, ejusque dominationi, quam alpernati sunt, quoquo modo succumbant. Parisien. sub Ludovico, & Lothario libro 1. cap. 10.

### C A P U T XXXIII.

Non ideo se solo quilibet Episcopo vas misericordias putet in gloria præparatum, quia Pontificali militia \* fungitur, sed si pro grege sibi credito sollicitus semper invigilet, & prædicet verbo, instet, opportune, importune, arguat, obsecrat, increpet in omni patientia, & doctrina. Fulgen. 2. Tim. 4. d. in lib. de veritate prædestinat. apud Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. cap. 23.

### C A P U T XXXIV.

Presbyteri etiam imperiti sollerti studio ab Episcopis suis instruendi sunt, qualiter & confitentium peccata discrete inquirere, eisque congruum modum secundum canonicam auctoritatem poenitentiæ noverint imponere. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. cap. 32.

### C A P U T XXXV.

In statutis conventibus primo omnium pari voto, parique consensu decrevimus, ut unusquisque nostrum in parochia sua dictis, & exemplis plebes sibi subjectas ad meliora incitare studearet, easque ut se amabiles cohiberent, & ad Deum ex toto corde converterent, sollicite admoneret; Deumque quem peccando sibi iratum fecerant, digna poenitentia, satisfactione, & eleemosynarum largitione sibi placabilem facere satagerent. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 3. c. 1. Vide c. Paris. l. 1. c. 5.

### C A P U T XXXVI.

Doctrina sacerdotalis secundum cujusque qualitatem omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta, atque utilis: nec minus exemplum boni operis doctrinæ conveniens in sacerdotibus esse debet, ut quod ore doctrina profert, vitæ meritum justæ operationis, verba sacerdotis omnibus delectabilia faciat ex sequenda, vitamque probabilem commendet. Aquisgr. II. sub Ludov. part. 1. c. 8.

### C A P U T XXXVII.

Dignum duximus, ut unusquisque Episcoporum studeat ministros suos pro modulo possibiliter bene instruere. Aquisgr. II. sub Lud. part. 2. cap. 11.

CA-

## C A P U T XXXVIII.

Nos propter auctoritatem ministerii nostri vos admonere, immo admonendo exigere a vobis quoquo modo debueramus; vos e contra propter divinum amorem, & honorem admonendo nos ad potiora provocatis. *Aquisgr. II. sub Lud. part. ult. in fine, ubi loquuntur Episcopi cum Imperatore.*

## C A P U T XXXIX.

Regia magnificentia liberiorem libertatem Episcopis ad suum peragendum in eorum parochiis ministerium, maxime in sacratissimis temporibus quadragesimæ scilicet, & adventus Domini tribuat, &c. Ipsi autem Episcopi concessum sibi otium, non in suas voluptates, sed in divinum, & officiosum convertant negotium, quatenus studentes prædicationi, & correctioni, &c. quod haecenus per parochias fuit neglectum, de cetero sit correctum, &c. *Meld. cap. 8.*

## C A P U T XL.

Omnes sacerdotes Domini pia vigilantia fidem catholicam indagare, & subditos sibi cum mandatorum Domini observantia, Episcopi qui que studiosissime docere contendant. *Meld. c. 29.*

## C A P U T XLI.

Ut quisque Episcopus talem juxta se pro viribus habere decertet, qui juxta sincerissimum, & purissimum sensum catholicorum Patrum de fide, & observatione mandatorum Dei, seu & prædicationis doctrina, presbyteros plebium assidue instruat, & informet, ne Domus Dei vivi, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi Divini remaneat. *Meld. 35. Burch. I. c. 83. Ivo p. 5. c. 194. decr.*

## C A P U T XLII.

Unusquisque nostrum, sive per se, sive per aliquem, vel aliquos ex ministris Ecclesiæ fideliter doctos, ita verbum prædicationis, tam in urbe, quam foris in plebis exhibeat, ut omnino eis admonitio, & exhortatio salutaris deesse non possit. *Valent. sub Lorb. c. 16.*

## C A P U T XLIII.

Qui aliorum errata corrigerem debemus, Episcopi dicimus, sed Episcopale ministerium non implevimus, ministerium prædicatoris reliquimus, eos, qui nobis commissi sunt, videamus Deum deserere, & in pravis actibus jacere, & tacemus, nec eis manum correctionis tendimus. *Trost. in princ.*

## C A P U T XLIV.

Terribilem nimis, imminentemque nobis (*Greg. nostro*) damnationem, & per nos, & per secundi ordinis consacerdotes, omnibus modis evadere conemur, erudientes assidue commissos nobis, fidei verbis, & bonorum operum exemplis, ut in omnibus exhibeamus nosmetipso sicut Dei ministros, ut non vituperetur ministerium nostrum. *Trost. c. 15.*

## C A P U T XLV.

Constantinus Constantiæ, quæ in Cypro est, Episcopus ait: „Oportebat vos Episcopos existentes ab aliis non debere doceri, sed aliorum esse doctores“. *Apud VII. synod. act. I. ante med.*

## C A P U T XLVI.

Evaristus septem diaconos ordinavit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter filium veritatis. *Dam. in Evar.*

## C A P U T XLVII.

Licet absque nostra admonitione ad vos (*Episcopos*) specialiter prædicandi causa pertineat: attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus esse participes, si filiorum vestrorum culpas non assidua objurgatione corrigitis, sed silentio præteritis. *Guntrannus Rex Francorum ad syn. Matisc. II.*

## C A P U T XLVIII.

Diebus Dominicis, &c. & reliquis solemnitatibus, &c. vos Apostolici Pontifices jungentes vobiscum consacerdotes vestros, & filios seniores Ecclesiæ, ac judices locorum quoicumque agnoscitis, quos vita honesta, ac qualitas commendat, ita universam populi multitudinem constanti, vel Deo placita jugiter prædicatione corrigite, ut & bene viventes mysticus adhortacionis sermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat, &c. *Ibid.*

## T I T U L U S LX.

## DE JUDICIO EPISCOPI.

## C A P U T I.

**S**i quis non hereticus, non excommunicatus, non judicatus, non accusatus dicat, se habere ecclesiasticam accusationem contra Episcopum, ante omnes Episcopos provinciæ instituat accusationes, & illic probet crimina in aliquibus causis Episcopi. Si quis hæc contemnens, audeat aures Imperiales molestare, aut facularium magistratum judicia, aut oecumenicam synodus, contemnens omnes dioceses. Episcopos, hic numquam ad accusandum recipiatur. *CP. c. 6. G.*

## C A P U T II.

Quia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas ecclesiasticas sub annuo pretio constituantur, quod ad sacerdotum gravamen, & subversiones judiciorum non est dubium redundare, id ulterius fieri distictius prohibemus. *Alex. III. in conc. Turon. cap. 7.*

## C A P U T III.

Cognitio caularum matrimonialium est Episcopi, non Abbatis. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. c. 2. ne Pra-  
lati vices suas; Greg. IX. & in I. coll.*

*tib. 12. de excess. Pra-  
lat. Gregor. IX. c. 1. eod. tit. in 4. coll.*

## C A P U T IV.

De presbyteris, diaconibus, seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actoribus interpellationem facere, nisi suo Episcopo. Et si forsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat juxta canonum statuta, & si minime convernit, ut decidatur inter eos intentio, apud Apostolicam conveniat Sedem. Si quis præter statuta agere præsumperit, gradus sui honore privetur, & ab Ecclesia pellatur, quoisque causa suscepit finem. *Zach. in syn. Rom. cap. 12.*

## C A P U T V.

Presbyteri hujus urbis Episcopum proprium recognoscant, & delinquentes canonice judicet, judi-

## 166 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Judicatisque obediens auscultent, & ad eos justi adveniant, si volunt ecclesiasticis participium retinere. Cuncta haec illis patienter sunt observanda, si ex toto canonum nolunt damna sentire.*  
*Leo IV. in synod. Rom. cap. 39.*

### C A P U T VI.

Pernicosa inolevit consuetudo, ut judex publicus, vel minister peccata populi, quae ab Episcopis sunt inquirenda, quibus animarum sollicitudo commissa est, quasi inquirendo vendant, & ea occasione scelestia vicia augmententur, &c. Habeant Episcopi singularum urbium in sua dioecesi liberam potestatem, adulteria, & scelera inquirere, ulcisci, & judicare, secundum quod canones censent, absque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit, ad comprimentos rebelles, & contemptores publicum convocent, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quae Deo placita sunt, & saluti animarum convenient, prosequendum.  
*Ravenna. sub Joann. IX. part. 2. cap. 13.*

### C A P U T VII.

\* alteri. Nullus presbyter superponat se altari\*, sed si criminosis fuerit aliquis presbyter, in præsentia Episcopi, vel Archidiaconi dijudicetur, & si probata fuerit ejus culpa, per Episcopum, vel suos expellatur, & alius per Episcopum intromittatur.  
*Greg. VII. in syn. Rom. cap. 4.*

### C A P U T VIII.

Quicumque causam habuerit, apud suos judices judicetur, & non ad alienos, &c. Sed ad XII. ejusdem provinciarum judices, ad quorum judicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum, apud Episcopos interveniente Primate, si quidem major causa fuerit, si vero minor, Metropolitano, si vero fuerit sæculare, apud eisdem ordinis viros judicio tamen Episcoporum, &c. [ Omnis opresus libere sacerdotum, si voluerit, appellat judicium, & a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur, &c. *Anach. epist. 1. antefin.*

### C A P U T IX.

\* q. 6. c. 3. \* q. 7. c. 16. Si quis erga Episcopum, vel actores ecclesiæ quamlibet querelam, aut actionem juste se habere crediderit, ipse Redemptoris sui, cuius actio nostra est institutio, viarum non immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceretur non remaledicebat, sed tanquam ovis coram rudente *Iesai. 13. b.* se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens apud Patrem intercessit, non prius Primates, aut alios judices adeat, quam ipsos, a quibus se læsum aestimat, convenient familiariter, & non semel, sed saepissime, ut ab eis, aut suam iustitiam accipiat, aut justam excusationem. *Alex. epist. 1. in med. Capit. lib. 7. cap. 21. in addit. Burch. lib. 1. cap. 132. O 144. Ivo lib. 4. tit. 5. cap. 6. panorm. O part. 5. cap. 242. O 257. decr. Anselm. lib. 3. cap. 81. Tarrac. lib. 2. cap. 27.*

### C A P U T X.

De accusationibus clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem Apostolicam deferre, finitiva Episcoporum tantum judicia huc deferantur, ut hujus sanctæ sedis auctoritate finiantur, &c. Quamvis. Reliquorum clericorum causas apud provincia-

les, & Metropolitanos, atque Primates, & ventilare, & juste definire licet. *Eleuth. epist. 1. cap. 2. Ivo part. 6. cap. 316. decr. O lib. 4. tit. 12. cap. 12. panorm.*

### C A P U T XI.

Præceptum est in antiquis statutis, Episcopos <sup>2. q. 2. c. ult.</sup> ejecitos, atque suis rebus exsoliati ecclesiæ proprias recipere, & primo sua omnia eis reddi, &c. Judices esse decernentes, Episcopos recte sapientes in ecclesiam convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur. *Zeph. epist. 2. in princ. Hadr. ad Episc. Mediom. cap. 13. Capitul. lib. 6. cap. 287. O lib. 7. cap. 129. in addit. Burch. lib. 1. cap. 153. Ivo lib. 4. tit. 6. cap. 1. O 2. panorm. O part. 5. cap. 265. decr.*

### C A P U T XII.

Deus, fratres, ad hoc præordinavit vos, & <sup>3. q. 1. c. 6.</sup> omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut in justicias removeatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeat, sed ei, qui calumniam, & opprobrium patitur, adjutorium feratis. Illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis. *Fabian. epist. 2. ad Orientales Episcopos in med.*

### C A P U T XIII.

Oportet, si aliquis Episcoporum super certis <sup>3. q. 6. c. 2.</sup> Si quis. accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia Episcopi, quia non oportet accusatum alicubi, quam in foro sui audiri. *Fabian. epist. 3. cap. 2. Xyst. III. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 147. Ivo part. 5. cap. 260. decr. Anselm. lib. 3. cap. 73.*

### C A P U T XIV.

Episcopi per singulas provincias obseruent, ne posteriores se prioribus suis præferant, nec eis in consultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant. Sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam profrent, & determinent. Quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec ecclesiastica reputabuntur. *Luc. epist. 1. post princ. Burch. lib. 1. cap. 54. Ivo part. 5. cap. 164. decr.*

### C A P U T XV.

Episcopus aliter non debet audiri, aut judicari, nisi in præsentia omnium comprovincialium, & ab omnibus comprovincialibus Episcopis, quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. *Steph. epist. 2. cap. 6.*

### C A P U T XVI.

Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. tunc ad summos Primates causa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco infra ipsam provinciam, tempore congruo, id est autumnali, vel æstivo, concilium regulariter convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciarum Episcopis inibi audiatur. *Felix epist. 2. in princ. Hadrian. Papa ep. 5. in princ. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 143. in addit. Burch. lib. 1. cap. 174. Ivo part. 5. cap. 292. decr.*

### C A P U T XVII.

Si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, <sup>2. q. 7. c. 50.</sup> vel

vel quilibet clericū apud Episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona, quæ rite recipienda est, fuerint accusati, quicumque fuerit, si ve ille sublimis vir honoris, sive alterius dignitatis, &c. noverit probationis documenta se debere inferre. *Cajus epist. 1. cap. 3. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. const. 41. Hadr. Papa cap. 22. vel 24. ad Episc. Medium. Capitul. lib. 7. cap. 43. Anselm. lib. 3. cap. 45.*

## C A P U T X V I I I .

Non licet Episcopo aliarum provinciarum Episcoporum judicium experiri, vel pati, sed omnibus ejusdem provinciæ Episcopis congregatis judicium auctoritate hujus sedis terminetur. *Marcell. epist. 1. post princ. Anselm. lib. 2. c. 7.*

## C A P U T X I X .

Tanta sæculi potestates circa sacerdotalē ordinem reverentia prævaluere, etiam hi, quos sub Imperiali nomine terris divina potentia præesse præcepit, ut jus distingendorum negotiorum Episcopis sanctis juxta divalia constituta permiserint. Quodcum & juris antiqui formulis, & illibatis frequentius sit legibus confirmatum, præsenti tempore a plerisque invenimus fuisse calcatum, &c. Censemus, ut quicumque prætermisso sacerdote ecclesiæ suæ ad disceptationem venerit sæcularium, sacris liminibus expulsus a cælesti arceatur altario, &c. Sane si clericus laicum pulset, prius te audiri ab Episcopis poscat, tum si petitioni suæ laicum viderit obviare, ex permisso Episcopi sui in sæculi moderatores disceptatione configat. *Leo epist. 94. in med. ad Episcopos Thraciæ. Anselm. lib. 3. cap. 110. in Rom.*

## C A P U T X X .

*6. q. 3. c. 2.* Scitote certam provinciam esse, quæ habet x. vel xi. civitates, & unum Regem, & totidem minores potestates sub se, & unum Episcopum, aliosque suffragatores x. vel xi. Episcopos judices, ad quorum judicium omnes causæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac civitatum causæ referantur, ut ab his omnibus justæ consona voce discernantur, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab his, qui judicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque provincia, sed apud semipræfatum habeat judices, sacerdotes, & Episcopos singulos, videlicet, juxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit, a suis sacerdotibus judicetur, & non ab alienis, id est, a suis justis judicibus provinciæ, & non ab externis, nisi a judicatis fuerit appellatum. *Pelag. II. epist. 1. ante fin. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 6. cap. 107. Tarrac. lib. 2. cap. 21.*

## C A P U T X X I .

*15. q. 7. c. 3.* Si quis tumidus, vel contumeliosus extiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus viciniis Episcopis, si diaconus est, arguantur, si presbyter, a sex, si Episcopus, a duodecim confessoribus audiatur, &c. Contemptus debet contumaciæ, & superbiæ in omnibus frangi, causa vero pro personis a statuto numero audiatur. *Carth. I. cap. 11.*

## C A P U T X X I I .

*15. q. 7. Febr. 1. c. 4. G. Suggero.* Veteres synodi statuunt, ut si quis Episcopus

accusat, & non possint plures Episcopi convenire, ne in reatu diu maneat, a duodecim Episcopis audiatur (*extra synodum L.*) presbyter a sex Episcopis, & a suo Episcopo, diaconus a tribus. *Carth. c. 12. G. Carth. II. c. 10. L. Tripolitanus* presbyter a quinque Episcopis, diaconus a tribus præsidente Episcopo proprio. *Carth. c. 14. G. Corpus canon. Carth. cap. 12. G. 14. Tribur. c. 10. Tullen. post epist. syn. refert Carth. c. 12. G. Burch. l. 1. c. 149. G. Ivo part. 5. c. 262. decret. G. Anselm. l. 3. cap. 42. sine inscriptione Cap. l. 6. c. 235.*

## C A P U T X X I I I .

Episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur. *Carth. IV. cap. 23. Hadr. ad Episcop. Medium. cap. 14. Burch. lib. 1. cap. 114. Ivo part. 5. c. 214. decr.*

## C A P U T X X I V .

Si presbyteri, vel diaconi accusentur, adjunctorum legitimo numero ex propinqua regione electorum Episcoporum quos accusati petierint, hoc est, nomine presbyteri sex, diaconi tres, cum his reorum accusatorum Episcopus causas eorum examinet. Eadem ratione dierum, & dilationum & examinationum, & personarum inter accusatores, & accusatos servanda. Ceterorum clericorum causas solus loci Episcopus cognoscit, & iudicat. *Carth. c. 20. G. Carth. III. cap. 8. L. referuntur in corpore canonum, ut Carth. cap. 20. G. in concil. Tribur. cap. 10. G. apud Burch. lib. 2. cap. 205. in editis, in veter. cap. 208. G. Ivo part. 6. cap. 280. decr.*

## C A P U T X X V .

Si quis ab Imperatore judiciorum cognitionem *11. q. 1. Pla-* petierit, proprio honore privetur. Si judicium Episcopale ab Imperatore petat, non impediatur. *Carth. cap. 107. G. Milev. c. 19. L. Afr. 71. L.*

## C A P U T X X VI .

Si qui negligant loca pertinentia suæ sedi lucrari ad Ecclesiæ catholicae unitatem, admoneantur a viciniis Episcopis, ut id faciant. Quod si intra sex menses non fecerint, qui poterit ea lucrari, sibi acquirat, nisi aliqua sit collusio hæreticorum cum his, de qua collusione judicent judices Episcopi. Si Episcopi diversarū provinciarū sint, *c. 3. defore ille Primas det judices, sub quo locus ille est, de quo comp. Greg. IX. c. 4. eod. contendit: si vero communi voluntate vicinos elegerunt judices, aut unus eligatur, aut tres; si tit. in 1. coll. tres, vel trium, vel saltem duorum sententiam sequantur. Carthag. 122. G. Milevit. 24. cap. 4. in 1. L. Afr. 88. L. Burch. lib. 1. c. 68. Ivo part. 5. coll. cap. 176. decr.*

## C A P U T X X V I I .

Placuit, ut non sibi unus Episcopus vindicet cognitionem. *Afr. c. 74.*

## C A P U T X X V I I I .

Contra Episcopale judicium laicis non licet profiliare. *Andegav. c. 2.*

## C A P U T X X I X .

Nullus clericus de qualibet causa, extra discussionem Episcopi sui, a sæculari judice injuriam patiatur. *Matis. c. 7.*

CA-

## 168 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T XXX.

11. q. 1. c. 6.  
nullus. & in  
1. coll. c. 2.  
de foro comp.  
Omne negotium clericorum, aut in Episco-  
pi sui, aut in presbyteri, aut Archidiaconi præ-  
sentia finiatur. *Matiscon. c. 8. Burch. lib. 16. c. 21.*

### C A P U T XXXI.

Decernat de libertis vestra auctoritas, qui ideo  
plus a judicibus affliguntur, quia sacris sunt com-  
mendati ecclesias, ut si quas quispiam dixerit contra  
eos actiones habere, non audeat eos magistra-  
tui contradere, sed Episcopi tantum judicio, in  
cujus judicio principaliter constant, quæ sunt ju-  
stitiae, & veritatis. Indignum est enim, ut ii, qui in  
sacrosancta Ecclesia jure noscuntur legitimo  
manumissi, aut per epistolam, aut per testamen-  
tum, aut per longinquitatem temporis, libertatis  
jure fruuntur, a quolibet injustissime inquietan-  
tur, &c. Quicumque a nobis de libertis latum de-  
cretum superbiae ausu prævaricari tentaverit, ir-  
reparabili damnationis suæ sententia feriatur.  
Sed si placuerit Episcopo, ordinarium judicem,  
aut quemlibet alium sacerularem in audienciam eorū  
accersiri, cum libuerit, fiat, nullus alias au-  
deat causas pertractare libertorum, nisi Episco-  
pus, cuius interest, aut is, cui idem audiendum  
tradiderit. *Matiscon. II. c. 7.*

### C A P U T XXXII.

Neque presbyter, neque diaconus, neque sub-  
diaconus de ecclesiis trahantur, aut injuriam ali-  
quam, inscio Episcopo eorum, patientur: sed  
quidquid quis adversus eos habuerit, in notitiam  
Episcopi proprii perducat, & ipse causam justi-  
tia praeunte discutiens, animo clericos accusantis  
satisfaciat. *Matis. II. c. 10.*

### C A P U T XXXIII.

Judices non prius viduas, & pupilos conve-  
niant, nisi Episcopo nuntiarint, cuius sub vela-  
mine degunt. Quod si Episcopus præsens non fuerit,  
Archidiaconus, & presbyter pariter sedentes  
communi deliberatione causis eorum terminos fi-  
gant, ita juste, ac recte, ut deinceps de talibus  
antedictæ personæ non conquassentur. Quod si is,  
qui judex est, aut impetrator, eis aut injuriam ali-  
quam ingesserit, aut definitionem tanti concilii  
transgressus fuerit, a communione suspendatur.  
*Matiscon. II. c. 12.*

### C A P U T XXXIV.

15. q. 7. c.  
1. & ult.  
Decrevimus, ut juxta priscorum Patrum syno-  
dalem sententiam, nullus nostrum sine concilii  
examine deiicere quemlibet presbyterum, vel  
diaconum audeat, &c. Episcopus enim sacerdoti-  
bus ac ministris solus honorem dare potest, au-  
ferre solus non potest. Qui profecto nec ab uno  
damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui  
privilegiis exui, sed præalentati synodali judicio,  
quod canon de illis præceperit, definiri. *Hispal.  
II. c. 6. Hadr. c. 25. de Episcop. Medium. Capi-  
tul. lib. 7. c. 320.*

### C A P U T XXXV.

Nullus Episcopus, nec Abbas, nec laicus, pro-  
pter justitiam faciendam sportulas contradictas  
accipiat, quia ubi dona intercurrunt, justitia e-  
vacuatur. *Vern. c. 25.*

### C A P U T XXXVI.

Nullus Episcoporum presbyterum, vel diaco-

num, vel Archimandritam in dispendo honoris  
condemnare præsumat, absque hujus veneranda  
sedis consultu. *Forojul. c. 7.*

### C A P U T XXXVII.

Ut comites, judices, seu reliquo populus obe-  
dientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad  
justicias faciendas, & munera pro judicio non re-  
cipiant, &c. *Arel. sub Carolo c. 13.*

### C A P U T XXXVIII.

Episcopus ad forum, neque ubi publice nego-  
tia judiciaria exercentur, non perget suæ causæ  
suffragatus, &c. Hoc & de Abbatibus, & de  
presbyteris, & diaconibus observandum est. Si  
vero eorum, qui in clero sunt, propria causa a-  
genda est, cum licentia Episcopi, & advocate per-  
agat, & suæ causæ cum justitia suffragetur. *Ca-  
bilon. sub Carol. c. 11.*

### C A P U T XXXIX.

Episcopi consentientes sint comitibus, & judi-  
cibus ad justicias faciendas, & nullatenus per ali-  
quorum mendacium, vel falsum testimonium,  
neque per perjurium, aut per præmium lex justa  
in aliquo depravetur. *Magunt. c. 8.*

### C A P U T XL.

1. Cor. 4.  
tempus judicare, quo ad usque veniat Dominus  
qui & illuminabit abscondita tenebrarum, &  
manifestabit consilia cordium, & tunc laus e-  
rit unicuique a Deo. Et illius memores sint: In Matt. 7. a.  
quo iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis.  
Remens. cap. 19. Burch. lib. 1. cap. 60. Ivo part.  
5. c. 170. decr.

Episcopi, & judices judicia discernant, quia  
sunt quædam judicanda modo, quædam Dei ju-  
dicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite ante*

15. q. 7. c.  
4. & 3. q. 8.  
cap. ult.  
Prædicatores sancti, qui districtum Dei iudi-  
cium metuunt, animarum judices sunt, & alios  
damnant, & liberant, qui semetipsos damnari  
metuebant, horum profecto nunc in Ecclesia E-  
piscopi locum tenent. Solvendi atque ligandi au-  
toritatem suscipiunt, qui gradum regiminis for-  
tiuntur, grandis honor, sed grave pondus istius  
est honoris. Durum quippe est, ut, qui nescit te-  
nere moderamina vita suæ, judex fiat vita alienæ.  
Et plerumque contingit, ut ipse judicij locum te-  
neat, cui ad eum locum vita minime concordat.  
Ac proinde sæpe agitur, ut vel daminet immeri-  
tos, vel ipse ligatus alios solvat, sæpe in solven-  
dis ac ligandis subditis suæ voluntatis motus,  
non autem causarum merita sequitur: unde fit,  
ut ipse hac ligandi, ac solvendi potestate se privet,  
qui hanc pro suis voluntatibus, & non pro subje-  
ctorum meritis exercet: sæpe fit, ut erga quem-  
libet proximum odio, vel gratia moveatur pastor.  
Judicare autem digne de subditis nequeunt, qui  
in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam fe-  
quentur. *Greg. homil. 26. supr. Evang. Joann.  
20. Cum fero esset. apud Aqui gr. c. 37.*

### C A P U T XLII.

Statutum est in hac sancta, & universali syno-  
do, ut nullus Episcopus deponatur, nisi a duode-  
cim Episcopis, presb. a sex, diaconus a tribus. In  
concilio Carthaginensi cap. duodecimo, [Felix  
Episcopus dixit: „Si quis Episcopus in reatum a-

15.9.7. c.5.  
Si autem.

„ liquem incurrit, & non potest plurimos con-  
„ gregare Episcopos, ne in crimen remaneat,  
„ a duodecim Episcopis audiatur, & presbyter  
„ a sex, cum proprio suo Episcopo, & diaconus  
„ a tribus Episcopis audiatur“, & in eodem con-  
cilio, cap. XX. „ Ut presbyter a sex, diaco-  
nus a tribus discutiatur Episcopis. Reliquorum  
clericorum causas etiam solus Episcopus loci  
cognoscat & definiat “. Trib. c. 10. Carth.  
12. G. Carth. II. cap. 10. C. Carth. III. cap. 4.  
L. Tullen. post epist. syn. Burch. lib. 1. c. 149.  
C. lib. 2. cap. 205. Ivo part. 3. c. 262. C. part.  
6. c. 280. decret. Ans. lib. 3. c. 42.

#### C A P U T XLIII.

Si forte inter ipsos Episcopos quæstio de quo-  
libet negotio orta fuerit, Primas provinciarum judi-  
ces Episcopos dare debet. *Troslejan. in princ.*

#### C A P U T XLIV.

Clerici, & monachi, qui inter se negotium a-  
liquod habuerint, a suo Episcopo judicentur, &  
non a secularibus. *Troslejan. c. 3. Ex Capitul.*  
*lib. 1. c. 28. ubi ex Chalced. cap. 9.*

#### C A P U T XLV.

Sancimus, sicut editi nostri forma declarat,  
sententias Episcoporum quolibet genere latas,  
sine aliqua ætatis discretione inviolatas semper,  
incorruptasque servare, scilicet, ut pro sanctis  
semper, & venerabilibus habeatur, quidquid E-  
piscoporum fuerit sententia terminatum. Sive ita-  
que inter minores, sive inter maiores ab Epi-  
scopis fuerit judicatum, apud vos, qui judiciorum  
sumnam tenetis, & apud ceteros omnes judices  
ad executionem volumus pertinere. Multa enim,  
quaæ in judicio captiæ præscriptionis vincula  
promi non patiuntur, investigat, & promit sa-  
cerdosæ religionis auctoritas. Omnes itaque  
causæ, quaæ vel prætorio jure, vel civili tractan-  
tur, Episcoporum sententiis terminatae, perpe-  
tuo stabilitatis jure firmentur, nec licet ulterius  
retractari negotium, quod Episcoporum senten-  
tia deciderit. *Edit. Constant. Imperator. apud*  
*conc. Valent. sub Lothario.*

#### C A P U T XLVI.

Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem  
vobis dedit de nobis quoque judicandi, & ideo  
nos a vobis recte judicamur, vos autem non po-  
testis ab hominibus judicari. Propter quod Dei so-  
lius inter vos expectate judicium, ut & vestra jur-  
gia, quæcumque sunt, ad illud divinum refe-  
rantur examen. Vos etenim nobis a Deo dati es-  
tis dii, conveniens non est, ut homo dijudicet  
deos, sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit in Psalm. 81.*  
*synagoga deorum, in medio autem deos disser-.*  
*nit. Constantinus Imperator in historia ecclesiasti-.*  
*ca Rufini lib. 10. cap. 2. apud Parisien. sub Lu-*  
*dov. C. Lothar. lib. 1. cap. 19.*

#### T I T U L U S LXI.

#### DE IMMUNITATE EPISCOPORUM.

#### C A P U T I.

31. q. 1. c. 31. q. 1. c. 34. Nulli. **N**emo clericus, vel subdiaconus, aut dia-  
conus, aut presbyter, aut Episcopus pro-  
pter causam suam quamlibet intret in curiam,  
quoniam omnis curia a cruento dicitur, & immo-  
latio simulacrorum est. Quod si quis clericus in  
Tom. V.

curiam introierit, anathema suscipiat, nunquam  
rediens ad matrem Ecclesiam. *Silvester in syn.*  
*Rom. CCLXXXII. Episc. cap. 16. C. in epilogo.*  
*Long. lib. 2. tit. 51. cap. 12. Ivo lib. 4. tit. 5.*  
*cap. 1. panorm.*

#### C A P U T II.

Relatum est, quod quidam æmuli Christi, 11. q. 1. c. 15.  
eiusque sanctæ Ecclesiaz infidiales, sacerdotes  
Dei ad judices publicos accusare præsumant, cum  
magis Apostolus Christianorum causas ad ecclæ-  
sias deferri, & ibidem terminari præcipiat. *Alex. 1. Corint. 6.*  
*epist. 1. in princ. Capit. lib. 7. cap. 155. Anselm.*  
*lib. 2. cap. 35.*

#### C A P U T III.

Cur non adiistis Imperatorem? &c. allegan-  
tes, numquam de Pontificibus nisi Ecclesiam ju-  
dicasse, obsequi solere Principes Christianos de-  
cretis Ecclesiae, non suam præponere potestatem.  
Episcopis caput subdere Principem solitum, non  
de eorum capitibus judicare. *Gelas. epist. ad Epi-*  
*scopos Orientis, in med.*

#### C A P U T IV.

Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, cle-  
ricus de re criminali, vel civili in Ecclesia con-  
tendat, omisso judicio ecclesiastico, publicis ju-  
diciis velit se purgare, licet pro eo sententia fera-  
tur, suum locum amittat, si causa criminalis est.  
Si civilis, amittat quod evicit, si proprium lo-  
cum habere voluerit, &c. *Carth. cap. 15. G.*  
*Corpus canon. cap. 15. Carth. III. cap. 9. L. Ca-*  
*pitul. lib. 1. cap. 38. C. lib. 7. cap. 145. C. 155.*  
*Vide Chalc. 9. Ivo part. 6. cap. 362. decret. Cæ-*  
*sar. lib. 5. cap. 63.*

#### C A P U T V.

Ad ullam administrationem Pontifices, pres-  
byteros, atque diaconos ideo excusatos esse de-  
crevimus, quia, quod lex sæculi etiam paganis  
sacerdotibus, & ministris ante præstiterat, justum  
est, ut erga Christianos specialiter conservetur.  
*Aurel. IV. cap. 13.*

#### C A P U T VI.

Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem  
vobis dedit de nobis quoque judicandi, & ideo  
nos a vobis recte judicamur, vos autem non po-  
testis ab hominibus judicari. Propter quod Dei  
solius inter vos expectate judicium, ut vestra  
juria, quæcumque sunt, ad illud divinum refe-  
rantur examen. Vos etenim nobis a Deo dati es-  
tis dii, conveniens non est, ut homo dijudicet  
deos, sed ille solus, de quo scriptum est: *Deus stetit in Psalm. 81.*  
*synagoga deorum, in medio autem deos disser-.*  
*nit. Constantinus Imperator in historia ecclesiasti-.*  
*ca Rufini lib. 10. cap. 2. apud Parisien. sub Lu-*  
*dov. C. Lothar. lib. 1. cap. 19.*

#### T I T U L U S LXII.

#### EPISCOPUS CORRIGAT SUBDITOS.

#### C A P U T I.

I Refragabili constitutione sancimus, ut ecclæ-  
siarum Prælati ad corrigendum subditorum  
excessum, maxime clericorum, & reformatum  
nores prudenter, & diligenter intendant, ne san-  
guis eorum de suis manibus requiratur. *Innoc. III.*  
*in conc. gen. Laser. cap. 7.*

*De offic. jud.*  
*ordin. c. 3.*  
*Greg. IX. c.*  
*1. eod. tit. in*  
*4. coll.*

# 170 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T II.

*De accusat.* Qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus novi, & veteris testamenti colligitur evidenter, &c. non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, & famam ad aures superioris pervenerit, &c. debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, &c. diligentius tamen observandum est in Prælatis, qui quasi

*Tbre. 3. b.* signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurunt, & insidias patiuntur. Ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruat adficium, &c. *Innoc. III. in concil. general. Lateran. cap. 8.*

## C A P U T III.

*Dif. 83. c. 1.* Si quis Episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, seu subdiaconorum, vel criminis \* incestus in sua parochia, precibus vel pretio interveniente consenserit, vel commissum, sibique compertum auctoritate sui officii non impugnaverit, ab officio suspendatur. *Greg. VII. in syn. Roman. anni VI. cap. 12. Tarrac. lib. 5. c. 56.*

## C A P U T IV.

Pastoralis ordinis est, infatigabiliter revocare quidquid ad correctionem populum immo magis filiorum spiritualium cognoverit pertinere, & non cum suo pericula alienæ spei, per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est providere tractatu. *Clem. ep. 2. post med.*

## C A P U T V.

Sunt quidam presbyteri, seu Episcopi multis vitiis irretiti, quorum vita in se ipsis sacerdotium maculat, & adjecisti, si tibi liceret cum eis edere, aut loqui, nisi coerciti fuerint. Hos ex Apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam ecclesiasticae disciplinae reducas. Et si quidem obedierint, salvabunt animas suas, & ipse mercedem lucratu es. Verum tamen collocutionem, & mensam communem cum eis agere non recuses, &c. Sæpe conviviorum sedulitas, & admonitio blanda ad viam perducit justitiae. *Greg. III. epist. 4. in fine.*

## C A P U T VI.

*Dif. 43. c. 4.* Sicut non leve discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro divinitatis cultu, & ecclesiæ correctione, quod congruit, ita his, quod absit, non mediocre periculum est, qui cum debeat parere, despiciunt. *Nicol. epist. ad Mich. Imper. in fin.*

## C A P U T VII.

*Dif. 50. cap. 21.* Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserit, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut, cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemque recipient. *Agath. cap. 2.*

*Capit. lib. 7. cap. 311. & in addit. 280. Ivo part. 6. cap. 366. decr.*

## C A P U T VIII.

Ut unusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua parochia, tam de clero, quam de regularibus vel secularibus ad corrigendum, vel emendandum secundum ordinem canonicum spiritalem, ut sic vivant, qualiter Deo placere possint. *Vernen. sub Pipino, cap. 3.*

## C A P U T IX.

Qui præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, ut non solum auctoritate, verum etiam humilitate clarescat, sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissolvatur vita subditorum in vitiis, atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis, severitas existat immoderationis. Hæc est in Dei sacerdotibus vera discretio, quæ nec per libertatem superbi, nec per humilitatem fiunt remissi. Hinc est, quod sancti cum multa constantia redarguerunt etiam Principum vitia, in quibus cum summa esset humilitas, loco tamen necessario libere transgressores iustitiae increpabant. Aliquando etiam subditis nos oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum judican- 9. 2. 3. c. 15. tur a nobis, nostra vero Deus judicat. Agnoscat Episcopus, servum se esse plebis, non dominum, verum hoc charitas, non conditio exigit. *Iсидor. lib. 3. de summo bono, cap. 42. apud Aqui/gr. cap. 22. Anter. epist. 1. Anselm. lib. 1. cap. 53.*

## C A P U T X.

Ad hoc, nisi me fallit opinio, sancte vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet, si quod prædicat fieri debere, non faciat, aut si, quod non facit, prædicare præsumperit, nihil apud eos, qui ejus vitam novere, proficiat. Quia ad hoc est ecclesiæ Dei præpositus, ut non solum bene vivendo alios exemplo suæ conversationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, singulis ante oculos peccata sua constituat, quæ pœna maneat duris, quæ gloria obedientibus ostendat. Nullius salutem desperando contemnat, animas emendandi nolentium plangat, imitatus Apostolum, qui ait: *Ut lugemus multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam.* Et iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uor? Quapropter sciens, quod si quibuslibet divitibus, ac potentibus male viventibus parcat, aut soveat, eos perdat, simul & pereat, & sancte debet vivere propter exemplum, & pie docere propter suæ administrationis officium, certus, quod ei sua iustitia nihil suffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur. Quando quicumque alias perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus poenas sui sceleris dabit; ille autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte vivat, & tamen perdite viventes arguere, aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit, non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechiem Prophetam sub cujusdam terroris denunciatione loquitur, dicens ad eum: *Et tu Ezech. 3. b. fili**

*fili hominis, speculatorum dedi te domui Israel.*  
Nec hoc transunter debemus audire, quod sa-  
cerdotem speculatorum appellat, &c. *Audiens,*  
*Ezecl. 3. d.* *inquit, sermonem ex ore meo, & annuncias eis ex me, &c.* Hoc est dicere: Si ei sua peccata  
non annunciaris, si eum non argueris, ut ab  
impietate sua convertatur, & vivat, & te, qui  
non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccavit,  
flamnis perennibus perdam. Quis, rogo, tam  
faxe pectoris, quis tam ferreus erit, quem sen-  
tentia ista non terreat? quis tam alienus a fide,  
qui sententiaz isti non credit? *Prosp. de vita  
contemplat. lib. I. cap. 20. apud Aquisgr. c. 26.*

## C A P U T XI.

Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut pec-  
cantes non arguant, testante Domino ad Prophe-  
*Ezecl. 3. d.* tam: *Speculatorum dedi te domui Israel, si non fueris locutus, ut se custodiar impius a via sua,*  
*1. Reg. 2. e.* *ille in iniquitate sua morietur, sanguinem vero ejus de manu tua requiram.* Sic enim Heli sacer-  
*& 4. d.* dos pro filiorum iniquitate damnatus est: & li-  
cet eos delinquentes admonuit, sed tamen, ut o-  
portuit, non redarguit, sacerdotes exquirere de-  
bent peccata populorum, & sagaci sollicitudine  
unumquemque probare, juxta testimonium Do-  
mini, ad Hieremiam loquentis: *Probatorem,*  
*Hier. 6. g.* *inquit, dedi te in populo meo robustum, & eius-  
eies, & probabis vias eorum.* Sacerdotes studio  
corrigendi, facta perscrutari debent subiectorum,  
ut emendatos lucri facere possint. Sicut autem  
peccatorem convenit argui, ita justum non exul-  
cerari. Sacerdotes curam debent habere de his,  
qui pereunt, ut sacerdotali redargutione, aut cor-  
rigantur a peccatis, aut si incorrigibiles existunt,  
ab Ecclesia separentur, &c. Bonorum studia sa-  
cerdotum, multa diligentia etiam parva plebium  
facta perquirunt, ut dum in minimis subditorum  
peccatis se acerrimos praestant, majori malo cau-  
tos sibi subditos, ac sollicitos faciant. Sicut me-  
dici morbos imminentes curandos suscipiunt, fu-  
turos vero, ne irrepant, medicinaz objectu qua-  
dam præscientia antecedunt, ita & doctores boni,  
sic ea, quæ male acta sunt, resecent, ut ea, quæ  
admitti possunt, ne perpetrentur, doctrina sua  
succurrente præveniant. *Isid. lib. 3. de summo  
bon. cap. 46. apud Aquisgr. c. 36.*

## C A P U T XII.

Post illa verba, quibus negligentium sacerdo-  
tum finis ostenditur, de Pontifice officium suum  
curante, Propheta sic loquitur: „Si autem an-  
nuntiante te ad impium, ut a vitiis suis conver-  
tatur, non fuerit conversus a via sua, ipse im-  
pius iniquitate sua morietur, & tu animam  
tuā liberasti“. Hic certe satis evidenter osten-  
ditur, quod sive proficiant, sive non proficiant  
auditores, tacere eis non debeant sacerdotes. Nec  
ideo rei sunt, si forte eorum verba populi non  
audiunt, vel audita contemnunt, sed si ab eis  
corrigendis absistunt, quia si nec exemplo vita  
præpositorum suorum, nec verbo doctrinaz popu-  
li contumaces emendati proficiunt, ipsi sibi causa  
suaz perditionis existunt, & doctores suos, quo-  
rum exempla simul, ac verba despiciunt, invol-

vere criminibus suis omnino non potuerunt, &c.  
Quod si corripiantem, si iram futuram, quæ con-  
temptoribus imminet nuntiantem, homines ter-  
reni despiciant, sanguis eorum in ipsis erit, & sa-  
cerdos, qui eis peccata eorum non tacuit, poenæ,  
quæ eos expectat, particeps esse non poterit. *Pro-  
sp. lib. I. de vita contempl. cap. 22. apud A-  
quisgr. c. 106.*

## C A P U T XIII.

Scriptura divina (*Episcopos bonos*) *speculatorum*  
appellat, qui speculantur actus omnium, &  
qualiter unusquisque cum suis in domo, qualiter  
in civitate cum civibus vivat, intentione religio-  
fæ curiositatis explorant, quos bonos probave-  
rint, honorando confirmant, quos deprehende-  
rint vitiosos, arguentes emendant, aut si emenda-  
re nequierint, æquanimiter portant, habituri  
uberrimum fructum, aut de sua distinctione, si  
correpti proficerint, aut de sua patientia, etiam  
si illi, quos sustinent, emendari noluerint. *Paris.*  
*sub Lud. & Loth. lib. I. c. 4.*

## C A P U T XIV.

Qui sacerdos est, & non corripit delinquentes,  
sacerdotis officium præterit. *Hier. in c. 2. Ma-  
lach. apud Parisien. sub Ludov. & Loth. lib. I.  
cap. 12.*

## C A P U T XV.

Omnibus sacerdotibus illa specialiter senten-  
tia beati Gregorii ante oculos constituenda est, in  
qua inter cetera: *Cum rerum, inquit, necessitas  
exposcit, pensandum valde est, ad culmen quis-  
que regiminis qualiter veniat, atque ad hoc ri-  
te perveniens, qualiter vivat, & bene vivens  
qualiter doceat, & recte docens, infirmitatem  
suam cotidie, quanta valet consideratione, co-  
gnoscat. Paris. sub Lud. & Loth. lib. I. c. 12. en  
Greg. in pro pastor.*

## C A P U T XVI.

Si forte, quod absit, ullus Episcoporum dein-  
ceps sectatores avaritiaz ministros in parochia sua  
constituerit, & eorum cognitam pravitatem au-  
toritate pastorali acriter ferire detrectaverit, e-  
xemplum negligentis Heli sacerdotis imitari se  
cognoscat, sciatque, quia quidquid pravitatis,  
vel avaritiaz, hujuscemodi subjecti in plebis  
Christi egerint, si eos corrigere juxta facti qual-  
itatem neglexerit, in eo proculdubio, a quo con-  
stituti sunt, ea, quæ admiserint, redundabunt,  
& synodali se correptioni modis omnibus subi-  
ciendum. Nam & in communi consentu statui-  
mus, ut unusquisque Episcoporum super Archidi-  
aconis suis deinceps vigilantorem curam adhi-  
beat, quoniam propter eorum avaritiam, & mo-  
rum improbitatem multi scandalizantur. *Paris.*  
*sub Lud. & Loth. lib. I. c. 25. Aquisgr. II. sub  
Lud. part. 3. c. 4.*

## C A P U T XVII.

Oportet, ut Episcopi suaz parochiæ sacerdotes  
& monachos (*a vacillationibus & negotiationi-  
bus*) aliisque illicitis actionibus, sua auctoritate  
compescant; transgressores vero censura corri-  
piant. *Paris. sub Ludovico, & Loth. lib. I. c. 28.*

## C A P U T XVIII.

Unusquisque Episcoporum, non solum presby-  
te-

## 172 Juris Pontificii Veteris Epitome

terorum, verum etiam sequentium ordinum parochiæ suæ gradum amittentium, vitam, & conversationem, morumque emendationem tam per se, quam per ministros suos noverit, eosque canonica discipline subdere non negligat. *Paris. sub Lud.* & *Loth. lib. 1. c. 34.*

### C A P U T XIX.

Necesse est, ut rector sollerter invigilet, ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiose interiora penetrat, cum provide exterritoria subministrat, se magis a subditis diligat quam veritatem querat, ne cum bonis auctibus fatus, a mundo videtur alienus, hunc auctori reddat extraneum amor suus. *Aquisgr. II. sub Lud. part. 1. cap. 10.*

### C A P U T XX.

Si forte ullus Episcoporum deinceps sectatores avaritiae ministros in parochia sua constituerit & eorum cognitam pravitatem auctoritate pastorali acriter ferire detrectaverit, exemplum negligentis Hæli sacerdotis imitari se cognoscet, & synodali correptioni modis omnibus subiaceendum. Nam & in consensu communis statuimus, ut unusquisque Episcoporum super Archidiacenos suos deinceps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum avaritiam, & morum improbitatem multi scandalizantur, & ministerium sacerdotale vituperatur, & in ecclesiis a sacerdotibus multa propter eos negliguntur. *Aquisgran. II. sub Ludovic. Imperat. part. 3. cap. 4. parisienſ. sub Ludovic. & Lothar. lib. 1. cap. 25.*

### C A P U T XXI.

Ipsi Episcopi concessum sibi otium, non in suas voluptates sed in divinum, & officium convertant negotium, quatenus studentes prædicationi, & correctioni, atque confirmationi, quod habetens per parochias fuit neglegatum, sollerter, & devotissime de cetero sit correctum, & emendatum. *Meld. c. 28.*

### C A P U T XXII.

Episcopi secundum illorum ministerium, ac sacram auctoritatem uniti sint, & mutuo consilio, atque auxilio Reges, regnumque primores, atque populum sibi commissum in Domino regnant, & corrigan. *Tullen. part. 1. c. 2.*

### C A P U T XXIII.

Qui aliorum errata corrigerere debemus, Episcopi dicimus, sed episcopale ministerium non implevimus, ministerium prædictoris reliquimus, &c. Nobis ergo, qui nomine censemur Episcopi, maxima, & prope importabilis incumbit sarcina pastoralis officii, dum instat reddenda ratio negotii nobis commissi, cum exactione lucri. Et dum jam jamque adventus immineat illius in maiestate terribili ubi omnes cum gregibus suis venient pastores in conspectum pastoris æterni, augmentum de grege, lucrum de negotio, manipulos de segete illaturi, quid sumus acturi pastores vocati illic, sine ovibus venientes, quæ valeant præsentari? *Herveus Archiepiscopus Remens. in conc. Troslejan. post principium.*

### T I T U L U S LXIII. EPISCOPI VISITENT DIOCESES.

### C A P U T I.

*De stat. mot. c. 7. Gr. IX. & c. 2. eod. tit in 4. coll.*

**I**N singulis regnis, sive provinciis fiat de triennio in triennium, salvo jure dioecesorum Pontificum, commune capitulum Abbatum, atque Priorum, &c. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ, ac circumspæctæ personæ, quæ singulas Abbatias ejusdem regni, sive provinciæ non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, &c. Si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuntiant Episcopo proprio, ut illum amovere procuret; quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem, &c. Porro dicefanii Episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformare, &c. ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur, quia sic volumus superiorum jura servari, ut inferiores nolimus injurias sustinere. Ad hoc, districte præcipimus tam dioecesanis Episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescant advocates, patronos, &c. ne monasteria præsumant offendere in personis, ac rebus, &c. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 12.*

### C A P U T II.

Hoc consilio utiliori decretum est, ut si placet memoratarum urbium Episcopis, unaquæque de his (*loquitur de urbe Arelatensi, & Viennensi*) viciniores sibi inter provincias vindicet civitates atque eas ecclesiæ visitet, quas oppidis suis proximas magis esse confiterit. *Taurin. c. 1. in fine.*

### C A P U T III.

Constitutum est in concilio Hipponeensi, singulas provincias tempore concilii visitandas esse. *Carth. 53. G. Afr. 19. L.*

### C A P U T IV.

Antiquæ consuetudinis ordo servetur, ut annuis vicibus ab Episcopo dioeceses visitentur, & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparari præcipiatur, quia tertia ex omnibus antiqua traditione, ut accipiat ab Episcopis, novimus statutum. *Tarrac. 8. Burch. lib. 3. c. 33. Ivo part. 3. c. 38. decr.*

### C A P U T V.

Episcopum per cunctas dioeceses, parochias, que suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat, quo unaquæque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse languore detenus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum, & reparations, & ministrantium vitam inquirant. *Tolet. IV. cap. 35. Burchard. lib. 1. cap. 87. Ivo part. 5. cap. 193. decret.*

### C A P U T VI.

Per singulas ecclesiæ Episcopi, & dioeceses ambulantes, primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel missarum, & qualiter officia in ecclesia peragant, & si recte quidem invenerint, Deo gratias agant, sin autem minime, docere debent ignaros, &c. alia die convocata plebe ipsius ecclesiæ doceant illos ut errores fugiant idolorum, vel diversa crimina, &c. & sic

*tit in 4. coll.*

*10. 2., De-crevimus.*

*10. q. 1. c. 12. Placuit.*

& sic postea Episcopus de ecclesia illa proficiatur ad aliam. Bracar. II. c. 1. Burch. lib. I. c. 85. Ivo part. I. c. 75. C part. 5. c. 191. decr.

## C A P U T VII.

Quorundam Episcoporum reprehensibilis, immo damnabilis consuetudo omnimodis corrigitur, qui plebes sibi creditas, aut raro, aut numquam per se ipsos, juxta ordinem Evangelicum & Apostolicum, atque ecclesiasticum visitant, cum Dominus dicat: *Speculatorum dedi te domui Israel, C audies ex ore meo verbum, annuncias eis ex me.* Melden. c. 39.

T I T U L U S LXIV.  
DE SUMPTIBUS, QUI DECERNUNTUR  
EPISCOPIS, CUM VISITANT  
DIOCESSES.

## C A P U T I.

*De censib. c. 6. Greg. IX. C in 1. coll. 1. Thed. 2. b. 2. Thes. 3. b.* CUM Apostolus se, & suos propriis manibus decreverit exhibendos, ut locum prædicandi auferret pseudoapostolis, & illis, quibus prædicabat, non existeret onerosus, &c. quidam fratribus coepiscoporum nostrorum ita graves in procurationibus suis subditis existunt, ut interdum ornamenta ecclesiastica subditi compellantur expōnere, & longi temporis viētum brevis hora consumat. Quocirca statuimus, quod Archiepiscopi parochias visitantes, pro diversitate provinciarum, & facultatibus ecclesiarum XL. vel L. electionis numerum non excedant, &c. Episcopi viginti, vel triginta nequaquam excedant, &c. Sane quod de prædicto numero electionis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit observari, in quibus ampliores sunt redditus, & ecclesiæ facultates, &c. Alex. III. in conc. Later. cap. 4.

## C A P U T II.

*De censib. c. 22. Greg. IX. c. 2. cod. tit. in 4. coll.* Procurationes, quæ visitationis ratione debentur Episcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet aliis, etiam Apostolicæ sedis legatis, aut nuntiis, absque manifesta, & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt, & tunc electionum, & personarum mediocritatem obseruent, in Lateranensi concilio definitam, &c. Qui contra hoc venerit, & quod acceperat, reddat, & ecclesiæ, quæ taliter aggravantur, tantundem impendat. Innocen. III. in conc. gener. Later. cap. 33.

## C A P U T III.

*10. q. 3. c. 1.* Nullus Episcoporum per suas dioceses ambulans, præter honorem cathedrae suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per ecclesiæ tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiæ parochialibus requirat. Brac. II. cap. 2.

## C A P U T IV.

Placuit, ut tam a presbyteris, quam ab Abbatis, sive etiam diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur, ut a nullo contumeliam pati videatur, & quandoque contigerit eum, juxta canonicanam sententiam visitandi \* suam parochiam, & digne eum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent, quæ fuerint necessaria. Emeriten. cap. 11.

## C A P U T V.

*10. q. 3. In- ter. cap. 8.* Cum Episcopus diocesim visitat, nulli præ-

multitudine onerosus existat, nec umquam quinariū \* numerum electionis excedat, aut amplios, quam una die per unamquam basilicam remorandi licentiam habeat. Tolet. VII. cap. 4. Burch. lib. I. cap. 86. Ivo part. 5. cap. 192. decr.

## C A P U T VI.

Quando jure canonico Episcopus circumit parochiam ad confirmandum populum, Abbates, vel presbyteri parati sint ad suscipiendum Episcopum in adjutorium necessitatis. Sueffion. sub Pipino.

## C A P U T VII.

Cavendum est, nec cum Episcopi parochias suas peragrant, quandam damnosam erga subditos, seu erga socios tyrannidem exerceant, nec, quod absit, cum \* charitate, sed \* cum quadam judiciaria invectione stipendia ab eis exigant. Observandum etiam modis omnibus ut si quando eis peragrandæ parochiæ necessitas incubit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emanatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in deprædandis, & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum a fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summopere observare debent, ne quem scandalizent, aut gravent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, ut & verbi Dei præparator, ubi proprii desunt, & item fratres illius potentia non graventur, exemplo *2. Thes. 3. d.* Apostoli Pauli, qui ne quem gravaret, arte, & manibus viētum quærebat. Cabilon. sub Carolo cap. 14. Ivo part. 3. cap. 133. decr.

## C A P U T VIII.

Episcopi prævideant \* quem honorem presbyteri pro ecclesiis senioribus tribuant. Vormac. 5. 8. ant. f.

## C A P U T IX.

Didicimus quorundam relatu, nonnullos coepiscoporum nostrorum in peragendis parochiis suis non solum confessoribus, verum etiam quibusdam aliis fidelibus, quibus consultum ferre debuerant, oneri existere, & ob hanc causam multos in sui detractionem, detestationemque pertrahere. Idcirco in commune statuimus, ne ultrius a quoquam Episcoporum tale quid fiat. Statuimus etiam, ut tempore congruo unusquisque Episcoporum parochiam suam circumeat. Et quamquam auctoritas canonica doceat, ut quarta pars decimarum, & redditum ex oblationibus fidelium in usus Episcoporum cedat, ubicunque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit, ubi autem nihil rerum ecclesiæ sua habet, accipiat de memorata quarta parte fibi, suisque, non quod avaritia, quod absit, suaferit, sed potius, quod necessitas computerit. Ceterum si accipiendo nulla necessitas urferit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed usibus ecclesiarum, & pauperibus Christi impariendam secundum suam dispositionem relinquat. Paris. sub Ludov. C Losb. lib. I. cap. 32.

## C A P U T X.

Ipsa visitatio plebium, & parochialium sacerdotum, tam moderate, & in quantum fieri potest, juxta canonicanam institutionem fiat, ut manife-

## 174 Juris Pontificii Veteris Epitome

nifestum sit , sive per nos , sive per nostros sola  
ibi animarum lucra perquiri , nec aliquem impor-  
tunitate , & nimietate gravari , & contrastari , ne  
verbū Domini , & doctrina blasphemetur. Pla-  
cet. Firmatum, Valent. sub Lothar. cap. 17.

### C A P U T XI.

De servitio presbyterorum erga Episcopos suos ,  
consuetudo , ut nobis videtur , valde reprehensi-  
bilis amputetur , ut scilicet quotiens Episcopus  
statuto tempore visitationem , & prædicationem  
per eosdem sacerdotes , & populos ( non ) exer-  
ceret , nequaquam ab eis pro solito servitio pecuni-  
as exigat. Hoc enim & B. Job per similitudinem  
terra fructiferæ , & agricolarum ejus , id est , Ec-  
clesiarum , & sacerdotum , nimis cavendum significat  
Job. 31. d. dicens : Si fructus ejus comedи absque pecunia ,  
O animam agricolarum ejus affixi : docens ,  
nequaquam absque pecunia , id est , prædicationis  
verbo , vel pretio ecclesiastica stipendia usur-  
panda , nec improbitate aliqua agricolarum , id  
est , consacerdotum , & conlaborantium animas  
affigendas. Valent. sub Lothario cap. 22.

### C A P U T XII.

Statuimus , ne Episcopi , quando pro confir-  
mando populum parochias circumeunt , Archi-  
presbyteros suos gravent , ut hujusmodi dispensa  
contenti fiat , panes centum , frisingas quattuor ,  
vini sextaria quinquaginta , pullos septem , ova  
quinquaginta , agnum unum , porcellum unum ,  
annonam ad caballos modios sex , feni corbes  
tres , mel , oleum , cera , quod sufficit. Ticien.  
sub Ludovico II. cap. 15.

### T I T U L U S LXV.

#### EPISCOPI VENIANT AD SYNODUM.

### C A P U T I.

*Dift. 18. Per-  
venit. c. 6.* Q UI non convenerint ad synodum cum sani  
in suis sedibus sint , neque excusatione , aut  
alia necessaria causa impediuntur , fraterne ad-  
moneantur. Chalc. c. 19. Ivo part. 4. cap. 243.  
decr. Anselm. lib. 6. cap. 199.

### C A P U T II.

Episcopos , qui acceptis epistolis nostris , aut  
cognitis , neque per se , neque per canoniam ex-  
cusationem ad presentem synodum venerunt , ab  
Episcopali suspendimus officio. Greg. VII. in syn.  
nod. Rom. anni V. sui Pontificatus , cap. 5.

### C A P U T III.

Anno ab incarnatione Domini millesimo  
octuagesimo primo celebrata est synodus Ro-  
mæ , in qua dominus Papa suspendit ab officio  
quoddam Episcopos , qui ad concilium invitati ,  
neque ipsi , neque nuntii eorum pro ipsis vene-  
runt. Greg. VII. in syn. Rom. anni VIII. sui Pont.

### C A P U T IV.

*Dift. 18. c.  
12. Si quis.* Ad Areteosis Episcopi arbitrium synodum  
congregandam , si quis commonitus infirmitatis  
causa defuerit , personam vice sua dirigat , &c. Si  
quis adesse neglexerit , aut cœtum fratrum , an-  
tequam dissolvatur concilium , crediderit deserend-  
um , alienum se a fratrum communione cognoscat ,  
nec eum recipi liceat , nisi in sequenti syno-  
do fuerit absolutus. Areb. II. cap. 18. O 19. Burch.  
lib. 1. cap. 50. Ivo part. 5. cap. 160. decr. Cæsar.  
lib. 4. cap. 117.

### C A P U T V.

Admoneantur Episcopi ejus provinciæ a Me-  
tropolitano suo , ut ad synodum veniant , post ter-  
tiam hebdomadæ Paschæ , & idibus Octobr. &c.  
Non fiant autem synodi ab eis sine Metropolita-  
no ( cui de omnibus causis constat permisum esse  
judicium L. ) Antioch. 20. Vide Mart. Br. 18.  
Burch. lib. 1. cap. 44. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 3.  
panorm. O part. 5. cap. 154. decr.

### C A P U T VI.

Non oportet Episcopos vocatos ad synodum , *Dift. 18. c. 5.*  
contemnere , sed abire , & docere , & discere ad  
emendationem ecclesiarum & aliorum. Qui contem-  
plerit , se ipsum accusat ; nisi ob valetudinem \* \* *necessaria.*  
omittat. Laod. 40. Mart. Brac. 19. Burch. lib. 1.  
cap. 47. Ivo part. 5. cap. 157. decr. Cæsar. lib. 4.  
cap. 114.

### C A P U T VII.

Si saepius vocati noluerint venire ad syno-  
dum , ne sua delicta cognoscantur , ab ecclesia &  
dicerebus expellantur etiam Primate. Carth.  
54. G. Carth. III. cap. 43. L. Afr. 20. L.

### C A P U T VIII.

Quotiens synodus convenire debet , Episcopi , *Dift. 18. c. 6.*  
qui neque ætate , neque valetudine , neque ali-  
qua necessitate gravi impediuntur , convenient.  
Primates vero uniuscujusque provinciæ ex o-  
mnibus Episcopis duos , vel tres ex singulis col-  
legis eligant , qui compareant in die synodi. Si  
non comparent , neque impedimentum Primi-  
tostendunt , communione suæ ecclesiarum contenti  
sint. Carth. 77. G. (duæ , vel tres fiant turmæ ,  
Gen singulis turmis aliquot veniant. L.) Carth.  
V. cap. 10. L. Afr. cap. 43. L. Capit. lib. 7. cap.  
34. O 460. Anselm. lib. 7. cap. 188. O 190. m  
addit.

### C A P U T IX.

Episcopus ad synodum ire non tardet , nisi *Dift. 18. c. 9.*  
gravi necessitate inhibeatur , sic tamen ut in sua  
persona legatum mittat , suscepturus , salva fidei  
veritate , quidquid sacra synodus statuerit. Carth.  
IV. cap. 21. Anselm. lib. 7. cap. 191. in addit.

### C A P U T X.

Si Episcopus Metropolitanus ad comprovin-  
ciales Episcopos epistolas direxerit , in quibus *Dift. 18. c. 13.*  
eos ad ordinationem summi Pontificis , aut ad syn-  
odum invitat , post positis omnibus excepta gra-  
vi infirmitate , aut præceptione Regia , ad consti-  
tutam diæ adesse non differant. Quod si defuerint ,  
sicut prisca canonum præcepit auctoritas , usque  
ad proximam synodum a charitate fratrum , &  
Ecclesiarum communione priventur. Agath. 35.  
Burch. lib. 1. cap. 49. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 3.  
panorm. O part. 5. cap. 159. decr. Cæsar. lib. 4.  
cap. 116.

### C A P U T XI.

Cum Metropolitanus fratres vel comprovin-  
ciales suos ad concilium , aut ad ordinationem  
cujuscumque consacerdotis crediderit evocandos ,  
nisi causa evidenter tardii extiterit , nullus excu-  
set. Epaun. cap. 1.

### C A P U T XII.

Si quis Episcoporum commonitus a Metro-  
politano ad synodum , nulla gravi intercedente ne-  
*Dift. 18. c. 14.*

ces-

cessitate corporali, venire contemperit, sicut statuta Patrum censuerunt, usque ad futurum concilium cunctorum Episcoporum charitatis communione privetur. *Tarr. cap. 6.*

## C A P U T XIII.

Nullus Episcoporum, admonente Metropolitano Episcopo, nisi certa tædii causa detentus, ad concilium, vel ordinationem consacerdotis venire penitus ulla excusatione detrectet. *Aurel. II. cap. 1.*

## C A P U T XIV.

Si quis Episcopus ad synodum venire distulerit, usque ad majorem synodum a fratribus, & comprovincialibus maneat excommunicatus, nec eum ex alia provincia ullus Episcopus interea communicare præsumat, &c. *Turon. II. c. 1.*

## C A P U T XV.

Si quis de provincialibus Episcopis a Metropolitano suo ad concilium intra suam provinciam fuerit evocatus, & præter evidentem infirmitatem ad concilium venire distulerit, atque de synodali conventu, ante quam cuncta convenient, sine commeatu concilii ipsius discedere fortasse præsumperit, sicut est præcedentibus regulis statutum, sex mensibus a missarum officio suspenderatur. Quod si quem a concilio quæcumque necessitas illata abstulerit, a Metropolitano suo veniam postulans, ad missarum faciendarum gratiæ revocetur. *Aurel. V. c. 18.*

## C A P U T XVI.

Si aliquis (Episcopus) contumax fuerit, aut excusationem falsæ necessitatis, quare non interficit (concilio) invenerit, & postea publicatum fuerit, quod inepta erat ejus excusatio, volumus, ut usque ad concilium universale a communione, & charitate fratribus maneat alienus. *Matisc. II. cap. 20.*

## C A P U T XVII.

Tempore, quo concilium per Metropolitani voluntatem, & regiam jussionem electum fuerit agere, omnes confinitos Episcopos in unum oportet adesse, nec pro tali re qualibet causa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire, aut per regiam jussionem injunctum acceperit aliquid agere, ut sit, per quod non possit concilio interesse, quidquid tale acciderit, Metropolitano suo fideliter intimet, cuncta per suam epistolam manu sua scriptam, &c. Archipresbyterum suum dirigat, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit, presbyterum utillem instruetum, ut ratio poscit, atque cum eo mandatarium suum juxta legis ordinem munitum, ut si a qualibet contra eundem Episcopum in concilio fuerit suggestum, ab eo, quem direxit, qui petit, accipiat responsum, & justitia, quæ fuerit ordinata, nullam in postmodum dilationem habeat. *Emerit. c. 5.*

## C A P U T XVIII.

Decretum est priscis canonibus semel in anno fieri concilium, ubi elegerit Metropolitanus Episcopus, atque in ea sancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales Episcopi, dum a suo Metropolitanu fuerint admoniti, præsto esse de-

beant ad locum tempore debito. Sunt nonnulli, qui pro hoc admonitionem sui Metropolitanus, & regiam jussionem accipiunt, & minime implent, quæ jubentur, hos priscorum canonum sententiæ excommunicatos esse jubent, usque ad tempus superventuri concilii, & quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impeditur, quod debeant metuere. Placuit huic sanctæ synodo, ut quisquis ille Episcopus ad concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, ubi cum his, qui praesentes fuerint, elegerit Metropolitanus: cella vero, & res ad eum pertinentes, quoisque ille sub poenitentia fuerit, instantia, & sollicitudine regantur Metropolitanus, quia ideo est hoc electum, ut discat sub poenitentia, quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inveniat, quæ ecclesiæ suæ est debita. *Emeriten. c. 7.*

## C A P U T XIX.

Quisquis Episcoporum, excepta inevitabili causa, se absentaverit a concilio, unius anni erit excommunicatione plectendus. *Tolet. XI. c. 15.*

*Ivo lib. 4. tit. 2. c. 6. panorm.*

## C A P U T XX.

Qui non convenient Episcopi (*ad synodum*) dum fani sunt, & necessitas, aliave causa non excusat, fraterne corripiantur. *Tullen. c. 8.*

## C A P U T XXI.

Quisquis (Episcoporum) Kalend. Novembr. annis singulis pro celebratione concilii venire distulerit, excommunicationi debitæ subjacebit. *Tolet. XII. c. 12.*

## C A P U T XXII.

Si quilibet Episcopus ad synodum vocatus, quacumque occasione venire distulerit, nisi evidens impossibilitas præpedierit, salva censura ex hoc Patrum auctoritate decreta, cesseret ab officio, donec satisfaciat fratribus. *Meld. c. 33.*

## C A P U T XXIII.

Episcopi secundum illorum ministerium, ac sacram auctoritatem uniti sint, & synodales conventus secundum jussionem canonicam frequentare procurent, quatenus ordo ecclesiasticus, qui quali oblitteratus jam fuerat, quoniam synodi propter discordiam Regum frequentari non poterant, Episcopali collatione ad necessarium, ac debitum statum reduci prævaleat. *Tullen. c. 2.*

## C A P U T XXIV.

Si quis Episcoporum synodo neglexerit adesse, aut coetum fratribus, ante quam concilium dissolvatur, crediderit deferendum, alienatum se a fratribus communione cognoscat, nec eum recipi licet, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus. *Vormac. cap. 16.*

## T I T U L U S LXVI.

QUI PRIUS ORDINATI SUNT EPISCOPI,  
PRIOREM LOCUM OBTINERE

## III DEBENT.

C A P U T I.

Q UI prius ordinati sunt Episcopi, iis, qui postea ordinati sunt, præferantur, salvo jure Primatum Numidiæ, & Mauritanie. *Carth. 87. G. Afr. 53. L. Milev. 13. L. Nicol. ad Michael.*

# 176 Juris Pontificii Veteris Epitome

chael. post med. Burch. lib. I. c. 56. Ivo part. 5. c. 166. decr.

## C A P U T II.

Placuit, ut quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur per provincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum conscriptas, continentes Consulem, & diem, ut nulla alteratio de posterioribus vel anterioribus oririatur. *Carthag. 90. G. Milevit. cap. 14. L. Afric. 56. L.*

## C A P U T III.

Nullus Episcoporum se præferat alteri per ambitionem, sed omnes cognoscant tempus, & ordinem consecrationis suæ, *Angl. 8.*

## C A P U T IV.

*e. 1. d. 18.  
Placuit.* Conservato Metropolitani Episcopi primatu, ceteri Episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, aliud alio sedendi deferat locum. *Brach. I. cap. 24.*

## C A P U T V.

XV. Kalend. Jun. congreganda est in unaquaque provincia synodus, &c. & convenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora retideant. *Tolet. IV. c. 3.*

## C A P U T VI.

Dum unanimitatis nostræ conventus in Arelatensem urbe in basilica sancti Stephani martyris primi adgregatus confisteret, atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerum omnium Domino prius devotissima gratiarum iura persolvimus. *Arel. sub Carolo, in princ.*

## T I T U L U S LXVII.

### EPISCOPI HABEANT HONOREM PRESBYTERIS.

## C A P U T I.

*11. q. 3. Si  
Episcopus.  
cap. 4.* Episcopus iracundus, quod esse non debet, si aduersus presbyterum, vel diaconum cito moveatur, & elicere velit ab ecclesia, providendum, ne innocens condemnetur, neque communione privetur. Confugiat itaque ad Metropolitanum, vel si abest, ad propinquum: (*confugiat ad propinquos Episcopos L.*) & causa discutiatur & is Episcopus, qui eum juste, vel injuste dejecit, patienter ferat finem cognitionis; alteri vero communio non detur, si superbe veretur clericus contra Episcopum, corripiatur. Nam & Episcopus benigne dilectionem, & ordinem præstet ministris, & hi Episcopis patienter obdiant. *Sard. 14. G. 17. L. Vide Nicæn. apud Carth. VI. c. 6. L. O ante canones Carthag. G. O cap. 135. G. Vide Afr. 101. L. Ivo lib. 5. tit. 5. c. 4. panorm. O part. 14. c. 15. deer. Ans. lib. 3. c. 68. Cæsar. lib. 5. cap. 48.*

## C A P U T II.

*Dif. 65. c. 9.* Episcopus in quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur. *Carth. IV. c. 34. Cæsar. lib. 4. c. 51. O 76.*

## C A P U T III.

*Dif. 65. c. 10.* Episcopus in ecclesia in consensu presbyterorum sublimior sedat; intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat. *Carthag. IV. c. 35. Ivo part. 5. cap. 137. decret. Cæsar. lib. 4. cap. 51. O 76.*

## C A P U T IV.

Episcoporum, quorum vita non reprehendiatur, posteriorem priori nullus præponat, nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ Episcopus jussit, implere contemnat. Archidiaconum simplicem, aut impeditum potest in sui loci nomine retinere, & ordinationi ecclesiæ eum, quem elegerit Episcopus, præponere. *Agath. 23. Vide Carth. 87. G. Milevit. 13. L.*

## C A P U T V.

Comperimus, eo quod nonnulli Prælatorum, nulla interveniente necessitate, non cum clericis, sed potius seorsum cum laicis, & quibusdam familiaribus suis sermocinari, & convivari delectentur. Quæres, quia valde a paterna sollicitudine abhorret, & subditos in contemptum magistrorum, murmurationemque, & in divinorum obsequiorum transgressionem pertrahit, prorsus resecandam esse statuimus, & ut ab hinc Prælati in his, quæ præmissa sunt, quantum facultas permiserit, sibi subditis participes existant, censimus. *Parisiens. sub Ludovico, & Lothario lib. 1. cap. 21.*

## T I T U L U S LXVIII.

### NE EPISCOPI SINT SUPERBI.

## C A P U T I.

**M**oderia tuæ non auctoritas constat, sed mansuetudo commendet, justitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem, & declinata superbia, cui proximum est, ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat. *Leo ep. 88. ad Ravennium Arelaten. Episcop.*

## C A P U T II.

Nullus Episcoporum alium Episcopum conculet. *Arel. I. cap. 17.*

## C A P U T III.

Nullus Episcopus se præferat alteri per ambitionem. *Anglic. c. 8.*

## C A P U T IV.

Episcopus ita humiliiter pariter, & auctoritate præstabat, ut nec per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat, nec per immoderatam auctoritatem severitatis potestatem exerceat, sed tanto cautius erga sibi commissos agat, quanto durius a Christo judicari formidat, &c. *Isidor. lib. 2. cap. 6. de eccles. offic. apud Aquil. gr. 9. prope finem. Raban. lib. 1. cap. 4. de instit. cleric.*

## C A P U T V.

**S**ancti viri dum præsunt, non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendant, nec præelle gaudeant hominibus, sed prodeesse. Sciant enim, quod antiqui Patres nostri, non tam Reges hominum, quam pastores pecorum fuisse memorantur, &c. *Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem ceteris hominibus natura prælatus est.* Idcirco ei dicitur, ut ab animalibus, & non ab homine timeatur, quia contra naturam superbia\* est, ab æuali velle timeri, cuncti, qui præsunt, non in se potestatem debent ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis, &c. Necesse est ergo, ut rectores a subditis timeantur, quando ab eisdem Deum minime time-

\*superbia, f.

timeri deprehendunt, ut humana saltem formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant, &c. Prælati plebibus plangunt culpas infirmantium, seque sic de alienis lapsibus, ac si de propriis affligunt, &c. Greg. lib. 21. moral. c. 11. in Job c. 31. & lib. 2. cap. 6. pastoral. apud Aquisgr. 13. post princ.

## C A P U T VI.

Plerumque qui subire magisterium pastorale cupiunt, nonnulla quoque bona opera animo proponunt, & quamvis hoc elationis intentione appetant, operaturos tamen se magna pertractant, fitque ut aliud in imis intentio supprimat, aliud tractanti animo superficies cogitationis ostendat. Nam sibi ipsa de se mens sæpe mentitur, & fingit se de bono opere amare, quod non amat, de mundi autem gloria non amare, quod amat. Sæpe mens principari appetens, fit ad hoc pavida, cum querit; audax, cum pervenerit. Tendens enim, ne non perveniat, trepidat, sed repente perveniens, jure sibi hoc debitum, ad quod pervenerit, putat. Cumque percepto principatus officio perfrui sacerdotaliter cœperit, libenter oliviscitur, quidquid religiose cogitavit. Necesse est enim, ut dum cogitatio extra usum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur, ac penset quisque quid subiectus egerit, & repente cognoscet, si Prælatus bona agere, quæ proposuerat, possit, quia nequaquam valet in culmine humilitatē discere, qui in imis positus non desinit superbire, &c. Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur, &c. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis? &c. Gregor. lib. 1. pastor. c. 9. apud Aquisgr. c. 14. in fine.

## C A P U T VII.

Quia sunt plerique, qui non paternum affectum circa grege sibi commissum, sed quandam exercere videntur dominatum, eumque non ut Dominicum, sed flatibus ventosæ arrogantiae inflati, ut suum proprium tractare non verentur, quantum a paternitatis officio aberrent, subter collecta documenta declarant. Dominus in E-

*Ioan. 21. d.* vangelio: *Si diligis me, pascere oves meas, meas*  
*Matt. 10. d.* *inquit, non tuas; item, qui major est vestrum,*  
*Marc. 10. g.* *erit minister vester;* & non post multa: *Non ita*  
*1. Petr. 5. a.* *erit, inquit, inter vos, sed qui voluerit inter*  
*Eccl. 32. d.* *vos major fieri, erit vester servus.* Petrus: *Ne-*  
*que dominantes in clero, sed forma facti gregis*  
*ex animo.* Salomon: *Principem te constituerunt,*  
*noli extolliri, sed esto in eis quasi unus ex ipsis.*  
 Fulgentius in libro de veritate prædestinationis,  
 & gratia: „Non ideo, inquit, se solum quilibet  
 „Episcopus vas misericordiae putet, in gloria  
 „præparatum, quia Pontificali militia fungitur,  
 „sed si pro grege sibi reddito \* sollicitus semper  
 „invigilat, & prædicet verbo, instet opportune,  
 „importune, arguat, oblecet, increpet in omni  
 „patientia, & doctrina, nec sibi dominatum su-  
 „perbus usurpare contendat, sed Apostolicis in-  
 „formatus eloquii, & exemplis, servum se cun-  
 „ctis exhibeat, neque sedis illius altitudine colla-  
 „tum sibi gaudeat temporale fastigium, sed hu-  
 „mili corde fidelibus præbeat bona conversatio-

\* credito f.  
 2. Tim. 4. 1.

Tom. V.

„nis exemplum “. Quicumque igitur sacris officiis servituri, sub quolibet ordine applicantur, dignum est, ut illius dicantur, cuius servitio mancipantur. Qua ergo temeritate, immo præsumptuosa vanitatæ quilibet Prælatorum dicere præsumit, illa congregatio mea est, aut ille presbyter, vel clericus meus est, cum non illius sit, sed illius, cui dicatus est? Proinde quia is molitus usus ecclesiasticæ non concordat regulæ, corrigatur, necesse est. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 23.

## T I T U L U S LXIX.

NE EPISCOPUS SIT IRACUNDUS.

## C A P U T I.

**S**i inveniatur quis Episcopus ad iram propensis, quod quidem ab ejusdem homine abesse debet, & adversus presbyterum, vel diaconum cito commotus, eum ex ecclesia elicere voluerit, providendum est, ne is repente condemnetur, & communione privetur. Sardic. 14. G. 17. L. Carth. VI. cap. 6. Carthag. 135. L. Afric. 101. L. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 4. panorm. & part. 14. cap. 15. decr. Ans. lib. 3. cap. 68. Cæsar. libro 5. cap. 48.

## C A P U T II.

Placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas Episcopalis modum ponat suæ iræ, nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia ecclesiæ aliquid corporis membrorum sua ordinatione præsumat extirpare, aut auferre, &c. & quia omnino justum est, ut pontifex sævissimam non impendat vindictam, quidquid coram judice verius pateretur, per disciplinæ severitatem, atque turpi decaluatione maneat emendatum. Emer. c. 15.

## T I T U L U S LXX.

NE EPISCOPUS TRIBUTA CLERICIS IMPONAT, NEVE IPSORUM, AUT ECCLESIAE RES INJUSTE ERIPLAT.

## C A P U T I.

**D**efinivit sancta hæc, & universalis synodus, nullum Archiepiscoporum aut Metropolitanorum relinquere propriam ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate propria in inferiorem abuti, & consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum, &c. excepta hospitalitate, quæ aliquando ex necessario transitu fortassis accesserit, sed & tunc non alia, nisi ex his, quæ sunt ad præfens, de compendio præparata inveniuntur, cum reverentia, & cum timore Dei dignanter accipiat; nihil omnino eorum, quæ sunt ecclesiæ illius, vel suffraganei Episcopi petens, vel exigens. Si enim unumquemque Episcoporum, ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importune, ac sine ratione dispendere, vel consumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt, quia putas impietate iudicabitur dignus, qui aliis Episcopis commissas ecclesiæ gravare, vel ambire, ac per hoc sacrilegii crimen incidere non formidat? &c. CP. VIII. c. 19. vel 17. sub Hadr. II.

## C A P U T II.

Prohibemus, ne subditos suos talliis, & exactionibus gravare præsumant. Sustinemus autem in 1. coll. De cens. c. 6. Greg. IX. & pro

Z

## 178 Juris Pontificii Veteris Epitome

*pro multis necessitatibus, quæ aliquotiens supervenient, ut si manifesta, & rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare.* Cum enim dicat Apostolus : *Non debent parentibus filii thesaurizare, sed parentes filii, multum longe a paterna pietate videtur, si præpositi suis subditis graves existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris more fovere debeant.* Alex. III. in conc. Lateran. cap. 4.

### C A P U T III.

*De cens. c. 7. Greg. IX. & in 1. collect.* Prohibemus, ne novi census ab Episcopis vel Abbatibus aliisve Prælatis imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem redditum suis usibus appropriare presumant: sed libertates, quas sibi majores desiderant conservari, minoribus quoque suis bona voluntate conservent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit habeatur. Alex. III. in conc. Later. cap. 7.

### C A P U T IV.

*De immun. Eccl. 8. Gr. IX. & in 4. coll. c. 4. de censib.* Quia plerique Prælati, ut procreationem, aut servitium aliquod impendant Legato, vel alii, plus extorquent a subditis, quam exolvant, & in eorum damnis lucra festantes, quarunt prædam potius, quam subsidium in subjectis, id de cetero fieri prohibemus. Quod si quis forte præsumperit, & sic extorta restituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri. Superior autem, cui super hoc fuerit querela deposita, si negligens fuerit in hujusmodi executione statuti, canonicae subjaceat ultioni. Innoc. III. in conc. gener. Lat. cap. 34.

### C A P U T V.

*12. q. 1. c. 27.* Nulli Episcoporum liceat res mobiles de subjectis plebibus, seu aliis piis locis in proprio usu habere, ne majores enormiter locupletentur, & minores tali facto pauperiores inveniantur. Contra agens canonica auctoritate coarctandus existat. Eugen. II. & Leo IV. in Syn. Rom. cap. 16.

### C A P U T VI.

*26. q. 1. c. 93.* Nulli liceat Episcoporum a subjecto sacerdote, vel alio quolibet clero, & piis locis dationes ultra statuta Patrum exigere, aut superposita in angariis inferre; sed cum sit optimus prospector, ita prospiciat, ut universæ sibi oves commissæ a se maxime alantur, atque in necessitatibus adjuventur, quam illicitis exactis dationibus opprimantur. Synod. Roman. sub Eugen. II. & Leone IV. cap. 26.

### C A P U T VII.

*11. q. 1. c. 124.* Nullus Episcopus gravamen, seu servile servitum ex usu contra ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat. Synod. Rom. sub Greg. VII. cap. 10. ann. 1078. Pont. ann. 6. XIII. K. Dec. Ind. 2. ex lib. 6. regist. Tarrac. lib. 5. cap. 54.

### C A P U T VIII.

*12. q. 3. c. 3.* Pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dumtaxat aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratum, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis offerre probatur, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ, inter facultates ecclesiæ computabunt: quia justum est, ut sicut sacerdos

habet, quod ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sane quidquid per fideicommissum aut sacerdoti, aut Ecclesiæ dimittitur, cuicunque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computare, aut retinere non poterit. Agath. 6. Burch. lib. 1. c. 217. Ivo part. 5. cap. 331. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 85.

### C A P U T IX.

Si quis sacerdos res ecclesiæ debitas, vel proprias horrenda cupiditate occupaverit, retinebit, aut a potestate ex competitione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusat. Sed & si agnito jure ecclesiastico non statim ecclesiæ, vel sacerdoti reformaverit, ut ipsum jus agnoscerre possit, & in judicium electorum venire distulerit, tamdiu a communione ecclesiastica suspenderatur, quamdiu restitutis rebus, tam ecclesiæ, quam sacerdotem reddat indemnem. Similis etiam de his, qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine assignare tardaverint, vel detinere præsumperint, distinctionis ecclesiasticae, juxta priores canones, forma servetur. Cui etiam sententia subjacebit quisquis ille quolibet ordine, quod pro devotione sua ecclesiæ dedit, revocare præsumperit. Aurel. III. c. 22.

### C A P U T X.

Quia exempla boni operis a Pontificib. debent primum Christo opitulante procedere, nullus Episcopus res competit alienas, aut si competitas aut a se, aut ab antecessore suo forte quis possedit, domino proprietatis possessione propriam absque præjudicio liberalitatis regiae integra reformatio ne restituat, ut quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad judicium suum ecclesiæ res exterias derelinquit. Paris. 3.

### C A P U T XI.

Nullus Episcoporum, aut cuiuslibet ordinis clericus, vel alia quæcumque persona, quibuslibet conditionibus, seu in uno regno, seu in alio positus, alterius cuiuscumque ecclesiæ res aut petat, aut præsumat accipere: quod si fecerit, tamdiu habeatur a communione altaris, vel omnium fratrum, ac filiorum charitate suspensus, donec ipsi ecclesiæ, cuius directo ordine res est ablata, restituatur. Aurel. V. c. 14.

### C A P U T XII.

Nullus Episcoporum per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedrae suæ id est solidos duos, aliquid aliud per ecclesiæ tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiæ parochialibus requirat. Sed illic ter tia pars pro luminaribus ecclesiæ, vel reparatione servetur, & per singulos annos Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam Episcopus tollat, lumen, & sarta testa abstulit ecclesiæ. Similiter parochiales clericis fervili more in aliquibus operibus Episcopis servire non cogantur, quia scriptum est: *Neque ut dominantes clero.* Brac. 1. Pet. 5. a. II. cap. 2.

### C A P U T XIII.

Quia cognovimus, Episcopos per parochias suas non sacerdotaliter agere, sed crudeliter deservire, & dum scriptum sit: *Forma estote gregi,* 1. Pet. 5. a. non

*non ut dominantes in clero, exactiones dicēcesi  
suæ vel damna infligant, censemus, excepto quod  
veterum constitutiones a parochiis habere jubent  
Episcopos, vel alia, quæ illis hucusque præsum-  
pta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis  
presbyteri, aut diacones, neque in aliquibus fati-  
gentur inductionibus ne videamur in Ecclesia Dei  
exactores potius, quam Dei Pontifices nominari.  
Hi vero clerici tam locales, quam dicēcesani,  
qui se ab Episcopo gravari cognoverint, quære-  
las suas ad Metropolitanū deferre non differant,  
& Metropolitanus non moretur, ejusmodi præ-  
sumptiones coercere. *Tolet. III. c. 20. Ivo part.  
3. cap. 137. decr.**

## C A P U T XIV.

<sup>10. q. 3. c. 8.</sup> <sup>Inter cete-  
ra.</sup> Querimonias parochianorum presbyterorum  
Gallicæ provinciæ audivimus contra Pontificum  
suorum rapacitatem. Nam indiscreto moderamine  
parochianas ecclesias prægraventes, dum in ex-  
actionibus superflui frequenter existunt, pœne us-  
que ad exinanitionem extremæ virtutis, quasdam  
basilicas perduxisse probantur, &c. Non amplius  
quam duos solidos unusquisque Episcoporum  
præfatae provinciæ per singulas dicēceses, vel sin-  
gulas ecclesias, juxta synodus Bracarensem, an-  
nua illatione sibi expertat inferri, monasteriorum  
tamen basilicis ab hac solutionis pensione sejun-  
ctis. Cum vero Episcopus dicēcesim visitat, nul-  
li præ multitudine onerosus existat, nec umquam  
quinarium numerum evectionis excedat, aut am-  
plius, quam una die per unamquamque basilicam  
remorandi licentiam habeat. Qui aliter egerit,  
correptioni canonum subjacebit, tamquam con-  
stitutionum synodalium transgressor, & pri-  
orum Patrum edicti corruptorum. *Tolet. VII. c. 4.  
Burch. lib. 1. c. 80. Ivo part. 5. c. 192. decr. Ans.  
lib. 7. c. 196. in addit.*

## C A P U T XV.

Defuncto presbytero, vel Abbatte, nihil ab  
Episcopo auferatur, vel Archidiacono, vel a quo-  
cumque de rebus parochiæ, vel xenodochii, vel  
monasterii aliquid debeat minui. Quod qui fece-  
rit, juxta statuta canonum debet coerceri. *Ca-  
bilon. 7.*

## C A P U T XVI.

<sup>Psam. 53.  
Exod. 35. d.</sup> Imputatur quibusdam fratribus eo quod ava-  
ritiæ causa hominibus persuadeant, ut abrenun-  
tiates sæculo, res suas ecclesiæ conferant, quod  
penitus ab omnium mentibus eradicandum est.  
Animarum etenim salutem inquire fæcere  
non lucra terrena debet. Quoniam fideles ad res  
suas dandas non sunt cogendi, neque circumve-  
niendi. Oblatio enim spontanea esse debet: *Vo-  
luntarie sacrificabo tibi. Et illud: Omnis popu-  
lus mente devota obtulerunt donaria Domino.  
Ecclesia vero sancta non solum fideles spoliare  
non debet, quin potius in opibus opem ferre. Ca-  
bilon. sub Carol. c. 6.*

## C A P U T XVII.

Inventum est, quod in quibusdam locis pres-  
byteri duodenos, vel quaterdenos denarios Epi-  
scopis in centum annis singulis darent: quod pe-  
nitus abolendum esse decrevimus. *Cabillon. sub  
Carolo cap. 17.*

## C A P U T XVIII.

Ne Episcopo liceat matricis ecclesiæ rem titu-  
li sui nomine usurpare. *Magunt. sub Rab. c. 7.*

## T I T U L U S LXXI.

NE EPISCOPUS INULLARE AVARITIÆ,  
AUT SIMONIAE SUSPICIONEM  
PRÆBEAT.

## C A P U T I.

<sup>16. q. 1. Pre-  
dictor. 64.  
Aet. 20.</sup> **P**aulus ad Ephesios ait: *Nullius pecuniam 16. q. 1. Pre-  
concupivi, &c. Episcopus a suis Episcopis, di-  
clericis, vel monachis non exigat aurum, vel ar-  
gentum, vel aliquam speciem, ait enim Aposto-  
lus: Injusti regnum Dei non possidebunt, &c.*  
*Si quis igitur ob eas res prohibeat quem ministe-  
rio, vel excommunicet aliquem clericum, vel  
claudat templum, ne fiant sacra ministeria Dei,  
&c. pari poena puniatur, ut contraveniens man-  
datis Dei, & Apostolicis constitutionibus. Petrus  
enim Princeps Apostolorum ait: Pascite gregem 1. Pet. 5. d.  
Dei, qui in vobis est, &c. Nicæn. II. c. 4. Ans.  
lib. 6. cap. 167.*

## C A P U T II.

Si quis Episcopus fornicatione presbyterorum  
diaconorum, seu subdiaconorum, vel criminis in-  
cestus in sua parochia, precibus vel pretio inter-  
veniente, consenserit, vel commissum, si bique  
compertum auctoritate sui officii non impugna-  
verit, ab officio suspendatur. *Greg. VII. in conc.  
Rom. anni VI. c. 12.*

## C A P U T III.

Quia in quibusdam Episcopatibus Decani qui-  
dam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Epi-  
scoporum, seu Archidiaconorum, & terminan-  
das causas ecclesiasticas, sub anno pretio consti-  
tuuntur, &c. id ulterius fieri districtius prohibe-  
mus. Quod si quis fecerit, removetur a clero,  
&c. Episcopus quoque qui hoc in sua dicēcesi su-  
stinerit, & ecclesiastica judicia sua patitur dissim-  
ulatione perverti, canonica distictione plecta-  
tur. *Alex. III. in conc. Turon. c. 7. O post conc.  
Later. p. 2. c. 1.*

## C A P U T IV.

Imputatur quibusdam fratribus eo quod ava-  
ritiæ causa hominibus persuadeant, ut abrenun-  
tiates sæculo, res suas ecclesiæ conferant, &c. <sup>16. q. 7. c. 42.  
Constituit,  
& 20. q. 3.  
cap. ult.</sup>  
Episcopi, sive Abbates, qui non in fructum ani-  
marum, sed in avaritiam, & turpe lucrum inhi-  
antes, quoslibet homines illeatos circumvenien-  
do totonderunt, & res eorum tali persuasione non  
solum acceperunt, sed potius subripuerunt, pœ-  
nitentiæ canonice, sive regulari, ut puta turpis  
lucri sectatores subjaceant. Hi vero, qui variis  
promissionibus, vel quibuslibet machinationibus  
persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum do-  
mini esse nescientes, comam depoiverint, in eo  
quod coepérunt, perseverare cogantur. Res nam-  
que, quæ ab illectis, & negligentibus datae, ab a-  
varis, & cupidis non solum acceperæ, sed raptæ  
noscuntur, heredibus reddantur, qui dementia  
parentum, & avaritia incentorum exhereditati esse  
noscuntur. Si vero nescientibus Episcopis, aut  
Abbatibus, ministri eorum, quilibet videlicet in  
clero, hoc fecisse convincuntur, Episcopi, & Ab-  
lates desidia, illi vero rapacitate, & avaritia ju-  
di-

# 180 Juris Pontificii Veteris Epitome

dicentur. Hoc vero, quod quisque Deo juste, & rationabiliter de rebus suis offert, ecclesia tenere debet. *Cabilon.* sub *Carol.* c. 6. *O* 7. *Burch.* lib. 8. c. 93. *Ivo part.* 7. c. 111. *decr.*

## C A P U T V.

*1. q. 7. c. 3.* Cavendum, & summopere præcavendum, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum, & Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per simoniacam hæresim regiminis locum obtineat quacumque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se, aut emissam personam, cum Spiritus sanctus inter cetera documenta ecclesiastica per os sancti dicat *lib. 7. epist.* 110. *1. q. 1. c. 13.* Cum li- queat, &c. *Gregorii*: „Cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, quia ad hoc, ut fiat hæreticus, promovetur?“ &c. *Melden.* c. 43. *Burch.* lib. 1. c. 21. *Ivo part.* 5. c. 75. *O* 112. *decr.* *Ansf.* lib. 6. c. 72.

## T I T U L U S LXXII.

### NE EPISCOPI PRINCIPIBUS LAICIS HONOREM NIMIUM TRIBUANT.

## C A P U T I.

**E**OS, qui divina gratia ad Episcopale aduantur officium, tamquam imaginem, & figuram ferentes sanctorum cælestium hierarcharum, id est angelorum secundum hierarchicum plane gradum, & morem, omni honore dignos ab omnibus Principibus, & subditis sancimus haberi, & nequaquam Strategis, vel quibuslibet aliis Principibus obvios procul ab ecclesiis suis occurrere, sed neque semet a multo spatio de equis, vel mulis deiicere, ac cum timore, ac tremore procidere & adorare, sed nec cum sæcularibus principibus ad mensam intrare hora prandii, eosdem, quos illi honores Strategis exhibentes, sed secundum congruentiam spiritalis dignitatis, ac honoris sui reddere quidem omnibus debita, cui *vestigal*, *vestigal*, cui honorem, honorem. Praferri autem & multam a Principibus amicorum Christi Imperatorum venerationem, & reverentiam promereri confessionis eorum, & honoris similis existentes, ita ut fiduciam habeant Episcopi arguere Strategos multoties, & alios Principes, atque omnem facili dignitatem. Si vero aliquis Episcopus post hanc definitionem sanctæ synodi debitum & canonice collatum sibi contempserit honorem, sequestretur anno uno. *Synod.* VIII. gen. CP. c. 14. sub *Hadr.* II.

## C A P U T II.

Ne Episcopus, vel sacerdos, Regi, vel alicui laico, in manibus ligiam fidelitatem faciat. *Urban.* II. in *concil.* *Clarom.* cap. 17.

## T I T U L U S LXXIII.

### NE EPISCOPI NEGOTHS SÆCULAREBIBUS OPERAM DENT.

## C A P U T I.

**D**ecrevit sanctum hoc, magnumque concilium, nullum deinceps, non Episcopum, non clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, præter pupillorum, si forte leges imponant inex-

cusabilem curam, aut orphanorum tutelam, & viduarum, earumque, quæ sine ulla defensione sunt, personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent adjutorio, & propter timorem Domini causa depositat, &c. *Chalcedonen.* cap. 3. *Paris.* sub *Ludov.* *O* *Loth.* lib. 1. cap. 28. *Burch.* lib. 2. cap. 145. *Ivo part.* 6. cap. 218. *decr.* *Anselm.* lib. 6. cap. 181. in *Rom.*

## C A P U T II.

Clerici in subdiaconatu, & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis ecclesiasticis sustentantur, coram judice sæculari advocati in negotiis fieri non presumant, &c. *Ales.* III. in *concil.* *Later.* cap. 12.

## C A P U T III.

Sacerdotes, qui ad debita, & opportuna officia ecclesiis indifferenter adesse debent, scenore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucupatione \*, \* *occupatio* rusticoque ministerio omnino non occupentur, ne, f. quia sine ornato sacerdotali extra domos eos apparere non convenit, ne ut aliquis sæcularium injurias patiantur, sed ea solummodo, quæ per Patres constituta videntur, observent, contrarius denique inventus, aut deinceps definat, aut canonicae subjaceat disciplina. *Eug.* II. in *syn.* *Rom.* *O* *Leo.* IV. cap. 12.

## C A P U T IV.

Quamquam sacerdotum testimonium credibilis, habeatur, tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro testimonio, aut confaciendis instrumentis non rogantur, quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si enim eventus \* causæ aliquid videriat, aut audierint, ubi nullæ idoneæ sæcularium inventantur personæ, ne veritas occultetur, & malus ut bonus existimetur, in providentia proprii sit Episcopi, ut aut coram se, & competentibus iudicibus, aut aliter veritate honorifice attollant. *Eugen.* II. *O* *Leo.* IV. in *synod.* *Roman.* cap. 13.

## C A P U T V.

Episcopus, presbyter, diaconus, si sæcularia. *Dist.* 88. c. 3. negotia suscepit, deponatur. *Ap.* 6. *G.* 7. *L.* *Anselm.* lib. 6. cap. 148.

## C A P U T VI.

Episcopus, aut presbyter non se immisceat publicis administrationibus, sed ecclesiasticis rebus præsto sit. Itaque aut cesset, aut deponatur: *Nemo enim potest duobus Dominis servire.* *Ap.* 81. *Matt.* 6. c.

## C A P U T VII.

Episcopus, presbyter, diaconus militiam exercens, si vult utrumque retinere, Romanum magistratum, & sacram administrationem, deponatur: *Nam quæ sunt Cæsar, Cæsari: quæ sunt Dei, Deo.* *Apost.* 83. *Matt.* 22. *Luc.* 20.

## C A P U T VIII.

Et quidem loquitur B. Petrus cum Clemente) 11. q. 3. c. oportet irreprehensibliter vivere, & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abili- cias, ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, &c. *Clem.* epist. 1. post princ. 30.

## C A P U T IX.

Sicut tibi loquitur Petrus Apostolus cum Cle- mente) impietas crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares, ita & unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem si- bi,

bi, etiam in iis, quae ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. *Clemens epist. I. post princip. Anselm. lib. 7. cap. 63.*

## C A P U T X.

Episcopi, presbyteri, diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes provincias quætuosas nundinas lectentur. Sane ad vietum sibi conquirendum filium, libertum, mercenarium, amicum, aut quemlibet mittant, & si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur. *Elib. cap. 19.*

## C A P U T XI.

<sup>21. q. 3. Pla-</sup> Episcopi, presbyteri, diaconi, exceptores (*conductores L.*) vel procuratores non fiant, neque ex aliquo turpi, vel in honesto quæstu cibum pa-  
<sup>cult. cap. 3.</sup>  
<sup>2. Tim. 2. a.</sup> rent: scriptum est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Carthag. 16. G. Carth. III. cap. 15. L. Vorm. cap. 67. Burch. lib. 2. cap. 151. Ivo part. 6. cap. 242. decret. Anselm. lib. 7. cap. 151.*

## C A P U T XII.

Episcopus, presbyter, aut diaconus non sint conductores. *Hipponen. cap. 17.*

## C A P U T XIII.

<sup>2. Tim. 2.</sup> Nemo sacerdotum, vel monachorum negotiis illicitis se implicit, quando scriptum est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Rem. cap. 30.*

## C A P U T XIV.

Si, quod absit, Episcopi secularibus negotiis implicati fundorum terminos sine termino cupiditatis extendant, ac se passim exquisitis deliciis ditant, quæ animum, corpusque debilitant, si gloriam non Christi, sed suam, decepti vulgi honoribus adulantis, querant, plusque de se alienæ linguae, quam suæ conscientiæ credant, &c. si numquam sibi displicant, ac placentes sibi non sunt de sua correctione solliciti, &c. contemplativæ vitae participes esse non possunt, ad quam non perveniunt, nisi qui studierint esse, quod facti sunt, nec effectant videri, sed esse, quod sunt, non alienis laudibus, sed moribus suis eximii, nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vita nobilitate conspicui. Qui sunt non appellatione tenuis, sed virtute Pontifices, vita contemplativa capaces, & gaudiorum cælestium cohæredes. *Proper apud Aquisgr. cap. 19.*

## C A P U T XV.

Irrepsit fane in nonnullis ecclesiârum Præsumbus miserabilis temporis nostri inepta, immo corrigenda consuetudo, quæ jam ita pro lege tenetur, ut sanctitatis, & religionis nomen sibi ascribere non vereatur, scilicet super diversarum rerum innumeris superfluitatibus, & vanitatibus, quas dinumerare longum est, nec non in avaritia, & tenacitate, improbaque intentione, & in turpi, in honestaque conversatione, morumque improbitate, & vanæ gloria appetitu, & quod his periculosius est, sui officii cura posthabita, in divinorum præceptorum transgressione, &c. Non igitur mirum est, si propter hæc, & his similia Deus offendatur, & infirmorum animis scandulum generetur, statusque sanctæ Ecclesiæ periclitetur. Proinde omnibus studendum est sacerdo-

tibus, ut ab his deinceps caveant, & iis rebus instant, quibus sibi, & iis, quibus præsunt, Dominum propitium facere mereantur. *Paris. sub Ludovic. & Loth. lib. 1. cap. 19.*

## C A P U T XVI.

Quorundam Prælatorum temerario ausu, qui sibi licere putant, quod non licet, & expedire, quod non expedit, ecclesiæ suis ad tempus viduantur facerdotibus, quoniam si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid jam in diversis aliis partibus nuntiandum, occasio necessitatis opponit, id potius per fæcere Domini currentes, & discurrentes, quam per alios effici præcipiunt, &c. Proinde omnibus Prælatis cavendum est, ne illicita sibi presbyterorum transmif-  
fione, animarum suarum habeant damnationem. *Paris. sub Ludovic. & Loth. lib. 1. cap. 29.*

## C A P U T XVII.

Sacerdotes, & Principes a recto tramite devia-  
runt, quia & principalis potestas diversis occasio-  
nibus interventientibus, secus quam auctoritas  
Divina se habeat, in causas ecclesiasticas proli-  
xierit, & fæcere partim negligentia, partim  
ignorantia, partim cupiditate, in secularibus  
negotiis, & sollicitudinibus mundi, ultra quam  
debuerant, se occupaverint, & hac occasione  
aliter, quam Divina auctoritas doceat, in utra-  
que parte actum exstisit, dubium non est. *Pari-  
sien. sub Ludovic. & Loth. lib. 3. cap. 26.  
Aquisgran. II. sub Ludovic. part. 4. cap. 14.*

## T I T U L U S LXXIV.

## NE EPISCOPUS ARMIS UTATUR.

## C A P U T I.

**S**ervus Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantummodo, qui propter Divinum ministerium, Missarum scilicet sollemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia imploranda, ad hoc electi sunt, id est, unum, vel duos Episcopos cum cappellani presbyteris Princeps secum habeat. *Syn. Franc. Capitul. lib. 5. cap. 2. & lib. 7. cap. 123. & 125. & 146. Burch. lib. 1. cap. 218. Ivo part. 5. cap. 332. & part. 6. cap. 289. & part. 13. cap. 29. decret.*

## C A P U T II.

Nos, qui relinquimus sæculum, id modis o-  
mnibus observare volumus, ut arma spiritualia  
habeamus, sæcularia dimittamus. *Magunt. cap. 17.*

## T I T U L U S LXXV.

NE EPISCOPI CONSTITUANT SIBI  
SUCCESSORES.

## C A P U T I.

**N**onnulli Episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non divinum mu-  
nus, sed hereditarium putant esse compendium,  
& credunt, sicut res caducas, atque mortales, ita  
sacerdotium velut legatario, aut testamentario  
jure posse dimitti. Nam plerique fæcere in 8. q. 1. c. 5.  
mortis confinio constituti, in locum suum feruntur  
aliros designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defun-  
cti gratificatio pro populi habeatur alieno, &c.  
atque

## 182 Juris Pontificii Veteris Epitome

**atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, &c.** *Hilar. in synod. in fine. Ivo part. 5. cap. 104. decr. Anselm. lib. 6. cap. 56.*

### C A P U T II.

**Non oportet Episcopum, fratrem suum, vel filium, vel propinquum in Episcopum ordinare.** Heredes enim Episcopatus facere non justum est, nec humano affectu divina sunt tractanda. Si fiat, non valeat ordinatio, ipse vero excommunicatione puniatur. *Ap. 76.*

### C A P U T III.

**Nec Episcopalis honor hereditarium jus paretur, quod nobis sola Dei nostri benignitate Christi confertur.** *Hilar. epist. 1. cap. 3.*

### C A P U T IV.

**De eo, quod tibi successorem constituere dixisti, & \* te jubente in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur.** Sed volumus, ut tibi ministeret, & sit in Evangelium Christi adjutor, &c. Sin autem & eundem divina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoveris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora, qua te de praesenti saeculo migraturum cognoveris, praesentibus cunctis, tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus: hoc nulli alii concedi patimur, quod tibi charitate cogente largiri censimus. *Zachar. epist. 6. ad Bonifacium Episcop. in med.*

### C A P U T V.

**Episcopus non potest pro se aliud successorem seculo. c. 3. ordinare, et si proximus morti sit. Si fiat, irrita sit ordinatio, atque servetur ecclesiastica constitutio, quae ait: „non oportere Episcopum fieri, nisi cum synodo, & judicio Episcoporum, qui post obitum ejus possunt dignum promovere“.** *Ant. 23. Mart. Brac. c. 8. Burch. lib. 1. c. 185. & 187. Ivo part. 5. c. 301. & 303. decr. Anf. lib. 6. c. 57. Cas. lib. 3. c. 37.*

### C A P U T VI.

**Dif. 51. Qui Non promoveantur ad sacerdotium, qui a deinceps in aliquo. c. cessoribus in sacerdotium eliguntur, &c.** *Toler. IV. cap. 18.*

### C A P U T VII.

**Alii (Episcopi) successores filios, vel parentes faciunt, & conantur posteris prælatus relinquere dignitatem: cum hoc nec Moses amicus Dei facere potuit, sed Josue de alia tribu elegit, ut sciremus, principatum in populo non sanguine deferendum esse, sed merito vitae.** *Isidor. lib. 2. c. 9. de eccles. offic. apud Aquisgran. c. 9. in fine.*

### T I T U L U S LXXXVI. DE ADJUTORIBUS EPISCOPORUM.

### C A P U T I.

**C**UM saepe contingat, quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel invaliditudines corporales, aut hostiles incursum, seu occasiones alias, ne dicamus defectum scientiarum, quod in eis reprobandum omnino, nec de cetero tolerandum per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas dioeceses, &

diffusas, &c. Unde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conventionalibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadiutores, & cooperatores habere, &c. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subjaceat ultioni. *Innoc. III. in conc. gen. Lat. c. 10.*

### C A P U T II.

**Si post omnia occurrit imbecillitas fragilitatis humanæ, ut si quis Episcopus per infirmitatem, debilitatem aliquam, aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea, quæ non nisi per Episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed Episcopum evocet, cui hoc, quod in ecclesia a gendum fuerit, imponat.** *Arauf. 19. in fine.*

### T I T U L U S LXXVII.

**NE EPISCOPUS RELICTA SUA ECCLESIA AD ALIAM SE TRANSFERAT, NISI MAGNA EX CAUSA.**

### C A P U T I.

**C**onsuetudo contra regulam tollatur, & Episcopus, presbyter, diaconus ab una urbe in aliam non transeat. Sed si quis id facere tentaverit, quod fecerit, irritum sit, & ad suam ecclesiam, in quo ordinatus est, unusquisque reducatur. *Nicæn. 15. Aquis. c. 43. Tribur. c. 28. Mart. Brac. c. 5. Burch. lib. 2.c. 97. Ivo part. 6. c. 174. decr. Anf. lib. 2. c. 104.*

### C A P U T II.

**De iis, qui transiunt ab una urbe in aliam Episcopis, vel clericis, placuit de eis canones constitutos a sanctis Patribus robur suum habete.** *Chalc. 5. Aquisgran. sub Lud. c. 44. Capit. lib. 1. cap. 24.*

### C A P U T III.

**Quia necessitatis causa de Portueni ecclesia Formosus pro vita merito ad Apostolicam sedem proiectus est, statuimus, & omnino decernimus, ut id in exemplum nullus adsumat, præfertim ut \* sacri canones hoc penitus interdicant, & præsumentes tanta feriant ultiōne, & etiam in fine laicam eis prohibeant communionem.** *Ravenn. sub Joanne IX. c. 3.*

### C A P U T IV.

**Sediu mutationes sancti Patres in Africano concilio congregati omnimodi interdixerunt, quos fecuti & eos interdicimus, statuentes, ut ecclesiæ, cui regulariter præpositi perpetuo considunt, nec eis sine canonice auctoritatis publica censura ejus, alii coordinentur, & ecclesia divisionem sustineat, sed secundum quod sancti patres statuerunt, unusquisque Episcopus suæ ecclesiæ curam habeat, & ecclesiasticarum rerum potestate patiatur, ne quoquo modo scissuram sancta patiatur Ecclesia, quia nec militibus Christianum crucifigentibus ejus tunicam scindere permisum est.** *Ravenn. sub Joan. IX. c. 5. Vide Afr. 15. Carth. IV. c. 27.*

### C A P U T V.

**Non licet Episcopo suam paroeciam relinqueret, & ad aliam venire, et si a multis cogatur. Nisi si qua justa causa id facere cogat, ut si maximum lucrum illic in religione facere possit, tum vero non sponte sua, sed judicio multorum Episcopo rum,**

rum, & maxima advocatione (*supplicatione L.*) fiat. *Ap. 14.*

C A P U T VI.

*Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus ecclesiam suam: id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, nec alteri se ambitus causa conjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, &c. ita ecclesiæ non licet dimittere Episcopum suum, aut ab eo se segregare. Evaristus ep. 2. in princ. Burch. lib. 1. c. 76. Ivo part. 5. c. 182. decr. Ans. lib. 6. c. 102. Tarrac. lib. 3. c. 67.*

C A P U T VII.

*Sicut. Uxor Episcopi, quæ ejus ecclesia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, absque ejus judicio, & voluntate alteri \* judicare, vel disponere, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione nullatenus conceditur, &c. Si alteram sponte duixerit, adulter æstimabitur, & communione privabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia, fugiendum est illi ad alteram, eique associandus, dicente Domino: Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus, & auctoritate hujus sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed utilitatis. Call. epist. 2. ante med. Burch. lib. 1. c. 80. C lib. 3. c. 49. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 27. pan. C part. 3. c. 53. C part. 5. c. 101. C 186. decr. C ep. 77. ad Episcopos diœcesis Remen. Ans. lib. 6. c. 103. Tarrac. lib. 3. c. 68.*

C A P U T VIII.

*Mu- tationes. 34. De mutatione Episcoporum, unde sanctam sedem Apostolicam consulere voluitis, scitote eam communi utilitate, atque necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam, aut dominacione. Petrus, &c. de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, &c. Eusebius de quadam parva civitate auctoritate Apostolica muratus est Alexandriam. Felix de civitate, qua ordinatus erat, electione civium propter doctrinam, & bonam vitam, quam habebat communis Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transfit de civitate ad civitatem, qui non suo libitu, aut ambitu hoc facit, sed utilitate quadam, aut necessitate, aliorum hortatu, & consilio potiorum transfertur, nec transfertur de minori civitate ad majorem, qui non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria fede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci aut populi; non superbe, sed cum humilitate ab aliis translatus, & intronizatus est, quia homo videt in facie Dominus autem in corde, & Prophetæ ait: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, nec mutat civitatem, qui non sua sponte, sed consilio, & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de civitate ad civitatem, qui non avaritiae causa, nec sponte dimittit suam, sed aut pulsus a fede sua, aut necessitate coactus, aut electione, & exhortatione sacerdotum, & populorum translatus est ad alteram civitatem.*

Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos sacerdotes, sic quotiens utilitas, aut necessitas expoposcerit, supradicto modo & mutare, & intronizare potestatem habent, &c. (*Quidam*) mente reprobantes voluptatem, quod licet, docent non licere, id est, Episcopos migrare de civitate ad civitatem prætaxato modo, & quod non licet, docent licere, id est, misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis, qui Episcopum non habent, & sacro Episcopali indigent ministerio, Episcopū de alia civitate causa utilitatis vel necessitatis tribui, & Episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus aliam cathedram dari negant, &c. Utrisque autem, id est, & famem verbi Dei patientibus, & Episcopis necessitatem, quando intronizantur, propter communem utilitatem, in aliis civitatibus non modica exhibetur misericordia, &c. Avaritiae quoque causa, vel presumptionis, aut propriæ voluntatis, non sunt Episcopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis, & necessitatis, &c. *Anter. ep. un. in pr. Burch. lib. 1. cap. 77. Ivo lib. 3. tit. 6. c. 1. pan. C part. 5. c. 183. decr. Ans. lib. 6. c. 94. Tarrac. lib. 3. c. 69.*

C A P U T IX.

Eos, qui ab Ecclesiis ad ecclesias migraverint, tamdiu a nostra communione alienos habemus donec ad eas redierint civitates, in quibus primus sunt ordinati. Quod si quis alias, alio transmigrante, in locum viventis ordinatus est, tamdiu vacet sacerdotii dignitate, donec successor ejus quiescat in Domino. *Dam. ad Paulin. Antioch. C apud Theod. lib. 5. c. 11. C Trip. lib. 9. cap. 16. Ans. lib. 6. c. 95. Tarrac. lib. 3. c. 70.*

C A P U T X.

*Si quis Episcopus mediocritate civitatis suæ despesta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem se plebem quacumque occasione transtulerit, non solum a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria, ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, nec supra mensuram juris sui affectet augeri. Leo ep. 82. c. 8. ad Anast. Thessal. Burch. lib. 1. c. 74. Ivo part. 5. c. 103. decr. Ans. lib. 6. c. 96. Cæsar. lib. 4. c. 26. Tarrac. lib. 3. c. 71.*

C A P U T XI.

Pars illa (*Nicæni concilii*) contemnitur, quæ vetatur, ne quis relicta ecclesia sua ad alteram transire præsumat, quod nimis improbe coniunctibus, & ut doleatur gravius, vobis adserentibus, Irenæus Episcopus conatur admittere. *Hilar. epist. 1. ad Ascan. cap. 1. C 2. Vide Nicæn. cap. 15.*

C A P U T XII.

Remoto ab Ecclesia Barcionensi, atque sua remissio Irenæo Episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet obtinere, talis protinus de clero proprio Barcionensibus Episcopus ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani; oporteat eligere, & debeat

ceat consecrare. *Hilar. ep. 1. c. 3. Anselm. lib. 6. cap. 101.*

## C A P U T XIII.

Si Irenæus Episcopus ad ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non judicio, sed humanitate præstabitur, removendum se ab Episcopali consortio esse cognoscet. *Hilar. d. epist. 1. ad Ascan. Tarrac. Episcop. cap. 5.*

## C A P U T XIV.

*T. q. 1. c. 36.* Exigit dilectio tua consulta sedis Apostolicæ si licitum foret Episcopum transfire, aut mutari de civitate ad civitatem, dum quidam canones, ut tibi videtur, hoc fieri prohibeant. Significaisti etiam litteris tuis, quandam fratrem nomine, & actu Dei servum, causa utilitatis mutare te velle in locum, & civitatem defuncti, licet quidam dicant, hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ sedis habuisses. [Scias, aliud esse causam necessitatis, & utilitatis, & aliud causam præsumptionis, & propriæ voluntatis. Non ergo mutat fedem, qui non mutat mentem, id est, qui non causa avaritiae, aut damnationis, aut propriæ voluntatis, vel fuæ electionis\* migrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis, aut utilitatis mutatur.

\* *delecta-  
ritatis.*

Nam plurimorum utilitas unius utilitati, aut voluntati præferenda est; aliud est enim mutare, aliud mutari, &c. Quod enim in canonibus legitur, non debere Episcopum de civitate in civitatem trasire, vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate majorum hoc agunt, sed de his, qui avaritiae ardore inflammati, sponte sua prosiliunt, & potius ambitioni, quam utilitati ecclesiæ servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt. Unde & in subjectis canonibus continetur: „Si aliquis exsiterit temerarius, qui forsitan excusationem afferat, quod populi litteras acceperit, & ideo migraverit, dum manifestum sit, præmio, & mercede paucos, qui sinceram fidem non habent, potuisse corrupti ut clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur, omnino has fraudes removendas esse censemus“. His verbis, & aliis liquet non de his dicere, qui pulsi, aut non recepti a civibus, vel a quibuscumque, aut necessitate cogente, vel auctoritate majorum transiunt de civitate ad civitatem; sed de iis, qui sponte prosiliunt, aut temperitatis, aut ambitionis causa faciunt, &c. Quis enim umquam audet dicere, sanctum Petrum Apostolorum Principem non bene egisse, quando mutavit fedem de Antiochia in Romanum? &c. Aut quis negat, sanctos non esse multos alias Episcopos, qui de civitatibus ad civitates translati sunt, aut meritum Pontificatus perdidisse? &c. Aut quis umquam potest approbare, sanctum non esse Alexandrum, qui Hierosolymam de altera civitate translatus est? aut sanctum Gregorium Nazianzenum, qui in Nazianzo constitutus est? aut sanctum Proclum, qui de Cyzico translatus, & CP. inthronizatus est? Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui ergo hoc causa utilitatis, aut necessitatis fieri posse, quotiens communis utilitas, aut necessitas per-

suaferit. Nullum enim ex his, aut ex aliis, qui meliori consilio mutaverunt civitates necessitate quadam, aut utilitate, ecclesiastica, aut laica communione carere reperimus, vel ulla tenus umquam fieri debet. Sententia vero, quæ in Antiocheno concilio habetur, ut Episcopus ab alia parœchia nequaquam migret ad aliam, atque omnes sententia de ea re vim superius comprehensam retinent, &c. Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis indigentibus divinis mysteriis, & non habentibus proprium Episcopum, qui eos instruat, causa utilitatis, atque necessitatis, ex alia civitate, licet minor sit, in eam, quæ non habet Episcopum, doctorem, vel utiliorem meliori consilio non sponte, transeuntem, sed majorum exhortatione mutare, aut Episcopum ejectum, & persecutionem patientem causa utilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittrit. Apud veteres enim sine ulla differentia de una civitate ad aliam migrabat Episcopus, dum utilitas, aut necessitas evocaret, &c. Sicut potestatem habemus, Episcopos, & sacerdotes regulariter titulare, & ordinare, ita ut prædictum est, causa necessitatis, aut utilitatis, habes \* & \* *habemus, f. transferre.*

## C A P U T XV.

Nullus cuiusque ordinis clericus non diaconus, non presbyter, non Episcopus quacunque occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam, sed omnimode, aut excommunicetur, aut redire cogatur. *Arel. II. cap. 13.*

## C A P U T XVI.

Episcopus ab una parœcia in aliam non transiatur, neque sua sponte irruens, neque a populo impulsus, neque ab Episcopis coactus, sed in ea permaneat, quam sortitus est a Deo ab initio, juxta priorem definitionem. *Antioch. 21. Marcell. Brac. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 72. Ivo part. 5. cap. 179. decr.*

## C A P U T XVII.

Osius Cordobensis dixit: „Mala consuetudo tollatur, & Episcopus ab una urbe minore in aliam non transiatur, cum nemo ad minorem transeat ex majore, ex cupiditate, & ambitione, ne dominandi moventur. Itaque ne laicorum quidem communione utantur“ (*synodus respondit, Placet L.*) *Sardic. 1.* Licet Episcopus se excusat litteras ostendens illius populi; nam possunt aliqui corrupti, ut clamarent, & peterent eum Episcopum, laicorum careat communione etiam in fine. *Sard. 2. G. 1. L. Petag. II. epist. 2. Nicot. in epist. ad Hincmar. incip. Epistolam. Burch. lib. 1. cap. 19. C 79. Ivo part. 5. cap. 73. C 185. decr.*

## C A P U T XVIII.

In synodo Capuae statutum est, ut non liceat fieri

\* *g. r. Epi-  
scopum. 25.*

c. 1. de cler.  
non ref. *Greg.  
IX. C in 1.  
coll.*

c. 2. de elect.  
*Greg. IX. C  
in 1. coll.*

*De conf. d. 4.  
Non licet.  
107.*

fieri rebaptizationes, vel reordinationes, vel mutationes Episcoporum. Cresconius tamen Regiensis agri Episcopus, suo populo contempto, ad Tubicenam ecclesiam venit, & hucusque sacerdos admonitus, ut juxta decreta discedat, & ad fuam revertatur, noluit. [ Petimus ut liceat nobis, Præsidem provinciæ adire juxta constitutions gloriofissimorum Imperatorum, ut si noluit benignæ admonitioni sanctitatis vestrae obediens, auctoritate Præsidis compellatur. Placet. *Carth. 49. G. Carth. III. cap. 38. L. Vide 78. G. Afr. 15. L. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 76. panorm. C part. 1. cap. 152. decr. Cæsar. lib. 12. cap. 61.*

C A P U T XIX.

*7. q. 1. c. 37.* Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si pro utilitate ecclesiæ faciendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum Episcopis porrecto, in præsentiam synodi transferatur, nihilominus alio in loco ejus Episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum Episcoporum possunt ad alias ecclesiæ transmigrare. *Carth. IV. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 2. panorm. C part. 4. cap. 125. decr.*

C A P U T XX.

Ne quis ad ecclesiæ, quæ sumnum amiserat sacerdotem, nisi Metropolitani litteris invitatus, ne a plebe decipiatur, accedat, & vim pati voluisse videatur. *Regien. 6.*

C A P U T XXI.

Presbyter de titulo minori ad majorem non migret, sed eadem feriatur sententia, qua Episcopus, si de minori ad majorem transmigraverit sedem. *Turon. sub Carolo cap. 14.*

C A P U T XXII.

De Episcopo canonica decrevit auctoritas, ut si per ambitionem majorem civitatem appetierit, & illam perdat, quam tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam usurpare tentavit. *Nannet. c. 16.*

C A P U T XXIII.

Si quis particeps alicujus fuerit ambitionis inventus, sive Episcopus, sive presbyter, vel diaconus, de inferiori civitate non transeat ad maiorem. Quod si quis contra hæc magni concilii constituta importunus extiterit, omni modo evaucetur hujusmodi factum, & suæ item restauretur ecclesiæ, ubi Episcopus, aut presbyter, aut diaconus prius fuerat constitutus. *Mart. Brac. cap. 5. Nicæn. 15.*

T I T U L U S LXXVIII.

DE RESIDENTIA EPISCOPORUM, ET NE SINE GRAVI CAUSA IMPERATOREM, ADEANT.

C A P U T I.

E Piscopi ad culturam propriæ ecclesiæ sapientia debent adesse, quia absentia Episcopi plerumque fit calamitas plebis. Ideoque Sardensi admonente concilio, ultra trium hebdomadarum spatium a propriis ecclesiis non morentur, nisi fortasse per iussionem Metropolitani, vel Principis, ex necessitate contingat, quoniam longius, nisi per auctoritatem canoniam profici, neque suscipi sacerdotes debent. *Syn. Rom. Tom. V.*

*sub Eugen. II. C. Leone IV. cap. 6. Sard. 11. 12. G. 14. 15. L.*

C A P U T II.

Suggestum nobis est, quod pro præteritis laboribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & a Deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, ecclesiæ, & pro ovibus fibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinat, & vacationem ab Episcopatus laboribus eligere, & silentio, atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, &c. non sit, qui vos decipiatur, aut seducat in subtilitate sermonis, ut plebes vobis commissas relinquatis. *Liber. epist. 2. ante med. Tarrac. lib. 6. cap. 110.*

C A P U T III.

Ut ne quis dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiæ. *Hadr. ad Episc. Med. cap. 55. Capit. lib. 7. cap. 366.*

C A P U T IV.

Nullus cujuscumque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non Episcopus, quacumque occasione faciente, propriam relinquat ecclesiæ, sed aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod si aliquis comorationis tempore invito Episcopo suo in aliena ecclesia habitans, ab Episcopo loci clericus fuerit ordinatus, hujusmodi ordinatio irrita habeatur. *Arel. II. cap. 13.*

C A P U T V.

Si quis Episcopus, &c. præter consilium, & litteras Episcoporum provinciæ, & præcipue Metropolitani, adierit Imperatorem, hunc reprehendi, & abiici oportere, non solum a communione, verum & ab honore, cuius particeps videatur existere, &c. *Aniioch. cap. 11. Aquisgr. c. 73. Cap. lib. 1. cap. 10. Burch. lib. 2. cap. 177. Ivo part. 6. cap. 298. decr. Ansf. lib. 6. cap. 115.*

C A P U T VI.

Nemo Episcopus a sua provincia in aliam, in qua Episcopi sunt, veniat nisi ab aliquo ex fratribus vocetur, ut non portas dilectionis claudamus. *Sard. cap. 3. G. 2. L.*

C A P U T VII.

Osius Episcopus dixit, &c. [ „ Si vobis placet, 23. q. 8. c. 28. „ decernite, ne Episcopi ad comitatum acce- „ dant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris „ litteris, vel invitati, vel evocati fuerint “. *Sardic. cap. 7. G. 8. L. Anselm. lib. 6. cap. 111.*

C A P U T VIII.

Alypius Episcopus dixit: „ Si propter pupilos, & viduas, vel laborantes, quæ causas ini- „ quas non habent, suscepint (Episcopi) pe- „ regnationis incommoda, habebunt aliquid „ rationis; nunc vero cum ea postulent præci- „ pue, quæ sine invidia omnium hominum, & „ sine reprehensione esse non possunt, non ne- „ cessit est eos ire ad comitatum“. *Sardic. c. 10.*

C A P U T IX.

Memini, superiore concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea, in qua comoratur civitate, tres dominicos dies, id est per tres septimanas non celebrasset conventum, commu-

## 186 Juris Pontificii Veteris Epitome

nione privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quæ detineat, ut amplius a supra scripto tempore absens sit ab ecclesia sua. *Sardic. c. 11. G. 14. L.*

### C A P U T X.

Tribus hebdomadibus Episcopus in suis possessionibus esse potest. *Sard. c. 12. G. 15. L.*

### C A P U T XI.

Si quis Episcopus vim passus injuste eiiciatur, vel propter doctrinam, vel propter confessionem catholicae Ecclesiae, vel propter veritatis defensionem, & fugiens periculum innocens ad aliam urbem venit, non prohibetur illic versari, donec revertatur, vel injuria sibi factæ inveniat remedium. *Sard. c. 18. G. 21. L.*

### C A P U T XII.

Unusquisque nostrum cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendat, agnoscat, & si quidem eum invenerit ire ad comitatum, requirat & illud, num forte invitatus sit, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero propter desideria, & ambitiones ad comitatum pergit, neque in litteris ejus subscribatur, neque in communionem recipiatur, &c. Universi dixerunt, hoc honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem. *Sardic. c. 21. G. 11. L.* Debet ergo Episcopus civitatis ipsius admonere eum, & instruere, & ex eo loco diaconum suum mittat admonitus, ipse tamen redeat in parochiam suam. *Sardic. c. 12. L.*

### C A P U T XIII.

Recitatæ sunt litteræ Papæ Innocentii, ut Episcopi ad transmarina pergere facile non debeat quod Episcorum sententiis confirmatur. *Afr. 61.*

### C A P U T XIV.

7.9.1. Pla-  
euit. 21. Nemini Episcopo liceat, relicta majori sede in aliqua ecclesia in diœcesi constituta residere, aut in aliquo suo negotio, in quo negligat curam suæ sedis, manere. *Carth. 72. G. Carth. V. cap. 5. L. Afr. 38. L. Capitul. lib. I. c. 41. O lib. 7. c. 32. Ans. lib. 6. c. 176.*

### C A P U T XV.

Nullus Episcorum Natalem Domini, aut Pascha alibi, nisi ad Ecclesiam suam, præter infirmitatis incursum, aut ordinem regium, celebrare præsumat. *Lugd. II. c. 3.*

### C A P U T XVI.

De conf. d.  
3. c. 4. Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiarum, cui proximus fuerit, die Dominico esse non debet. *Aurel. I. cap. ult. Cæsar. lib. 4. cap. 62.*

### C A P U T XVII.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui tribus dominicis diebus in tribus hebdomadibus sine necessitate in ecclesia sua non convenit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. 81.*

### C A P U T XVIII.

Comperimus, quosdam socios ordinis nostri, non causa necessitatis, aut utilitatis, sed portius avaritiae, & propriæ delectationis, sapissime propria civitatis suæ sede relicta, cleroque neglecto,

remotiora loca frequentare, de qua re & destitutio divini cultus, & prædicatio in plebis, & cura subjectorum postponitur, & hospitalitas negligitur. Quod ne ulterius a quoquam sine inevitabili necessitate, & certa utilitate fiat, pari consensu inhibuiimus. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. I. cap. 21. Aquisgran. II. sub Lud. part. I. cap. II.*

### C A P U T XIX.

Episcopi non propter suam quietudinem ad remotiora loca sedentes, & suum ministerium negligentes, proprias deferant civitates, sed ut parochias suas cum officiis efficacia circumeant, aut cum religione in suis civitatibus canonice cum suis filiis degant. *Melden. cap. 28.*

### T I T U L U S LXXXIX.

#### NE EPISCOPUS DIMITTAT

#### EPISCOPATUM.

### C A P U T I.

**E** Varistus urbis Romæ Episcopus, omnibus per Ægyptum conglutinatis fratribus, &c. Scimus, sicut a Patribus accepimus, Christum esse caput, cujus & membra sumus. Ipse est sponsus, ecclesia sponsa, cujus filii nos sumus, & ideo unum Patrem habemus Deum in celis. Sacerdotes vice Christi legatione funguntur in ecclesia, & sicut ei sua conjuncta est sponsa, id est ecclesia, sic Episcopis junguntur ecclesiae, unicuique pro portione sua, &c. Episcopus custodiare, & amare, atque prudenter regere debet ecclesiam. Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere, & amare, ut a-  
cut vir. c. 11.

nimam suam debet. Episcopus non debet adulterare ecclesiam suam, id est, ut eam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione & alteri se ambitus causa conjugat. Ecclesiae non licet dimittere, aut ab ea segregare Episcopum suum, ut alterum vivente eo accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum Episcopum suo vivente accipiat, &c. Nam si se alteri Episcopo junxerit, aut super se alterum Episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desideraverit, per acerri-  
mam pœnitentiam, aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat". Evar. epist. 2. in princ. Burch. lib. I. cap. 76. Ivo part. 3. cap. 182. decr. Ans. lib. 9. cap. 102. Tarrac. lib. 3. c. 67.

### C A P U T II.

Miror dilectionem tuam in tantum scandalorum quacumque occasione nascentium adversitate turbari, ut vacationem ab Episcopatus labore optare te dicas, & malte in silentio, atque otio vitam degere, quam in his, quæ tibi commissa sunt, permanere, &c. Leo ep. 70. vel 90. ad Rustic. Narbonen. in princ.

### C A P U T III.

Ne Episcopus dimittat Episcopatum ob labores cleri corrigiendi. *Martin. epist. un.*

### C A P U T IV.

De eo quod tibi successorem constituere dixisti, & te jubente, in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nulla ratione patimur, quia contra omnem eccle-

<sup>1. Tim. 3.c.</sup> ecclesiasticae regulam, vel instituta Patrum esse monstratur. Sed volumus, ut tibi ministret, & sit in Evangelium Christi adjutor, dicente Apostolo: *Si quis bene ministraverit, gradum sibi bonum acquireret.* Nimis enim reprehensibile manifestum est, ut te vivente tibi alium substituamus. *Zachar. epist. 6. ad Bonif. in medio. Vide Bonif. Episc. ad Zach.*

## C A P U T V.

Confrater noster Sanctius Aragonensis Episcopus multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens, deferendi Episcopatum a nobis suppliciter licentiam postulavit, quod cum morbo confessus, & pene consumptus, diutius competenti ministerio regere, & custodire non possit. Noverit dilectio tua, nos jam consuluisse, & præcepisse Episcopo, ut ipse, quantum possit, Episcopali officio in spiritualibus insistens, auxilia comprovincialium Episcoporum petens ad peragendas exteriores, & interiores curas tales clericum in ecclesia constituat, qui ad tantam procreationem providens, & si res postulaverit, ad percipiendam Episcopalis officii dignitatem, & ordinem sit idoneus, quo per annum unum, aut amplius in ecclesia consistente, si divina clementia interim Episcopo vires corporis, & sanitatem reddiderit, sicut justum est, ipse in loco suo super Dominicum gregem vigilans consistat. Si vero infirmitas, & debilitas corporis sui adiuncta fuerit, & administrationem commissa sibi jure nequaquam exequi poterit, tunc demum si illius vita, mores, & disciplina probabilis fuerit, Apostolicæ sedi tuis, & Episcopi litteris, nec non sub testimonio cleri ejusdem ecclesiae, denuntietur, & de ordinatione Ecclesiae deliberato consilio certa vobis, & salubris annuente Deo responsio dabitur. Verum hæc nequaquam tam absolute diximus, nisi quod Episcopo se excusanti, & impedimentum suæ infirmitatis proponenti, fraternalè compassionis aditum denegare non potuimus. *Greg. VII. lib. 2. registr. epist. 50. post principium.*

## C A P U T VI.

Transmundus vester dictus Episcopus ad nos venit, quem nimur nos duris verbis increpimus, propterea quod Episcopatum sine ratione dimiserat. *Greg. VII. lib. 8. registr. ep. 15.*

## C A P U T VII.

Alia res est, quæ ecclesiasticae consuetudini non placet, offerre sacerdotes aliquos renuntiationis libellos, si sunt enim digni, qui sacra mysteria obecant, in his maneant. Sin autem indigni, nec per renuntiationem exeat, sed rebus ipsis potius condemnati. *Cyrill. Episc. Alex. in epist. ad Dominum.*

## T I T U L U S LXXX.

*EPISCOPUS RES ECCLESIAE CURET,  
ILLASQUE SECUNDUM CANONUM  
STATUTA DISPENSET.*

## C A P U T I.

<sup>12. 9. Quis.  
quis. 19.</sup>

**S**I quis Episcopus, vel monasterii præfetus inventus fuerit, ex Episcopatus, vel monasterii agris, in Principis alicujus, aut magistratus manus alienare, vel alteri personæ tradere, nul-

lius sit momenti traditio, ut sanctorum Apostolorum vult canon, qui dicit: „Omnium rerum ecclesiasticarum Episcopus curam gerat, & eas administret, tamquam Deo intuente. Ne licet autem quidquam ex eis sibi vindicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, elargiri. Si sint autem pauperes, ut pauperibus suppeditet, sed non eorum praetextu res ecclesiæ venu- det, &c.“ *Nicæn. II. cap. 12. Apost. 38. Ivo part. 5. c. 375. de cr. Ans. lib. 6. c. 184. Cæsar. lib. 7. cap. 72.*

## C A P U T II.

Ne Episcopus ecclesiasticos redditus laedat, quos ad propriam utilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse decernimus. Omne vero ecclesiasticarum rerum potestatem habeat, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 15.*

## C A P U T III.

Unumquemque Episcoporum ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importune, ac sine ratione disperdere, vel consumere redditus ecclesiasticos, facri canones decernunt, &c. *Syn. VIII. sub Hadr. II. c. 19. vel 17.*

## C A P U T IV.

Ne pro defectu pastoris gregem Dominicum <sup>De elect. c.</sup> lupus rapax invadat, aut in facultatibus suis eccl. <sup>41. Gregor. IX. c. 8. eod. tit. in 4. coll.</sup> ecclesia viduata grave dispendium patiatur, &c. Statuimus, ut ultra tres menses cathedralis, vel regularis ecclesia Prælato non vacet, &c. *Inn. III. in conc. gen. Later. c. 23.*

## C A P U T V.

Qui diliguntur Episcopi, ante confirmationem, si sunt valde remoti, videbile ultra Italiæ constituti, si electi fuerint in concordia, dispensative propter necessitates, & utilitates ecclesiæ, in spiritualibus, & temporalibus administrarent, sic tamen, ut de rebus ecclesiasticis nil penitus alienent. *Innoc. III. in concil. gener. Later. cap. 26.*

## C A P U T VI.

Marinianus coepit postulare a Xysto III. fundum ecclesiæ. Respondit Xystus: „Nihil ex meis redditibus accrevit ecclesiæ, unde pauperum senecta sublevari desiderat, nec ego veni ecclesiæ subvertere“. *Acta contra Xyst. III. in princ.*

## C A P U T VII.

Unusquisque Episcopus suæ ecclesiæ curam habeat, & ecclesiasticarum rerum potestate potiatur. *Synodus Ravenn. sub Joanne Papa IX. cap. 5.*

## C A P U T VIII.

Ut decimæ, & primitiæ, seu oblationes vivorum, & mortuorum ecclesiæ Dei fideliter reddantur a laicis, & ut in dispositione Episcoporum sint. *Nicol. H. in synod. Rom. 113. Episcop. c. 5.*

## C A P U T IX.

Nullus Abbas, nullus ecclesiarum præpositus, quæ juris sunt ecclesiastici, accipere sine Episcopi concessione presumat. *Syn. apud Melfiam sub Urban. II. c. 6.*

# 188 Juris Pontificii Veteris Epitome

## C A P U T X.

<sup>16. q. 7. c. 2.</sup> Proposita nobis est quæstio de ecclesiis, vel de capelis monac. c. 1. in collect. 1. de ecclesiasticis possessionibus a clericis, vel monachis usque in præsentiarum inconsultis Episcopis acquisitis; nos autem usi saniori consilio eorumdem Episcoporum condescendentes pro tempore, providentesque ecclesiasticae paci, vel quia aliter absque inevitabilis scandali periculo hujusmodi quæstion non poterat procedere, Apostolica auctoritate decrevimus, ut ea, quæ a clericis, vel monachis, vel a quibuscumque personis, prout potuerint, usque hodie fuerint acquisita, rata penniter, & inconcussa permaneant, hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia præsumant. *Urban. II. in concil. Claromont.*

## C A P U T XI.

Secundum Apostolorum canones, omnium negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset. *Callist. II. in conc. Rom. c. 4. Apost. 38.*

## C A P U T XII.

<sup>16. q. 7. c. 11.</sup> Sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi judicio, & potestate permaneat. *Callist. II. in conc. Rom. c. 7.*

## C A P U T XIII.

Ad Episcopi, & presbyterorum domum affrantur fructus oblati, ut ipsi dividant diaconis, & reliquis clericis. *Ap. c. 4. G. 5. L.*

## C A P U T XIV.

<sup>12. q. 2. c. 19. Quis quis.</sup> Omnia rerum ecclesiasticarum curam habeat Episcopus, easque dispenset quasi Domino insidente, non tamen liceat quidquam alienare, aut propinquis suis, quæ Dei sunt, largiri, sed si pauperes sint, ut pauperibus eis det, sed non ea occasione ecclesiasticas res distrahat. *Ap. 38. G. 39. L. Vormac. c. 45. Vide synod. VII. c. 12. Ivo part. 5. c. 375. decr. Ans. lib. 6. c. 184. Cæsar. lib. 7. c. 72.*

## C A P U T XV.

<sup>12. q. 1. c. 24. Præcipi- mus. & c. Ex his. 1. Cor. 9. b.</sup> Episcopus bona ecclesiæ in sua potestate habentiam & animæ multo pretiosiores ei committuntur, &c. Ex ejus auctoritate per presbyteros, & diaconos cum Dei timore omnia indigentibus distribuantur (*id est, ubi opus est, L.*) Ipse vero Episcopus, si indigeat, suis, & peregrinorum fratrum necessitatibus inde subveniat. Nam qui altari serviunt, de altari vivere debent: & nemo militat suis stipendiis. *Ap. 41. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 15. Ans. lib. 6. c. 160. Cæsar. lib. 7. c. 56.*

## C A P U T XVI.

<sup>12. q. 6. 1. 16.</sup> Videntes sacerdotes summi, & alii, atque levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hereditates, & agros, quos yendebant, ecclesiis, quibus præsidebant Episcopi, traderent, &c. cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere. Iosæ vero res in ditione singularum parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuri debent esse temporibus. *Urb. ep. sing. in princ. Burch. lib. 3. c. 3. Ivo part. 3. c. 3. & 138. decr. Ans. lib. 7. c. 4. Cæs. lib. 7. c. 4.*

## C A P U T XVII.

<sup>16. q. 3. c. 2.</sup> Præsulū auctoritas nostrorum emanavit, ut facultates ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen, ut viduarum, pupillorum atque pauperum, nec non & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod haec tenus decretum est, reliquum sibi vindicent, ut sicut ante diximus, peregrinorum, atque captivorum largitores esse possint. *Gelas. epist. 2. in princ. Ivo part. 3. cap. 147. decr.*

## C A P U T XVIII.

De censu ecclesiistarum, id est solidum de casata suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sacrarum ecclesiistarum juxta canonum instituta. *Zach. epist. 5. ante finem ad Bon. Episcop. incip. Benedictus Deus.*

## C A P U T XIX.

Res Ecclesiæ a presbyteris non existente Episcopo venditas Episcopus potest recipere, nisi <sup>12. q. 2. c. 42. Si qua-</sup> malit pretium. *Ancyr. cap. 15. Vid. Mart. Brac. cap. 17. Anselm. lib. 6. cap. 162. Cæsar. lib. 7. cap. 71.*

## C A P U T XX.

Si quis fructus ecclesiasticos velit capere, aut dare extra ecclesiam, sine voluntate Episcopi, vel ejus, cui haec committuntur, anathema sit. *Gangr. 7. & 8. Capit. lib. 1. c. 47. & lib. 6. cap. 285. & lib. 7. c. 7. Ans. lib. 5. c. 44. Cæsaraug. lib. 7. cap. 43.*

## C A P U T XXI.

Quæ sunt ecclesiæ, dispensanda sunt iudicio, & potestate Pontificis, cui commissus est populus, & animæ. *Antioch. 24. Aquisgr. II. sub Lud. part. ult. c. 7. Mart. Brac. c. 15.*

## C A P U T XXII.

Episcopus habet omnium rerum ecclesiæ potestatem, & administrare debet indigentibus cum omni pietate, & Dei timore. Ipse quoque pro sua necessitate percipiat, si indiget, ad necessarias causas suas, & fratrum peregrinorum, ut nihil eis desit, cum Apostolus dicat: „Habentes viætum, & vestitum his contenti simus“. Si vero his non sit contentus, & res accipiat ad suos usus, & redditus ecclesiæ, aut fructus agrorum non cum voluntate presbyterorum, & diaconorum tractet, sed domesticis suis, & propinquis, aut fratribus, aut filiis præbeat facultatem, ut per eos latenter lèdantur rationes ecclesiæ, in synodo provinciæ plectatur: (reatum apud Metropolitarum prelætit, L.) Si vero aliter diffamatur Episcopus, aut sui presbyteri, quæ ecclesiæ sunt, sive ex agris, sive ex alia causa ecclesiastica ad se convertere, & pauperes vexentur, (penuria opprimi, L.) & calumnia, & infamia rationibus, & administratoribus eorum injungatur. In hos quidem correctione opus erit, ut synodus arbitrabitur optere. *Antioch. 25. refert Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 15. Vorm. cap. 46. Mart. Brac. cap. 16. Capit. lib. 7. c. 76. Ans. lib. 6. c. 163.*

## C A P U T XXIII.

<sup>12. q. 2. Si- ne exceptio-</sup> Episcopus rebus ecclesiæ tamquam commen- datis,

datis, non tamquam propriis utatur. *Carth. IV. cap. 31.*

#### C A P U T XXIV.

De obligationibus \*, vel agris, quos D. N. Rex ecclesiae suo munere conferre dignatus est, vel Deo inspirante contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa, in reparationibus ecclesiarum, almonii sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adjutorium ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis sacerdotum, seu minoris officii ad hanc curam minus sollicitus fuerit, ac devotus extiterit, publice a provincialibus Episcopis confundatur. Si non se correxerit, donec emendet errorem communione fratrum habeatur indignus, minoris vero, ut dignum est, disstringantur. *Aurel. 7. vel 5.*

#### C A P U T XXV.

Oblationum in altari medietatem Episcopus habeat, alteram clerus: prædia, & omnis commoditas in Episcopi potestate sit. *Aurel. 16. vel 14.*

#### C A P U T XXVI.

In parochiis terræ, vineæ, mancipia, & pecunia \* oblata in Episcopi potestate sunt. In altari oblatorum tertiam partem Episcopus habet. *Aurel. 17. vel 15. Capitul. lib. 7. cap. 182. in addit. Burch. lib. 3. cap. 136. Ivo lib. 2. titul. 5. cap. 5. panorm. C part. 3. cap. 202. decret.*

#### C A P U T XXVII.

Omnis basilicæ in ejus Episcopi potestate sint, in cuius territorio posita sunt. *Aurel. 19. vel 17. Colon. c. 4. Burch. lib. 3. c. 8. Ivo p. 3. c. 10. decret. Anselm. lib. 5. c. 10. in Rom.*

#### C A P U T XXVIII.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus, atque corporibus collatae fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur, & in ejus sit arbitrio, quid in reparatione basilicæ, aut observantium ibi substantiæ deputetur. De facultatibus vero parochiarum, vel basilicarum in pagis civitatis constitutis, singulorum locorum consuetudo servetur. *Aurel. III. c. 5.*

#### C A P U T XXIX.

In Pontificis potestate consistat, qualiter pro conservando jure ecclesiastico, rem possessam inter clericos debeat communicare. *Aurel. IV. c. 18.*

#### C A P U T XXX.

De substituendo Antistite si fortassis mora extiterit, & voluntatedecessoris ante fuerit res erata \*, quam successor accedit ecclesiæ, non impediatur successor. Si quispiam clericorum aliquid de facultate illa præsumperit, in potestate fit aduentis Episcopi, utrum sua debeat voluntate adire, an relidere successor: nec ecclesiæ in objecto veniant tempora legibus constituta, dum non extitit persona, quæ de utilitate ecclesiæ cogitarit. *Aurel. IV. c. 34.*

#### C A P U T XXXI.

Multi contra canonum constituta ecclesiæ, Siquidem, quas ædificaverint, postulant consecrari, ut dotè,

quam eidem ecclesiæ contulerunt, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur, sed omnia secundum constitutionem ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant. *Tolet. III. cap. 19. Vorm. cap. 6. C 55. Magunt. sub Arnulph. c. 4. Capitul. lib. 7. cap. 213. Troslej. cap. 6. Burchard. lib. 3. cap. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 3. panorm. C part. 3. cap. 23. decret.*

#### C A P U T XXXII.

Conditores basilicarum in rebus, quas eisdem ecclesiæ conferunt, nullam potestatem habent, sed juxta canonum iustituta, sicut ecclesia, ita & dos ejus ad ordinationem Episcopi pertineat. *Tolet. IV. cap. 32. Rab. cap. 32. de pœn. Burch. lib. 3. Ivo cap. 203. lib. 2. tit. 1. c. 4. panorm. C p. 3. c. 255. decret.*

#### C A P U T XXXIII.

Præbendum est a sacerdotibus vitæ solarium indigentibus, &c. Si clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatibus sustinentibus pro solo necessitatis intuitu, in ulum res ecclesiasticae largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio justa debetur? *Tolet. IV. cap. 37.*

#### C A P U T XXXIV.

Sancto huic placuit Concilio, ut quemcumque (clericum) Episcopus ad bonum profectus viderit crescere per bonam intentionem, venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus ecclesiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat potestatem, &c. Quidquid ergo bonis largitur per gratiæ, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc sentiant & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quod si id, quod acceperint, per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerint, Episcopus habet licentiam, sine ullo præjudicio in jure\* ecclesiæ revocare \* jus, rem propriam. *Emerit. c. 13.*

#### C A P U T XXXV.

Quidquid pecunia a fidelibus in ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conservatum, & fideliter Episcopo præsentetur. Qualiter exinde tres partes fiant æquales, unam Episcopum habeat, & alteram presbyteri, & diacones inibi deservientes consequantur, &c. Tertia vero subdiaconibus, & clericis tribuatur. *Emeritens. cap. 14.*

#### C A P U T XXXVI.

Omnis rei ecclesiasticae quantitas, sicut remedium venia tribuit conferenti, ita damnum præparat fraudatori. Nullus sacerdotem, vel ministrorum ex rebus ecclesiæ, quæ in quibusunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, & \* vel. juri suo, aut cathedrae propriæ unitate connectat. Devotio enim uniuscujusque sicut gratarum votum contulit Deo, ita definit, ut ibi conservaretur, &c. Condignis filiis, vel nepotibus 16. q. 7. c. 31. honestioribusque propinquis ejus, qui construxit, vel ditavit ecclesiam, licetum sit hanc habere sollem, ut si sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commotionis honestæ conventione compescant, aut

## 190 Juris Pontificii Veteris Epitome

aut Episcopo, vel judici corrigenda denuntient. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitanus ejus haec insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis haec auribus intimare non differant. *Tolet. IX. c. 1. Burch. lib. 3. c. 182. Ivo part. 3. c. 243. decr.*

### C A P U T XXXVII.

12. q. 2. Bo. n. 74. Quisquis Episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreverit, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debet, ut hac temperamenti æquitate servata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad ecclesiam vero, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit; ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerandam assumat. *Tolet. IX. c. 5. Ivo part. 3. c. 170. decr.*

### C A P U T XXXVIII.

Episcopi res ecclesiasticas ecclesiis collatas cauta circumspetione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores, illisque ita utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commissis. *Turon. sub Carolo c. 10.*

### C A P U T XXXIX.

Licet sit Episcopis, præsentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesiæ familiæ, & pauperibus ejusdem ecclesiæ, secundum canoniam institutionem, juxta quod indigerint, erogare. *Turon. sub Carolo c. 11.*

### C A P U T XL.

Oportet, ut si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terræ congregant, & protelant, non ideo hoc faciant, ut carius vendant, & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant. *Cabil. sub Carolo c. 8.*

### C A P U T XLI.

Episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas providere, regere, gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem, & laici in eorum ministerio obedient Episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas, & orphanos defensandos, & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam, &c. *Magunt. c. 8. Magunt. sub Raban. cap. 7. Burch. lib. 15. c. 4. Ivo part. 16. cap. 5. decr.*

### C A P U T XLII.

1. Tim. 6. 6. Episcopus, qui imitator Apostoli esse cupit, habens viætum, & vestitum, his tantum debet esse contentus: *Qui altario serviunt, de altari vivant.* Vivant inquit, sed non fiant divites. Unde & æs nobis excutitur e zona, & una tantum tunica induimur, ut non de crassino cogitemus. Turpis lucri appetitio est, plus de præsentibus, quam futuris cogitare. *Hier. in ep. ad Titum apud Aquisgr. 10. in fin.*

### C A P U T XLIII.

Dicitur ad pastores pascentes se ipsos, non oves quid diligant, quid negligant, quid ergo diligunt? Lac consumitis, propter quod Apostolus dicit:

1. Cor. 9. 9. *Quis plantat vineam, & de fructu eius non sumit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit?* Invenimus ergo esse lac gregis quidquid a plebe distribuitur præpositis ad eorum sustentandum viætum temporalem, &c. Et quidem Apostolus, quamquam elegerit manibus suis transfigi, & nec ipsum lac querere, ab ovibus tamen lactis percipiendi potestatem habere se dixit, & sic Dominum disponuisse, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant. Et dicit alios coapostolos suos usos fuisse hac potestate non usurpata, sed data. Plus ille fecit, ut nec quod debebatur, acciperet, &c. *Bene fecistiis communicare necessitatibus meis,* &c. *Augustinus in libro ad pastores (tom. 10.) apud Aquisgr. c. 12. post princip.*

### C A P U T XLIV.

Expedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectiones amore contemni. Non enim propriæ sunt, de communes ecclesiæ facultates. Et ideo quisquis omnibus, quæ habuit, dimisisti, aut venditis, fit rei suæ contemptor: cum præpositus fuerit factus ecclesiæ omnium quæ habet ecclesia, efficitor dispensator. Denique sanctus Paulinus ingentia prædia, quæ fuerant sua, vendita pauperibus erogavit. Sed cum postea factus fuisset Episcopus, non contemplit ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensavit, &c. Quid sanctus Hilarius? non ne & ipse omnia sua, aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogavit? is tamen cum merito perfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatensis Episcopus, quod illa tunc habebat ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hereditatibus ampliavit, &c. Unde datur intelligi, quod tales, ac tantum viri, qui volentes fieri Christi discipuli, renunciaverant omnibus quæ habebant, non ut possessores, sed ut procuratores, facultates ecclesiæ possidebant: & idecirco scientes, nihil aliud esse res ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicaverunt in usus suos, ut proprias, sed ut commendatas, pauperibus diviserunt, &c. Quod habet ecclesia cum omnibus nihil habentibus commune habet: nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogat, quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. *Proper lib. de vita contemplativa 2. cap. 9. apud Aquisgr. cap. 35.*

### C A P U T XLV.

Quod nulli sacerdotum licet res Deo dicatas, sibique commissas, utpote proprias tractare, vel ad multifarios, secundum libitum suum, eas usus retorquere, sed potius secundum canoniam auctoritatem, sanctorumque Patrum dicta, & exempla, administrare, vel dispensare, ea, quæ sequuntur, perspicue manifestant. Quod autem ea, quæ Domino sanctificabantur ad jus pertinerent sacerdotum, legalia instituta sanciunt. In novo quippe testamento, in initio videlicet sanctæ nascientis Ecclesiæ, vota fidelium ante pedes ponebantur Apostolorum, eorumque iudicio, unicuique prout opus erat, distribuebantur. Et licet crescente fidelium devotione, copiosissimis, ac munificentissimis eorum liberalitatibus sancta do-

AG. 4. a.

donata sit Ecclesia, eundem tamen usum Apostolorum successores in tractandis, & dispensandis ecclesiasticis rebus se servare debere meminerint. Quoniam qui stipem Ecclesiae, juxta documentum B. Hieronymi, in suos convertit usus, Scriba est, & Pharisaeus, similisque Iudee perditio, &c. Prosper, cum de sanctis, perfectisque Pontificibus tractaret, qui facultates ecclesiae, non ut proprias, sed ut commendatas tractaverunt, ait: „Et idcirco scientes, nihil aliud esse res ecclesiae, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicaverunt in usus suos, ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diviserunt“. Hoc est enim possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere, nec habendi cupiditate, ecclesiae facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. *Sophon. 3. nymus in expositione Sophoniae Prophetæ: „Ju- \* Rabidi. „dices quoque ejus quasi lupi Arabiae\* occiden- tes vespere, & nil relinquentes in mane, non adspicientes ad ortum solis, sed morante semper in tenebris, & possediunculas ecclesiae, & ea, quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, ut non habeant pauperes, quod mane comedant, qui quasi in nocte, & nullo vidente populantur, & cum luporum more cuncta diripiunt, ne parvos quidem cibos indigentibus derelinquent“.* Sicut igitur præmissa documenta declarant, non sunt res ecclesiae ut propriæ, sed ut Dominicæ, & a Domino commendatae tractandaæ. Quicumque ergo eas ad suos proprios usus, terrenosque honores, & delectationes retorqueat, quanti sit discriminis, quantæque transgressionis, aperte animadverti potest. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. I. c. 15. Aquen. sive Aquigr. lib. 3. c. 15.*

## C A P U T XLVI.

Convenit pastoribus ecclesiarum res ecclesiae possidere, non ab his possideri, & ut Prosper scribit, eas possidendo debent contemnere, & non sibi, sed aliis possidere. Constat autem, sanctissimos Pontifices, qui cum Christo remuneratore suo regnant, quorum nos indigni locum tenemus res ecclesiae non sibi, sed aliis possedisse, &c. Quicumq. ergo secundum eorundem sanctorum exempla, res sibi creditas dispensaverit, seque ab illecebris mundialibus, & incentivis carnalibus custodierit, ad eorum consortium se pertinere dubitare non poterit. Si autem fecus fecerit, eorum consortio se indignum fore pertimescat. Misericordiores plane cunctis mortalibus nonnulli existunt Pontifices, qui in brevissimo hujus mortalitatis intervallo, suæ miserae fragilitatis immemores, sacerdotalis honoris culmine ultra metas subiecti, amore mundi decepti, cupiditate terrenarum rerum illesti, pro caducis, & cito præterlabentibus rebus, quas utiliter, fideliterque expendere negligunt, sanctorum sacerdotum consortium se privat. Cesset ergo ambitio, quæ dicerre solet: *nimirum habere ecclesias Christi*: & perpendat, quia quantumcumque sint res ecclesiae, si eo modo, quo dispensanda sunt, dispensantur, nimirum non sunt cupiditas quippe, immo negligentia quorundam dispensatorum, non ec-

clesiae amplæ res in vitio sunt. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. I. c. 18.*

## C A P U T XLVII.

Statuimus, ut tempore congruo unusquisque Episcopus parochiam suam circumeat. Et quamquam auctoritas canonica doceat, ut quarta pars decimaru[m] & reddituum ex oblationibus fidelium in usus Episcoporum cedat, ubicumque tamen Episcopus sua habet, suis contentus fit, ubi autem nihil rerum ecclesiae suæ habet, accipiat de memorata quarta parte sibi, suisque, non quod avaritia, quod absit, suaserit, sed potius, quod necessitas compulerit. Ceterum si accipiendo nulla necessitas urserit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed usibus Ecclesiarum, & pauperibus Christi imparienda, secundum suam dispositionem relinquat. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. I. c. 31.*

## C A P U T XLVIII.

Scire convenit Præsulibus res ecclesiasticas non ut proprias, sed a Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas, atque juxta Prospere documentum, nihil aliud esse res ecclesiae, quam vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, idcirco summopere est decertandum, ne aliquis Pontificum ea, quæ ecclesiasticis tradita sunt ministerijs, pro remissione peccatorum, aut aliis aptanda officiis, aut pauperibus eroganda, ne aliquis ea propria cupiditate, aut potentum terrore, parentumque procuratione ad alios usus retorqueat, ne forte quod aliis exstat remissio peccatorum, ipsis sit damnationis augmentum, sed potius sollerti meditatione indigentibus eas, & ecclesiasticis ministeriis distribuat, ne exinde a Domino velut inutilis dispensator damnetur; verum, quod beatius est, desiderabili voce laudetur, juxta Evangelicæ parabolæ exemplum: *Euge serve bone, & fidelis, infra Matth. 25. b. in gaudium Domini tui. Aquigr. II. sub Ludov. part. 2. cap. 7.*

## C A P U T XLIX.

Ut Episcopi potestatem habeant res ecclesiae prævidere, regere, & gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem volumus. *Magunt. sub Rabano cap. 7. Magunt. sub Carolo cap. 8. Burch. lib. 15. cap. 4. Ivo part. 16. cap. 5. deeret.*

## C A P U T L.

Valde male habet, magnaque tristitia afficit sanctissimos Episcopos, qui sunt ubique terrarum, quod sumptuum, qui illis eveniunt, dispensationis ratio ab eis exigatur, sive ex ecclesiasticis redditibus, sive ex fructu aliunde percepto. Unusquisque enim nostrum dabit suorum malorum rationem omnium judici. Vasa enim pretiosa, & possessiones immobiles oportet servari ecclesiis. Episcopis autem, qui tunc divinum sacerdotium administrant, incidentium sumptuum administrationem secure credi. *Cyrillus. Episc. Alexandr. ad Dominum.*

## T I T U L U S LXXXI.

*DE PARTE, QUÆ EX BONIS ECCLESIASTICIS AD EPISCO-  
PUM PERTINET.*

CA.

## 192 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T I.

**D**e redditibus ecclesiæ quattuor partes fiant, quarum una cedat Pontifici ad sui sustentationem, &c. *Silvester in synod. Roman. CCLXXXIV. Episcop. cap. 4.*

### C A P U T II.

**12. q. 2. c. 28.** De redditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium, sola Episcopo ex his quarta portio remittatur, &c. *Simplic. epist. 3. Anselm. lib. 3. cap. 66. Cæsar. lib. 7. cap. 101.*

### C A P U T III.

**12. q. 2. c. 27.** Quattuor tam de redditu, quam de oblatione fidelium, &c. convenit fieri portiones, quarum sit una Pontificis, &c. *Gelas. epist. 1. cap. 29. Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. cap. 15. Vorm. cap. 47. Tribur. cap. 13. Burch. lib. 3. cap. 137. Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 7. panorm. & part. 3. cap. 203. decret. Anselm. lib. 5. cap. 68. Cæsar. lib. 7. cap. 100.*

### C A P U T IV.

**12. q. 2. c. 30.** Mos Apostolicæ sedis est ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut ex omni stipendio, quod accedit, quattuor fieri debeant portiones, una videlicet Episcopo, & familiæ propter hospitalitatem, atque susceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiæ reparandis. *Gregor. ad August. interr. 1. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 8. panorm. Anselm. lib. 5. c. 64. Cæsar. lib. 7. c. 106. Tarr. lib. 1. c. 180. & 261.*

### C A P U T V.

Bonifacio Episcopo dedimus in mandatis, &c. ut de redditu ecclesiæ, vel oblatione fidelium quattuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, &c. *Gregor. II. epist. 3. in med.*

### C A P U T VI.

Si Episcopum multis expensas, & minorem substantiam habere constiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis, vel architectis rationabiliter sufficiat, reservetur. Quod autem amplius fuerit, propter majores expensas Episcopus ad se debeat revocare, ita tamen, ut nihil de facultati uncula ipsa, vel de ministeriis clericorum loci ipsius licentiam habeat minuendi. *Carpet. cap. 1.*

### C A P U T VII.

**10. q. 1. c. 8.** Antiquos canones renovamus, ut de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur mediætatem Episcopus sibi vindicet, & mediætatem sibi dispensandam secundum gradus cleris accipiat, tam de prædiis, quam de omni commoditate in Episcoporum potestate durantibus. *Aurel. cap. 16. vel 14.*

### C A P U T VIII.

**10. q. 1. c. 7.** De his, quæ in altario acceſſerint, tertia fideliter Episcopis deferatur. *Aurel. cap. 17. vel 15. Capitul. lib. 7. cap. 82. in addit. Burch. lib. 3. cap. 136. Ivo lib. 2. tit. 5. cap. 5. panorm. & part. 3. cap. 202. decr.*

### C A P U T IX.

De rebus ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, una Episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminaribus ecclesiæ. *Brach. I. cap. 25.*

### C A P U T X.

Multi fidelium in honorem Christi, & Martyrum in parochiis Episcoporum basilicas construunt, oblationes tribuunt, sacerdotes hæc auferunt, &c. [Constitutum est Episcopos ita dice. 16. q. 1. c. 60.] fides suas regere, ut nihil ex earum jure præſumant auferre, sed juxta priorum conciliorum auctoritatem de oblationibus (decimis) & tributis, ac frugibus tertiam consequantur. *Tolet. IV. cap. 32. Raban. cap. 32. de pœnit. Burch. lib. 3. cap. 203. Ivo part. 3. cap. 255. decr.*

### C A P U T XI.

Notum est præteritis sanctionibus quæ de rebus parochialium ecclesiæ pars Episcopo conferatur. Itaque si Episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiæ, cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiæ, quam eligit, conferre decreverit, lictum sit. *Tolet. IX. cap. 6. Ivo part. 3. cap. 171. decr. Cæsar. lib. 7. cap. 109.*

### C A P U T XII.

Statuimus, in nostris ecclesiis, vel civitatibus hoc esse servandum, ut quidquid pecuniæ a fidelibus in ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conservatum, & fideliter Episcopo præsentetur, qualiter exinde tres partes fiant æquales, unam Episcopus habeat, & alteram presbyteres, & diacones inibi deservientes consequantur, & inter se, ut dignitas, & ordo poposcerit, divident, tertia vero subdiaconibus, & clericis tribuatur, ut a primicerio, juxta quod in officio eos percipit esse intentos, ita singulis dispensemur. *Enerit. cap. 14.*

### C A P U T XIII.

Unio nostræ congregationis decrevit, & constituit, ut tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas Episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ ecclesiæ reparentur, &c. Citra ipsas tertias, nullus Episcoporum quippam pro Regis inquisitionibus a parochianis ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiæ cuiquam aliquæ causa stipendi dare præsumat. *Toletan. XVI. cap. 5.*

### C A P U T XIV.

Quattuor tam de redditibus, quam de oblatione fidelium convenient fieri portiones, quarum sit una Pontificis, &c. *Magunt. sub Rab. cap. 10.*

### C A P U T XV.

De redditu ecclesiæ, & de oblatione quattuor fiant portiones, quarum unam sibi retinet Episcopus, &c. *Vormac. cap. 7.*

### C A P U T XVI.

Quattuor fieri partes juxta canones judicamus de decimis, & oblationibus fidelium, ut una sit Episcopi, &c. *Tribur. cap. 13. Burch. lib. 3. c. 133. in fine. Ivo lib. 2. tit. 5. cap. 4. in fine panorm. & part. 3. cap. 199. in fine decr.*

### C A P U T XVII.

Quattuor partes ex decimis, & oblationibus fiant, una ad fabricam ecclesiæ relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta Episcopo reservanda, ut quidquid exinde iusslerit, prudenti

con-

consilio fiat. *Nannet. cap. 10. Burch. lib. 3. cap. 138. Ivo part. 3. cap. 204. decr.*

## TITULUS LXXXII.

*OMNIA ECCLESIASTICA GRAVIORA AD EPISCOPUM DEFERANTUR; NILQUE AGANT PRESBYTERI SINE IPSIUS CONSENSU.*

## C A P U T I.

**N**ullus presbyter ministerium ecclesiae, vel ipsam ecclesiam ab aliquo accipiat nisi ab Episcopo, qui injungant sibi obedientiam, & curam animarum. *Greg. VII. in conc. Rom. incert. cap. 2.*

## C A P U T II.

Nullus clericus, vel monachus, vel laicus dominum ecclesiasticæ rei, vel ipsam ecclesiam a laico recipiat, sed ab Episcopo. *Greg. VII. in conc. Rom. incert. cap. 10.*

## C A P U T III.

Nullus presbyter volens monachus fieri ecclesiam monachis relinquat, nisi ex licentia Episcopi. *Greg. VII. in synod. Rom. incert. cap. 13.*

## C A P U T IV.

Presbyteri, vel diaconi, qui de alio Episcopo ad alium transeunt, vel quicumque clerici sine commendatitiis a suo Episcopo litteris non recipientur. *Greg. VII. in conc. Rom. incerto c. 23.*

## C A P U T V.

Apostolica auctoritate decrevimus, ut ea, quæ a clericis, vel monachis usque hodie fuerint acquisita, rata perenniter, & inconcussa permaneant, hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia presumant. *Urban. II. in conc. Clarom.*

## C A P U T VI.

In parochialibus ecclesiis presbyteri per Episcopos constituantur, qui eis respondeant de animarum cura, & de his, quæ ad Episcopos pertinent. [ Decimas, & ecclesiæ a laicis non suscipiant absque consensu, & voluntate Episcoporum, & si aliter presumptum fuerit, canonice ultiōni subjaceant. *Callist. II. in synod. Rom. cap. 18.*

## C A P U T VII.

Sine voluntate Episcopi, presbyteri, & diaconi nihil agant. Ipse enim est, cui credit Deus populum suum, & qui de animis populi redditurus est rationem. *Ap. 39. G. 40. L.*

## C A P U T VIII.

Nullum presbyterum in alicujus Episcopi parochia aliquid agere debere absque ejus permisso. *B. Petrus docebat, cunctosque presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes esse debere, &c. Ecclesiæ claves Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cælum, & aperire portas ejus, quia claves cæli facti sunt. Amovere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus, &c. Clemens epist. 1. post med. Burch. lib. 2. cap. 94. Ivo part. 6. cap. 176. decr.*

## C A P U T IX.

Cunctis fidelibus, omnibus presbyteris, & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est, ut Tom. V.

nihil absque Episcopi proprii licentia agant, non utique missas sine ejus iustu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam absque ejus permisso faciat. Similiter & reliqui populi, maiores scilicet, ac minores per ejus licentiam, quidquid agendum est, agant, nec sine ejus permisso a sua parochia abscedant, vel in ea adventantes morari presumant. Animæ eorum ei creditæ sunt, ideo omnia ejus consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicumque enim obediunt Episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. *Clemens epist. 3. post med. Tribur. cap. 32. Burch. lib. 2. cap. 93. Ivo part. 2. cap. 123. C part. 6. cap. 90. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 97.*

## C A P U T X.

Si Episcopo non existente, presbyteri res dominicas vendant, restituantur res ecclesiæ, & in potestate Episcopi sit, an velit rem, vel pretium. (*rescissio contractu ad jus ecclesiasticum revocari, L.*) *Ancyr. 15. Vid. Mart. Brac. 17. Burch. lib. 3. cap. 179. Ivo part. 3. c. 173. C 240. decr. Anselm. lib. 6. cap. 162. Cæsar. lib. 7. cap. 71. C 79.*

## C A P U T XI.

Presbyteri sine conscientia Episcoporum nihil faciant. *Arel. I. c. 19.*

## C A P U T XII.

Episcopus, presbyter, clericus, qui sine voluntate, & litteris Episcoporum qui in provincia sunt, & præsertim Metropolitani, audeat ad Imperatorem venire, eiiciatur non solum a communione, sed etiam a dignitate, quam obtinet, ut qui audeat molestare Dei amantissimi Imperatoris nostri aures, contra Ecclesiæ institutionem. Si vero necessaria sit causa, ut ad Imperatorem eat, id fiat cum voluntate Metropolitani, aut Episcoporum ejus provinciæ, & cum litteris eorum. *Antioch. c. 11. Vid. Aquif. 73. Capie. lib. 1. c. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo p. 6. c. 268, decr. Ans. lib. 6. c. 115.*

## C A P U T XIII.

Presbyteri sine consilio Episcopi nihil agant. *Dif. 80. c. Laod. c. 56. G. 57. L.*

## C A P U T XIV.

Si presbyter inconsulto Episcopo agenda in quolibet loco celebret, ipse honori suo contrarius existit. *Carth. II. c. 9.*

## C A P U T XV.

Unusquisque presbyter semper in cena Domini rationem, & ordinem ministerii sui Episcopo reddat, & chrisma, & oleum petat. *Sueffionem. sub Pipino.*

## C A P U T XVI.

Episcopi, vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium ecclesiæ, nisi prius fuerint probati ab Episcopo, cuius parochia est. *Sueffion. sub Pipino post med.*

## C A P U T XVII.

Ut omnes presbyteri, qui in parochia sunt sub potestate Episcopi esse debeat, & de eorum ordine nullus presbyter presumat in illa parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine iussione Episcopi, in cuius parochia est. *Vernen. c. 8.*

B b

CA.

## 194 Juris Pontificii Veteris Epitome

### C A P U T XVIII.

Interdicendum videtur clericis, sive laicis, ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia, & consensu Episcopi sui. *Tur. sub Carolo c. 15. Magunt. sub Rab. c. 12. Magunt. sub Arnulph. c. 5.*

### C A P U T XIX.

Sine auctoritate, vel consensu Episcoporum, presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec conti- tuantur, nec expellantur. *Vorm. cap. 49. Trost- jan. cap. 6. ex Capitular. lib. 2. cap. 36. hodie lib. 1. cap. 90.*

### C A P U T XX.

Si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud sacerdalem seniorem, nulla precatione, vel aliquo xenio ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans antea exstirbit, sed neque capellam sine consultu Episcopi, *Nannet. c. 16.*

### C A P U T XXI.

Nullus presbyterorum quemquam, nisi iussu Episcopi, in ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat. *Sale- gunt. c. 20. in fine decret. Burch. Ivo part. 15. c. 186. decr.*

### C A P U T XXII.

Sicut habet Episcopus in sua ordinatione o- mnen generaliter parochiam cum omnibus rusti- canis parochiis, quas per tricennium inconcusse possidet, ita & unusquisque presbyter in sua ordi- natione, ac dispensationis cura habeat parochiam suam cum dote, & decimis ecclesiæ, videlicet cum sui Episcopi consilio, ac dispensatione, se- cundum regulas antiquitus, & divinitus consti- tutas. *Trost. c. 6.*

### C A P U T XXIII.

Nullus Abbas, monachus, vel quilibet alius poenitentia iajungat, nisi quibus proprius Episco- pus hanc curam dederit. *Pictav. c. 5.*

### C A P U T XXIV.

Presbyter de cura animarum, & de christiani- tatis ministerio Episcopo respondeat. *Pictav. c. 6.*

### T I T U L U S LXXXIII.

*NE QUISQUAM BONA EPISCOPI DE- FUNCTI SURRIPERE AUDEAT.*

### C A P U T I.

*NON* licet clericis post mortem Episcopi sui rapere ejus bona, ut antiquis \* canonibus prohibetur; aut de suis gradibus periclitentur. *Chalc. c. 22. Aqui/gr. 88. Vorm. 75.*

### C A P U T II.

Quia scelestissima consuetudo inolevit, ut obeunte sanctæ Romanæ Ecclesiæ sedis Pontifice, ipsum Patriarchium deprædarī soleat, & non solum in eodem sancto Patriarchio, sed etiam per totam civitatem, & suburbana ejus talis bacchatur præsumptio, nec non quia & id mul- tum haec tenus neglectum est, adeo, ut omnia E- piscopia eadem patientur, uniuersuque ecclesiæ obeunte Pontifice; quod ne ulterius præsumatur omnimodis interdicimus, quod qui facere præ- sumperit, non solum ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indignatione seriat. *Rav. sub Joann. XII. vel IX. c. 11.*

### C A P U T III.

Illud, quod in sacro Chalcedonensi constitu- *12. q. 2. c.*  
tum est concilio, irrefragabiliter conservari præ- *47.*  
cipimus, ut videlicet decedentium bona Episco-  
porum a nullo omnino hominum diripientur,  
sed ad opus ecclesiæ, & successoris sui in libera  
cecoaqm, & clericorum permaneant potestate:  
cesset igitur de cetero illa detestabilis, & fœva ra-  
pacitas. Si quis autem hoc aliquo modo attentare  
præsumperit, excommunicationi subjaceat. Qui vero morientium presbyterorum, vel clericorum  
bona rapuerit, simili sententiæ subiiciatur. *In-  
nocent. II. in synod. Roman. cap. 4. post Ivo-  
nis panorm.*

### C A P U T IV.

Sint manifesta bona Episcopi, si qua habuit *12. q. 1. c.*  
& dominica (*hoc est, Ecclesiæ, L.*) ut possit sua *21. & c. 10.*  
moriens, quibus velit, & ut velit relinquere. Ne *Manifesta.*  
cum ecclesiæ bonis bona Episcopi perdantur, ut  
si uxorem, aut liberos habet, aut propinquos,  
aut servos. Eequum enim est hoc apud Deum,  
& homines, ut ecclesia, & Episcopus, sive ejus  
propinquui, sine damno, & infamia sint. *Ap. 40.  
Vide Antioch. 24. & Mart. Brac. 15. Ans. lib. 6.  
cap. 161.*

### C A P U T V.

Ne quis ad ecclesiam, quæ Episcopum perdi-  
dit, nisi vicinæ ecclesiæ Episcopus exequiarum  
tempore accedat, qui curam ecclesiæ districte  
gerat, & ne quid pereat, vicinis vicinarum eccle-  
siarum inspectio, descriptio, recensioque rerum  
mandatur. *Reg. c. 5.* Hæc autem omnia ex-  
equiarum tempore fiant usque ad septimam de-  
functi diem, exinde ecclesiæ referens mandatum  
Metropolitani, simul cum omnibus sanctis Epi-  
scopis sepeliatur, &c. *Ibid. cap. 6. Vide Valent.  
Hisp. c. 2.*

### C A P U T VI.

Defuncto Episcopo intestato, post defunctio- *12. q. 5. c.*  
nem ejus a presbyteris, & diaconibus de rebus i- *6. Sicubi.*  
psius inventarium fideliter conscribatur a mini-  
mo usque ad maximum, id est, utensilibus, vel  
omni supellecibili. Ita tamen, ut si quis exinde  
vel sumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse  
convictus, secundum furti tenorem restituat uni-  
versa. *Tarr. c. 12.*

### C A P U T VII.

Prisci canones jubent, ut cujuscumque eccle-  
siæ Pontifice defuncto, non passim pro libito suo  
in earum rerum direptionem, quas obiens dere-  
liquit, quisquam irruat, sed sacerdos, qui ex-  
equiarum tempore est, ea omnia conservet. Nos *12. q. 3. Hæc*  
defuncto Antistite, vel in supremis agente jube- *38.*  
mus, ut nullus clericorum cujuslibet ordinis, of-  
ficii, gradusve sit, quidquam de domo præsumat,  
vel quod de utilitate instrumenti domus esse a-  
gnoscitur, id est, mobilis, & immobilis rei eccle-  
siasticæ, conetur invadere, nihil furto, doloseve  
supprimens, auferens, abscondens, sed is, cui do-  
mus commissa est, subjectis \* sibi cum consilio  
uno, vel duobus fidelissimis clericis, omnia ad  
tempus Pontificis substituendi debeat conservare  
& his, qui domo inveniuntur, clericis consue-  
tam alimoniam administrare. Substitutus au-  
tem *\*subjunctionis.*

tem Antistes suscepit sedis commoda ordinabit velut Deus imperabit, ut eis uti cum his debeat, quos cognoverit disciplinæ & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hæc cujuslibet ordinis clericus, quacumque occasione quicquam abstulerit, vel suppreserit, reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnatur, & vix quoque peregrina ei communio concedatur. Quia durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum primæ sedis Antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes fuisse cognoscuntur, despici aliquatenus crucientur. *Ilerd. cap. 16. Vide Valent. Hisp. c. 2. § 3.*

#### C A P U T VIII.

Episcopo a sæculo jubente Domino accersito, clerici rapaces manus abstineant ab omni supellectili, vel quæcumque sunt in domo, ecclesiæ, vel Episcopi, libris, speciebus, utensilibus, vaſculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re; & nihil latronum more diripient. Sed si fecerint, Metropolitanus, vel omnium provincialium sacerdotum distinctione coacti, in pristinum statum omnia redintegrent, ut nihil necessiariorum Antistiti, vel dispensatori futuro depereat. Et secundum Regiensis synodi constituta, Episcopo decadente vicinior Episcopus accedat, qui ex more exequiis celebratis, ecclesiæ curam gerat, ne quid ante ordinationem futuri Pontificis clericorum subversioni, vel directioni liceat. Ita ut directis hominibus inspectio certior, descriptio fidelissima, si fieri potest, intra octavas defuncti, sub diligentia præsentis Episcopi peragatur. Deinde ad Metropolitanus notitia habita ordinate descriptio deferatur, ut ejus electione talis persona ordinanda domui ecclesiastice procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in Episcopo ordinando successerit, Metropolitanus congruis temporibus reddere possit rationem, &c. *Valent. Hisp. c. 2. Vid. Regien. c. 5. § 6.*

#### C A P U T IX.

Parentibus, & propinquis decadentis Episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, ut sine Metropolitanus, vel provincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti occupare pertentent, ne cum hereditariis res Ecclesiæ usurpent; sed usque ad ordinationem futuri Antistitis expectent, aut si longum fuerit, ad Metropolitanus ordinationem recurrent. Si quis contra hæc venerit clericus, vel laicus, & communione, & consortio privat Ecclesiæ, ne ad illam conveniat, quam spoliare non metuit, nisi corruptus recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter, modesteque unusquisque repetit, quod sibi jure debetur, ei absque alia animadversione a Metropolitanus, vel cui injunxerit, aut res, aut ratio non negetur, &c. *Valent. Hisp. cap. 3.*

#### C A P U T X.

Ut Episcopus, qui ad sepeliendum Episcopum venerit, evocatis presbyteris in unam domum, ecclesiæ adeat descriptum\*, qui idoneis personis

custodiendas sub integra diligentia derelinquit, ut res Ecclesiæ ullaorū improbitate non pereant. *Aurel. II. c. 6.*

#### C A P U T XI.

Ubi Episcopus obierit, nullus Episcopus quidquam de rebus Ecclesiæ, præter humanitatem, præsumat auferre. Si fecerit, conventus ab instituto Pontifice, sine dilatione ablata restituat. Sin minus, anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. V. c. 8.*

#### C A P U T XII.

Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitanus cognitione usurpent. Si vero decadens Metropolitanus fuerit, successoris ejus sententiam, aut concilii sufflinebunt, ne passim hæreditatis adeundæ danda licentia de rebus Ecclesiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inveniatur illata. Si presbyteri, aut diaconi fuerint, quos obisse constiterit, non sine agnitione sui Episcopi, rem ejus hæredibus adire licet. Quisquis transgressor extiterit, pro his, quæ non exspectato ordine adierit, invasionis damno legis sententia subjacebit. *Tolet. IX. c. 9.*

#### C A P U T XIII.

Cum Pontificem mori contigerit, Episcopus, qui ad humandum corpus advenerit, descriptis thesauris, atque ornamentiis omnibus si locuples decadentis ecclesia fuerit, non amplius, quam libram auri in rebus, quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiā libram sibi licenter usurpet. Quod ejus, qui convenit, sacerdotis injuria contemplatione antiquitas usurpavit. Porro breve descriptarum rerum sub fideli ratione hic, qui descriptis, dirigere Metropolitanus curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam, quæ ad eum pertinet, curam salutarem impendat. *Tolet. IX. c. 9.*

#### C A P U T XIV.

Non liceat Metropolitanus, moriente Episcopo, ejus bona, vel ejus ecclesiæ auferre, vel alienare, sed sub custodia cleri sit, quoad alias promoveatur, nisi clerici ea non receperint. Tunc enim Metropolitanus ea custodiat, Episcopo ordinando ea daturus. *Trull. c. 35.*

#### C A P U T XV.

Quia inter nostrates hic pessinus inolevit mos, ut defuncto ecclesiæ Episcopo, mox a quibuscumque potentioribus res pervadantur ecclesiastice, quasi Episcopi fuerint propriæ, cum eriam, si ejus juris essent, contra omne jus hoc fieret, hoc tam immane sacrilegii facinus, & jam sèpius factum scientes dolemus, & ne ulterius a quolibet præsumatur, auctoritate Dei, & sanctorum ejus, qui cum illo regnant in cælo, nostro etiam Episcopali ministerio interdicimus. *Trosl. c. 14.*

#### C A P U T XVI.

Episcopo e corpore recessente, vicinus illi accedat Episcopus, qui ex more exequiis celebratis, statim ecclesiæ illius curam distingueat, ne quid ante ordinationem Pontificis futuri remanentium, cleri communī subversioni, vel directioni jam liceat, ita, ut perspectis omnibus

\* res ecclesiæ habeat  
descripta, f.

# 196 Juris Pontificii Veteris Epitome

**in specie certior, descriptioque fidelissima si fieri potest, inter octavas defuncti sub diligentia praesentis Episcopi peragatur.** Dehinc ad Metropolitanus notitiam habita ordinate descriptio deferratur, ut ejus lectio, talis persona ordinandæ domus ecclesiasticae procuretur, quæ consueta ecclesiæ stipendia dispenset, &c. ut sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripient Episcopi decedentis, & in vacuam ecclesiæ domum futurus Pontifex non sine dolore succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso possit & ipse gaudere, & aliis ministrare. *Trosl. c. 14. ex conc. Regien. c. 5.*

## T I T U L U S LXXXIV.

**CUM EPISCOPUS NON POTEST, CURET ARCHIEPISCOPUS RES ECCLESIAE.**

## C A P U T I.

*9. q. 3. c. 3.  
Cum simus.*

**S**I Metropolitanus in sua ecclesia non constituit œconomum, CP. Episcopus constitutus si Episcopus non constituit, tum ejus Metropolitanus. *Nicæn. II. cap. 11. Ivo part. 5. cap. 374. decret.*

## C A P U T II.

Episcopo e corpore recedente (*Metropolitanus*) electione talis personæ ordinandæ domui ecclesiasticae procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum, si forsan tarditas in Episcopo ordinando successerit, Metropolitanus congruis temporibus reddere possit rationem. *Valentin. Hispan. c. 2.*

## C A P U T III.

Sicut Metropolitanus in confinitimis, ceterisque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinitimis in commissione sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divinæ legis eruditionibus imbuatur. Ita ut Prælatus quique subditos querat, &c. *Tolet. XI. c. 2. Vide Tolet. VIII. cap. 8.*

## C A P U T IV.

Si Episcopus ministerium ecclesiasticum propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in Archiepiscopi, hoc, cum voluntate Episcopi ejusdem ecclesiæ maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. *Meldens. cap. 47.*

## T I T U L U S -LXXXV.

**EPISCOPUS CUM DISCEDIT LONGIUS EX DIÆCESI, DEFERAT LITTERAS COMMENDATITIAS.**

## C A P U T I.

**E**piscopus, presbyter, diaconus peregrinus si ne commendatitiis non suscipiatur. Illis vero oblatis discutiantur, & si pii sint, suscipiantur; si minus, datis eis necessariis, in communionem non admittantur, cum multa per surreptionem fiant. *Ap. 33. G. 34. L.*

## C A P U T II.

*23. q. 8. Si quis. 27.* Episcopus, presbyter, clericus sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in provincia sunt, & maxime Metropolitanus, ad Imperatorem non eat, sed & communione, & dignitate privetur. *Antioch. c. 11. Aquisgr. 73. Capit. lib. 1. cap. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo part. 6. c. 268. decret. Ans. lib. 6. cap. 115.*

## C A P U T III.

Nemo Episcopus naviget sine dimissoriis Primatis. *Carth. 57. G. Vide Afric. in princ. L.*

## C A P U T IV.

Placuit, ut Episcopi trans mare non proficiantur, nisi consulto primæ sedis Episcopo, sive cuiusque provinciæ Primate, ut ab eo præcipue pollint sumere formatam, vel commendationem. *Carth. III. c. 28.*

## C A P U T V.

Placuit, Episcopos de Gallicanis provinciis venientes intra Gallias non discutiendos, sed solum sufficere, si nullus communionem eis interdixerit. &c. *Vafens. 1.*

## T I T U L U S LXXXVI.

**PEREGRINQ EPISCOPO LOCUS SACRIFICANDI DETUR.**

## C A P U T I.

Peregrino Episcopo locus sacrificandi detur. *Arel. I. c. 20. Vid. Burch. lib. 1. c. 116. Ivo part. 5. c. 216. decret.*

## C A P U T II.

Episcopi, vel presbyteri, si causa visitandæ ecclesiarum alterius Episcopi ad Ecclesiam venerint, & in gradu suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur. *Carthag. IV. c. 33.*

## C A P U T III.

Statuimus, ut secundum canonicam cautelam omnes undecumque supervenientes ignotos Episcopos, vel presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admittamus. *Synod. Franc. post med. Capitul. lib. 5. cap. 2.*

## C A P U T IV.

Episcopi, vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium ecclesiarum, nisi prius fuerint probati ab Episcopo, cuius parochia est. *Sueffion. sub Pipino post med.*

T I T U L U S LXXXVII.  
**REVEREANTUR OMNES EPISCOPUM,  
NULLUSQUE ILLI INJURIAM  
FACERE AUDEAT.**

## C A P U T I.

**I**N novissimis temporibus nova pravitas, & valde reprehensibilis apparuit ad inventio. Homines enim laici ad dedecus, & confusionem Christi Dei nostri, & Ecclesiæ ipsius, ac sacerdotalis dignitatis, amici sacerdotalibus stolis, & Episcopatibus superhumeralibus, & accipientes orationem sacerdotalem ab aliquo laico, Patriarchalem formam habente, presumperunt sacerdotio fungi, & agere putativa, veluti digni summi sacerdotes divina administrationis mysteria, in diversionem, & vituperationem dati a Deo Principibus sacerdotum honoris, & detractionem immaculatae Christianorum fidei, &c. Ideo justum duximus, hos aptis, & convenientibus episcopiis submittere, ut nequaquam amodo hujusmodi nefas in Ecclesia Dei, & in Christianissimo populo fiat, &c. *Syn. VIII. CP. act. 9. sub Hadr. II. in fine.*

## C A P U T II.

Eos, qui divina gratia ad Episcopale advocantur

tur officium, tamquam imaginem, & figuram sanctorum cælestium hierarcharum, id est, Angelorum, secundum hieraticum plane gradum, & morem, omni honore dignos ab omnibus Principibus, & subditis sancimus haberi, & nequam Strategis, vel quibuslibet aliis Principibus obvios, procul ab ecclesiis suis occurrere, sed neque semet a multo spatio de equis, vel mulis deiicere, aut cum timore, ac tremore procedere, & adorare, sed nec cum saecularibus Principibus ad mensam intrare hora prandii, eosdem, quos illi \*, honore Strategis exhibentes, sed secundum congruentiam spiritualis dignitatis ac honoris sui reddere quidem omnibus debita, Rom. 13. b. cui vestigal, vestigal, cui honorē, honorē; præferri autē, & multā a principis amicor. Christi Imperatorū venerationē, & reverentiam promereri, confessores eorum, & honoris similis existentes, ita ut fiduciam habeant Episcopi arguere Strategos multotiens, & alios Principes, atque omnem saeculi dignitatem, cum injustum, & irrationabile agere quid illos invenerint, & per hoc corrigerē, & reddere meliores. Si vero aliquis Episcopus post definitionem sanctæ synodi, delatum, & canonice collatum sibi contempserit honorem & quid secundum veterem, & inhumanam, ac inordinatam consuetudinem, præterquam nunc definita sunt fieri permiserit, sequestretur anno uno, & Princeps ille duobus annis non mereatur percipere sanctificationum communionem. Syn. VIII. CP. sub Hadr. II. c. 14.

### C A P U T III.

Ajunt fuisse quosdam laicos sub eo, qui nuper imperavit, in ordine senatorio, qui secundum diversam Imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere, atque reponere, & gradum quasi sacerdotalem per quædam indicia, & vestimenta sacerdotalia sumere, & ut putabatur Episcopos constituere superhumeralibus, id est, palliis circumamictos, & omnem alias Pontificalem indutos stolam, qui etiam proprium Patriarcham adscribentes eum, qui in adinventionibus risum moventibus Prelatus, & Princeps erat, insultabant, & illudebant quibusque divinis, modo quidem electiones, promotions, & consecrations, modo autem calumnias, damnationes, & depositiones Episcoporum, &c. agentes, & patientes, &c. Sancta, & universalis synodus definivit, & promulgavit, illos quidem malitiæ risus omnino ut scelestos abominari, neminem autem fidelium, qui ex Christiana censetur appellatione, deinceps conari tale quid faciendi, vel admittendi, aut silentio tegendi quemquam eorum, qui hujusmodi operantur impietatem. Syn. VIII. gen. sub Hadr. II. cap. 16.

### C A P U T IV.

Si quis laicorum transgrediens & contemnens divinas, & Imperiales iussiones, irridens vincula, & jura ecclesiastica, & civilia, ausus sit aliquem Episcopum verberare, aut custodire, aut sine causa, aut efficta causa, anathema sit. Synod. VIII. CP. alias IX. sub Joann. VIII. cap. 3.

### C A P U T V.

Fratrum, & coepiscoporum nostrorum vehe-

menti conquestione comperimus, quod Fratres Templi, & Hospitalis, alii quoque religiosæ professionis inducta sibi ab Apostolica sede exce- dentes privilegia, contra Episcopalem auctoritatem multa præsumunt, quæ & scandalum generant in populo Dei, & grave pariunt periculum animarum, &c. Ecclesiæ sane, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum, tam illos, quam quoscumque alios religiosos recipere prohibemus, &c. Excommunicatos, & nominatim interdictos tam ab illis, quam ab omnibus aliis, juxta Episcoporum sententiam statuimus evitandos. In ecclesiis suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos presbyteros. Episcopis præsentent, ut eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos autem Episcopis inconsultis non audeant remove- re, &c. De fraternitatibus hoc statuimus, ut si non se prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in suis proprietatibus duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum sententia nullatenus eximantur. Sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, cum pro suis excessibus fuerint corrigendi, &c. Alexand. III. in conc. Later. cap. 9.

### C A P U T VI.

Episcopi, qui throni Dei vocantur, non sunt lacerandi, sed magis portandi, & venerandi. Synod. Rom. CCLXXXIV. Episcoporum sub Sylvestro in epilogo.

### C A P U T VII.

Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, in omni loco repræsentent obsequium, sive in publico, sive in gremio ecclesiæ. Sylvester in Rom. Syn. CCLXXXIV. Episcoporum c. 7. Burch. lib. 2. cap. 224. Ivo part. 6, cap. 299. decr. Anselm. lib. 7. cap. 62.

### C A P U T VIII.

Universa synodus dixit: „Episcopalem perse- cutionem, & ecclesiarum abscessionem, vel va- stationem, atque servorum Dei insectationem, fulci prædicta auctoritate, & omnium saecu- rum Patrum prohibitione, vestraque confola- tione, communi tractatu pariter in futurum robuste, ac veraciter amputantes, sanctorum Patrum statuta firmantes, expeditis sententiis sancimus, ne umquam talia a quoquam no- stris, aut futuris temporibus præsumantur“. Et silentio facto, Symmachus Episcopus Eccle- siæ catholicae urbis Romæ, dixit: „Quod si ali- qui hæc transgressi fuerint, & talia præsum- pserint, quid super his vobis videtur, pari adu- natione manifestate“. Cumque surrexisse, & paulo post iterum consedissent, una voce di- xerunt: „Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere præsumple- rit, aut voluntarie transgredi tentaverit, si cle- ricus est, gradu proprio penitus careat, si vero monachus, aut laicus fuerit, communione pri- vetur. Et si non emendaverit vitium, anathe- mate feriatur. Secretas vero infidias, vel ma- „ ni-

## 198 Juris Pontificii Veteris Epitome

„ nifestas Pontificibus a quibuscumque illatas si  
„ quis ad Ecclesias pertulerit notitiam, potiatur  
„ honore, & hi, qui adversa eis moliuntur, sicut  
„ a sanctis Patribus dudum statutum est, & ho-  
„ die synodali, & Apostolica auctoritate firma-  
„ tur, penitus abiificantur, & exilio, suis omni-  
„ bus sublatis, perpetuo tradantur “. *Synod. Ro-*  
*man. V. sub Symm. ante fin.*

### C A P U T IX.

Presbyteri Episcopum proprium recogno-  
scant, & delinquentes canonice judicet, judica-  
tisque obedienter auscultent. *Leo IV. in syn.*  
*Rom. cap. 39.*

### C A P U T X.

Statuimus, ut nullus futuris temporibus Epi-  
scopis vim inferre, vel eos temere lacerare præ-  
sumat, quatenus cum ad synodum convenerint,  
libere eis tractare, & statuere liceat, quæ sancto-  
rum Patrum canonica censura decrevit. Nullus  
que eos lacerare, vel sacris canonibus contemptis  
absque audientia, & justa examinatione inquietare,  
facultatibus nudare, aut quoquo modo in  
custodiā retrudere absque status sui periculo  
pertemptet. *Ravenn. sub Joanne IX. cap. 2.*

### C A P U T XI.

Si quis Episcopum ceperit, & incarcaverit,  
perpetua infamia subjaceat, ulterius arma non  
exerceat. Et clamatum est ab omnibus: *Fiat. Ur-*  
*ban. II. in conc. Claromont. cap. 30.*

### C A P U T XII.

Si presbyter, diaconus, clericus sine licentia  
sui Episcopi in aliena parœcia veretur, non mi-  
nistret. Si revocetur a suo Episcopo, & non re-  
vertatur, ut laicus communicet. *Apost. 15.* Et si  
Episcopus, hoc contemnes, alienum clericum, ut  
clericum tractet, quasi magister inobedientiæ  
excommunicetur. *Apost. 16.*

### C A P U T XIII.

Si quis presbyter, contemptio proprio Episco-  
po, seorsum congregationem fecerit, & alterum  
altare fixerit, Episcopo suo in religione, ac ju-  
stitia nulla in re a se condemnato, deponatur, ut  
imperium obtainendi cupidus, est enim tyrannus.  
Similiter & clerici, & quotquot ei accesserunt.  
Laici autem segregentur, eaque post unam, al-  
teramque ac tertiam admonitionem fiant. *Ap.*  
*31. G. 32. L.*

### C A P U T XIV.

*Exad. 22.* Si clericus injuria afficerit Episcopum, depo-  
natur. Praefecto enim populi tui non maledi-  
ces. *Ap. 55.*

### C A P U T XV.

Episcopus tamquam proreta vigilanter, & sol-  
licitate gubernatoris verba custodiat Christi, dilig-  
gatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis, ac  
iussis credat, & obediatur omnis ecclesia, &c. Sed  
& vos carissimi fratres, & conservi mei huic, qui  
præsidet ad veritatem docendam, in omnibus  
obedite, scientes, quod si hunc contristaverit,  
Christum, qui ei docendi creditit cathedram,  
non recipit. *Clem. epist. I. ante med.*

### C A P U T XVI.

*Dif. 93. c. 1.* Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus  
*& 11. q. 3.* suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat,  
*c. 15. Si ini-*

*eam illo nolite amici esse : sed prudenter obser-*  
*vare debet, & voluntati ejus absque communi-*  
*tione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsu-*  
*s sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse*  
*non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est,*  
*dum cupit omnium vestrum amicitias reparare,*  
*festinaet citius reconciliari ei, qui omnibus præst,*  
*& per hoc redeat ad salutem, cum obedire cre-*  
*perit monitis præsidentis. Si vero quis amicus*  
*fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loqua-*  
*tus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus*  
*est & ipse ex illis, qui exterminare volunt Eccle-*  
*siam Dei, & cum corpore vobiscum esse videa-*  
*tur, mente, & animo contra vos est, & est mul-*  
*to nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, &*  
*evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum*  
*speciem, quæ inimici sunt gerit, & Ecclesiam di-*  
*spergit, & vastat. Petrus apud Clem. epist. I.*  
*ante med. Anacl. epist. 3. ante fin. Vasan. cap.*  
*6. Capitul. lib. 7. cap. 461. Ivo part. 14. cap.*  
*22. decr. Anselm. lib. 1. cap. 6. Cæsar aug. lib. 4.*  
*cap. 95. Tarrac. lib. 6. cap. 61.*

### C A P U T XVII.

Nullum presbyterum in alicujus Episcopi pa-  
rochia aliquid agere debere absque eius permis-  
socebat Petrus Apostolus, sed & cunctos presby-  
teros propriis Episcopis in omnibus absque mora  
obedientes instituente Domino esse debere doce-  
bat. *Clem. epist. I. ad Jacob. post med. Burch. lib.*  
*2. cap. 94. Ivo part. 6. cap. 171. decret.*

### C A P U T XVIII.

Omnis, qui Episcopis contraveniunt, damna-  
tos, & infames usque ad satisfactionem Petrus  
Apostolus monstrabat. *Clemens epist. I. ante fin.*  
*Burch. lib. 1. cap. 124. Ivo part. 5. cap. 224. decr.*

### C A P U T XIX.

Instruebat B. Petrus verba divina libenter au-  
dire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, at-  
que obedientes esse docebat, &c. Seniores vene-  
rari, & juniores diligere. Episcopos, sacerdotes  
suos, ac cunctos reliquos ecclesiæ ministros, atque  
omnem plebem sibi commissam verbo divino, &  
mandato instruere, & dirigere, hosque omnes  
eorum Episcopos tota animi virtute diligere, ut  
oculos suos, quia oculi sunt illorum, eorum pra-  
ceptis in omnibus obediens, etiam si ipsi aliter,  
quod absit, agant, memores Dominici præcepti,  
quæ dicunt facere: quæ autem faciunt, facere  
nolite. Ipsi autem Episc. si exorbitaverint, ab istis  
non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed sup-  
portandi, nisi in fide erraverint. Illi ergo super hos  
sunt, non isti super illos quoniam major a minori  
nec argui, nec judicari potest: nullus se extollat  
erga doctores, aut magistros suos, quia discipulus  
super magistrum esse non debet, nec potest. Nul-  
lus velit dici sanctus antequam sit, sed prius sit, ut  
verius dicatur. *Clem. epist. I. prope finem. Vid.*  
*Isidor. lib. 3. sententiar. c. 39. sent. 4. Burch.*  
*lib. 1. cap. 137. Ivo part. 5. cap. 251. decr.*

### C A P U T XX.

Si vobis Episcopis non obedierint omnes pres-  
byteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerci,  
omnesque Principes, tam majoris, quam inferio-  
ris ordinis, atque reliqui populi, tribus, & lingua-

non

non obtemperaverint, non solum infames, sed & extorres a regno Dei, & consortio fidelium, ac liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est, eos instruere, eorum est, vobis obediare ut Deo, &c. Dominus noster mittens vos vice sua in loco Apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis, docere omnes, omnesque vobis fideliter obedientes, ut ipsi existere, &c. Primus enim Pontifex Aaron chrismate compositionis perunctus, Princeps populi fuit, & tamquam Rex primitias, & tributum per capita accepit a populo, &c. Quid in præsenti sæculo Propheta gloriosius, Pontifice clarius, Rege sublimius? Omnis enim Pontifex sacro chrismate perunctus, & in civitate constitutus, scripturis sacris conditus\*, carus, & pretiosus hominibus oppido esse debet, quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent, eique servire, &c. Clemens epist. 3. in princ. refert Tribur. cap. 8. & 9. Troslej. cap. 5.

#### C A P U T XXI.

Majores, ac minores per Episcopi licentiam quidquid agendum est agant, nec sine ejus permisso a parochia abscondant, vel in ea adventantes morari præsumant. *Animæ eorum creditæ sunt*, ideo omnia ejus consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicumque enim obediunt Episcopis suis, videntur aliquid gratia conferre Deo, qui autem eis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi munera consequuntur, qui per justitiae, & præceptorum ejus semitas incidentes, doctribus suis, qui recte Episcopi intelliguntur, libenter obediunt, &c. Si quis ergo his obedierit, Deo, ut dictum est, magnum munus offert; qui autem his restiterit, aut inobedient extiterit, non his, sed Domino salvatori nostro, cuius legatione funguntur, resistit. Clem. ep. 3. post med. Trib. c. 32. Burch. lib. 2. c. 93. Ivo part. 2. c. 123. & p. 6. c. 90. deer.

#### C A P U T XXII.

Obediendi, diligendi, & summopere venerandi sunt (*Episcopi*) non detrahendi, vel lacerandi, aut eiiciendi, sed portandi, & amandi. Evar. ep. 2. post princ. Burch. lib. 1. c. 134. Ivo part. 5. c. 233. decr.

#### C A P U T XXIII.

Si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidiæ ei paraverit, aut contumeliam, aut calumniam, & convinci potuerit, mox curiæ tradatur. Pius ep. 2. in fine. Ivo part. 5. c. 243. decr. Ans. lib. 8. c. 17. Cœf. lib. 4. c. 99.

#### C A P U T XXIV.

Episcopi a plebis & clero, &c. ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ, sustineantur temporalia, sperentur æterna. Zephix. ep. 1. ante finem.

#### C A P U T XXV.

Si aliquis clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero curiæ tradatur, cui diebus vita sua deserviat, & infamis abique ulla re-

stitutionis spe permaneat. Fabian. epist. 2. prope \* fin. Gregor. VII. lib. 7. registr. ep. 2. ante med. Deusd. cap. 4. Anselm. lib. 7. cap. 159. Tarrac. lib. 2. c. 23.

#### C A P U T XXVI.

Qualiter obedientia, vel reverentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subjectis ipse non ambigis. In qua re valde est utile, si id, quod disciplinae vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda servaverit. Steph. ep. 1. ante finem ad Hilar. Episcop.

#### C A P U T XXVII.

Clericus, qui Episcopum suum accusaverit, 3. q. 4. c. 8. aut ei insidiator extiterit, non est recipiendas, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi serviturus. Stephanus epist. 2. in med. Gregor. VII. lib. 7. registr. epist. 2. in med. Deusd. cap. 4.

#### C A P U T XXVIII.

Infames sunt impugnatores Episcoporum, omnesque, qui adversus Patres armantur, & concalcatores ecclesiarum, sacerdotumque. Euseb. epist. 1. ante med.

#### C A P U T XXIX.

Similiter, & de presbyteris hæc habeantur, ut sine jussu proprii Episcopi nihil agant, quia quod rarum est, hoc & pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit Pontificum, omnis status perturbatur Ecclesiæ. Damas. epist. 4. in med.

#### C A P U T XXX.

A plebis, vel ceteris generaliter omnibus sunt timendi, & ferendi, atque venerandi pastores, & prædicatores Ecclesiæ, ut sub exercitatione bonæ voluntatis sustineantur temporalia, sperentur æterna. Pelag. II. epist. 3. ante fin. ad Episcopos Italiæ.

#### C A P U T XXXI.

Super vexatione Episcoporum, quia nos consulere voluistis, scimus, quia a nullis vita Præfatis perturbari debet, quoniam si David Regum 1. Reg. 26. b. justissimus in Saul, quem constabat jam a Deo reprobatum, & abjectum esse, manum mittere non prælumpsit, quanto magis cavendum est, ne manum detractionis, aut vituperationis, sive indiscretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in unctum Domini, vel in prædicatores sanctæ Ecclesiæ? quia eorum vexatio, sive detractione ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesia legatione funguntur. Unde summopere cavendum est omnibus fidelibus, ne clanculo, aut publice Episcopum suum, id est, unctum Domini detractionibus, aut vituperationibus dilaniant, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia pro eo quod Moysi famulo Domini propter Äthiopissam detraxit immunditia lepræ multata fit. Et illud Psalmista: *Nolite tangere Christos meos*: Num. 12. c. *O in Prophetis meis nolite malignari.* Ps. 104. b. Et in lege divina legitur: *Diis non detrahes*, Exod. 22. d. *Principi populi tui non maledices.* Unde valde prævidendum est subditis, tam clericis, quam laicis, ne Episcoporum, vel præpositorum vitam temere reprehendant suorum, si quid forte eos agere reprehensibile vident, ne unde mala redargunt, inde per elationis impulsu in profundiora

**Matt. 10. 6.** **ra** mergantur. Admonendi sunt etiam iidem, ne cum culpas præpositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic eorum prava apud semetipos considerent, ut Divino timore constricti, ferre sub eis jugum reverentia non recusent, &c. Quapropter admonendi sunt subditi utriusque ordinis viri, ut cum magistrorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant, & de eorum increpationibus non præsumant, quia non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. *Gregor. ad Felicem Siciliæ Episc. lib. 12. registr. epist. 31. alias 37.*

**C A P U T XXXII.**

**T. q. 1. c. 86.** Oportet pietatem vestram sacerdotibus qualescumque sint, propter eum, cui deserviunt, reverentiam potius, quam injurias exhibere, &c. Quid mirum si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes honoret, dum pagani Principes honorem impendere sacerdotibus neverunt, qui diis ligneis, & lapideis serviebant, &c. Non quales sint sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prævidendum. *Nicol. ad Mich. Imper. in princ. Ivo part. 5. cap. 18. decr. Anselm. lib. 1. cap. 72.*

**C A P U T XXXIII.**

**Exod. 10.** Certe patres a filiis honorari, non solum divinis, verum etiam humanis legibus præcipitur. Et si hoc carnales, quanto potius spirituales, digna penitus a filiis debent veneratione potiri? Quanto enim spiritus carnem præcellit, tanto magis ea, quæ sunt spiritalia, carnalibus oportet omnibus anteponi. Verum si hoc Ignatii Episcopi Constantinopolitani subditi designati sunt attendere, saltem scelus Judæorum in Christum patratum perhorruissent committere, nec acuerent linguas suas adversum Patrem, ac magistrum suum ipsi sicut serpentes, nec esset gladius in labiis eorum, nec fierent dentes eorum arma, & sagittæ, & linguae eorum machæra acuta, &c. *Nicol. epist. ad Mich. Imper. ante med.*

**C A P U T XXXIV.**

Debueratis imitari Constantium Pium Augustum, de quo scriptum est, quod dixerit: «Quia si vidisssem aliquem eorum, qui religiose circumamicti sunt habitu, turpitudinem aliam quam operantem, clamydem meam explicarem, & cooperuisse eum, ne videretur a quā quā. Sed hoc in viro. (*loquitur de Ignatio CP.*) omnia hæc oblivioni traduntur: fit plausus de Domini sacerdote scurris & histriónibus, &c. » *Nicol. ad Mich. Imper. in med.*

**C A P U T XXXV.**

Auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vice beatorum Apostolorum Petri, & Pauli nobis licet indignis concessa, vos admonemus, ut ecclesiis honorem, pauperibus afflictis compassionem, sacerdotibus, præcipueque Episcopis reverentiam, ac obedientiam, quasi Patribus procuretis impendere. *Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 14.*

**C A P U T XXXVI.**

Ipsum Episcopum, cui, etiam si injustam sententiam super te dedisset, obedire debueras, contra morem æquitatis tuæ infuscatus es, cum constet, aliquem amorem Dei non posse habere, qui

spiritualis Patris pro culpa inobedientiae suæ gratiam, & dilectionem probatur amisisse. *Greg. VII. lib. 9. registr. epist. 22. post princ.*

**C A P U T XXXVII.**

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino *7. q. 1. c. 24.* quilibet ex clero, &c. in alia parochia nititur immorari, ulterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo Episcopo obedire contempserit, &c. *Antioch. cap. 3. Synod. Roman. sub Leone IV. in causa Anastasii Aquisgr. cap. 71. Mart. Brach. cap. 34. Anselm. lib. 7. cap. 195.*

**C A P U T XXXVIII.**

Si presbyter Episcopum contemnens se ab eccllesia sequestrat, deponatur. *Antiochen. cap. 5.*

**C A P U T XXXIX.**

Non oportet presbyteros ante adventum Episcopi ingredi, & sedere in tribunal. Sed cum Episcopo ingredi, nisi ægrotet, vel absit Episcopus. *Dif. 95. c. 8. Or. de consec. d. 4. Omni. 124. in fin.*

**C A P U T XL.**

Si quis presbyter a Præposito suo excommunicatus, vel corruptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia inflatus secernendum se ab Epilcoli sui communione duixerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Dei obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. *Carth. cap. 11. G. Carth. II. cap. 8. Vorm. cap. 66. Burch. lib. 2. cap. 194. Ivo part. 6. cap. 239. decret. Anselm. lib. 12. cap. 33.*

**C A P U T XLI.**

Nullus audeat clericorum ordinationem sui Episcopi contemnere, sed ubi ordinatus fuerit, ambulare debeat cum gratia, & obedientia, & quæ injuncta fuerint, agere. Quod si sub cothurno superbiæ neglexerit implere, non solum ab stipendio, sed anno uno a communione privetur. *Narbonensis. cap. 10.*

**C A P U T XLII.**

Episcopus provinciæ nostræ, si voluerit de parochianis presbyteris, atque diaconibus cathedrali sibi in principali ecclesia facere, maneat illi per omnia licentia. Si tamen, qui fuerint transducti, humilitatem dignam Episcopo suo teneant, & eo honore, & reverentia habeantur, & venerentur in cathedrali ecclesia, sicuti ii, quos constat fuisse ordinatos in ea. *Emeriten. cap. 12.*

**C A P U T XLIII.**

Decernimus, ut nullus subiectus decedentem detrahatur Episcopum, nullus de eo deroget, nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere prælumpserit, si presbyter fuerit, tribus mensibus ab Episcopo suo sub penitentia religatus maneat, si diaconus, quinque. *Emerten. cap. 17.*

**C A P U T XLIV.**

Decrevimus juxta sanctorum canones, ut unusquisque presbyter in parochia habitans, Episcopo illi subiectus sit, in cuius parochia habitat, & semper in quadragesima rationem, & ordinem ministerij sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus, & ordine Missarum Epi-

Episcopo reddat, & ostendat. *Synod. Franc. in med. Capit. lib. 5. cap. 2.*

C A P U T XLV.

Unusquisque presbyter, qui in parochia est, Episcopo obediens, & subjectus sit. *Suectionens. sub Pipino.*

C A P U T XLVI.

De presbytero, qui a suo Episcopo degradatus ea, quæ sacerdotis sunt, attingere audet. *Verrens. cap. 9.*

C A P U T XLVII.

Si quis Episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo de honestaverit, decem quadragesimas sine subditis annis poeniteat, & presbyteri non occisi triplicem compositionem componat, &c. *Synod. apud Theodonis villam cap. pen. Vide cap. ult.*

C A P U T XLVIII.

Si quis in his supradictis sanctorum canonum, nostrique decreti sanctionibus, Episcopis inobedient, & contumax extiterit, primum canonica sententia feriatur; deinde in nostro regno beneficium non habeat, & alodisejus in bannum mittatur. Et si annum, & diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur, & captus, in exilium relegetur, & ibi tamdiu custodiatur, & constringatur, donec coactus Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfaciat, quod prius gratis facere no[n]luerat. *Synod. apud Theodonis villam in editio Caroli Magni & Ludovici.*

C A P U T XLIX.

Ut comites, judices, sive reliquo populo obedientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad justicias faciendas, & munera pro iudicio non recipiant, &c. *Arelat. sub Carolo c. 13.*

C A P U T L.

Comitibus, iudicibus, reliquo populo expedit, ut suis sint Episcopis consentientes, & obedientes propter Dei amorem, sive gradus honorem, & semper ab eis utile querant auxilium, illorumque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure audiant. Similiter vero & Episcopi predictas personas humiliter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant, & sic se mutuis studeant sublevare consolationibus. *Turonens. sub Carolo cap. 33. Magunt. sub Arnulph. cap. 24.*

C A P U T LI.

Laici obedient Episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas, & orphanos defensandos, & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam. *Magunt. sub Carolo cap. 8. Magunt. sub Rab. cap. 7. Burch. lib. 15. cap. 4. Ivo part. 16. cap. 5. decret.*

C A P U T LH.

Subditi Episcopis honorem habere debent. *Aug. in lib. ad pastores tom. 10. apud Aquisgr. c. 12. ante med.*

C A P U T LIII.

Providet saepe Deus curis deditos secularibus ad susceptionem regiminiis, ut dum hi exteriora sine tædio procurant, spirituales rebus interioribus sine impedimento rerum terrenarum deserviant. Dei ergo ordinationem accusant, a quo in-

*Tom. V.*

situuntur, qui Episcopos condemnant, dum minus spiritualia, sed magis terrena sectantur. Ex divini enim constat tabernaculi dispositione, ob injurias mundi ferendas, & turbines, quosdam institui Episcopos secularibus curis insistentes, ut hi, qui interius superna desiderant, nullo terreno obstante negotio, liberius hoc quod amant intendant. Non est itaque judicandus a plebe rector inordinatus, dum magis noverint populi, sui fuisse meriti, perversi regimen suscepisse Pontificis. Nam pro meritis plebium, disponitur a Deo vita rectorum. Exemplo David peccant ad comparisonem Principum, qui ex merito plebis prævaricantur. Sententia damnantur Cham, filii Noe, qui suorum præpositorum in publico culpas produnt, sicut Cham, qui Patris pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Habituri sunt Sem meritum, & Japhet, qui reverenter operiunt quæ patres suos excessisse cognoscunt: si tamen patrum facta non diligent, sed tantum operiant, nec imitantur. Nam sunt, qui præpositos suos perverse judicant, dum terrenis studiis eos plus viderint esse intentos, si vel parum jam ipsi de spiritualibus cognoverint. Rectores ergo judicandi a Deo sunt, a suis autem subditis nequaquam judicandi sunt, exemplo Domini, qui per le vendentes columbas, & nummulariorum mensas proprio evertit flagello, & projectit a templo. Vel etiam, sicut dicit Psalmista: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Quod si a fide exorbitaverit rector, tunc erit arguendum a subditis: pro moribus vero reprobis tolerandus magis, quam distingendus a plebe est. *Isidorus lib. 3. de summo bono cap. 39. apud Aquisgr. cap. 31.*

C A P U T LIV.

Esto subjectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. *Hier. ad Nep. apud Aquisgr. c. 94. ante medium.*

C A P U T LV.

Quamquam multi Prælatorum, ad instar Saul, sint reprobri effecti, non sunt tamen manu reprehensionis, & detractionis tangendi. Quia, ut Isidorus in libro sententiarum scribit: „Rectores a Deo solummodo, non a subditis sunt judicandi, & pro moribus reprobis tolerandi magis, quam a plebe sunt restringendi.“ *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 19.*

C A P U T LVI.

Licet sacerdotes moderno tempore propter imminentes perturbationes in multis sint negligentes, non sunt tamen vituperandi, nec despiciendi: sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi, & congruo honore venerandi. Post Apostolos enim ad ipsos hæc Domini sententia dirigitur: *Qui vos audit, me audit; O qui vos spernit, me speanit.* Quapropter attendendum est, quod sacerdotum Christi spes et ad injuriata Christi pertinet, cuius vicem, & ministerium gerunt. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 4. c. 7.*

C A P U T LVII.

Laici monendi sunt, ne sacerdotes contemptui habeant, neve eorum monita despiciant, & tam turpiter tractent, uti hactenus, ne superveniat,

*C c*

quod

## 202 Juris Pontificii Veteris Epitome

*Osea. 4. 11.* quod dicit Propheta: *Populus tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti; & corruerunt hodie, corruerunt etiam Propheta tecum.* *Aquisgr. II. sub Ludovic. part. 4. c. 19.*

### C A P U T L V I I I .

Decet presbyteros cum voluntariis eulogii tempore congruo visitare, & venerari suos Episcopos. *Meld. c. 45.*

### C A P U T L I X .

Ut hi, qui sacerdotes, ac viros ecclesiasticos non solum dehonoran, verum & diverso, atque adverso modo affligunt, velut sacrilegi canonicae sententiae subigantur. *Melden. c. 60.*

### C A P U T L X .

Placuit, ut si in ministerio diaconi, vel presbyteri officio aliquis constitutus existat, si Episcopi, a quo ordinatus est, praceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium deperdat assiduum, quo usque in vitio permanerit, & communione, & honore privetur. *Vormac. c. 19.*

### C A P U T L X I .

Relatum est sanctae synoda, quod a malis Christianis plurimae vexationes sacerdotibus Christi, seu ceteris clericis inferioris gradus saepissime inferantur; unde visum est sancto concilio, ne in ante talia existant, jactulo spiritali eos percutere. *Magunt. sub Arnulph. c. 7.*

### C A P U T L X I I .

*z1. q. 3. c. 21. Si autem.* Nemo contemnat, neque transgrediatur bannum ab Episcopis superpositum. Sciat, & abhorreat in epist. B. Clementis dictum contra se scriptum: *Si vobis Episcopis non obedierint, &c.* Si quis inventus fuerit corripiisse bannum ab Episcopis impositum, quadraginta dierum castigatione corripiatur in pane, sale, & aqua. *Tribur. c. 8. Clemens epist. 3. in princ.*

### C A P U T L X I I I .

Cum Episcopus ecclesiam a Domino Deo sibi commissam regens Episcopatum circumundo perrexit, & placitum canonice constitutum decreverit, populumque sibi creditum illo inviterat, atque Comes eadem die, sciens placitum ab Episcopo condictum, vel nesciens, placitum cum populo suum condixerit, & per bannum illic venire præcepit, placitum Comitis omnes postponant, & Comes ipse, idemque populus, post Episcopum festine pergent, scientes se non illuc sedentia contentione decertare, sed pro fide catholica invigilare, non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum. *Tribur. c. 9.*

### C A P U T L X I V .

Qui Sacerdotibus injuriam, vel contumeliam irrogant, &c. sacrilegi habentur, &c. Sacerdotes Dei non sunt infestandi, non contristandi, non a secularibus arguendi, non reprehendendi, non aliqua injuria, vel contumelia afficiendi, &c. Si quis Episcopo aliquam injuriam, aut injustam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia, quæ habere visus fuerit, ecclesie, cui Episcopus esse dignoscitur, integerrime socientur. *Troslej. c. 5. ex Capitul. lib. 6. c. 99. al. 98.*

### T I T U L U S LXXXVIII.

**N E P R E S B Y T E R I , A U T A B B A T E S E P I S C O P O R U M M U N E R A A T T I N G A T .**

### C A P U T I .

**A**ccidentibus ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum querelis, intellectimus graves, & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis, extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas poenitentias, concedendo indulgentiarum litteras, & similia presumendo, unde, contingit interdum, quod vilescat Episcopalis autoritas apud multos. Volentes igitur in his, & Episcoporum dignitatibus, & Abbatum providere saluti presenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se presumat extenderet, si proprium voluerit periculum evitare, nisi forte quisquam eorum speciali concessione, vel alia legitima causa super hujusmodi valeat se tueri. *Innoc. III. in concil. gener. Lat. c. 60.*

### C A P U T I I .

Presbyteri Episcopali fastigio debita non assument, non conficiendi christi matis, non consignatio-  
*Difinit. 95.*  
nis Pontificalis adhibendæ accipiant facultatem non  
presente Antistite, nisi jubeatur, orationis, vel actionis sacrae suppetere sibi presumant esse licentia, aut sedere, aut veneranda tractare mysteria, nec  
sire summo Pontifice, subdiaconum, aut acolythum jus habeant faciendi. Nec prorsus addubitent  
si quid Episcopale fecerint, continuo se presbyteri dignitate, & sacra communione privari, si eorum Præsule deferente, hujusmodi fuerit prævaricatio comprobata, nec ipso Episcopo a culpa coniventiæ vacaturo. *Gelas. ep. 1. c. 8.*

### C A P U T I I I .

Nullus clericorum, vel laicorum præter Episcopum epistolam facere presumat. *Turonens. II. cap. 6.*

**T I T U L U S LXXXIX.**  
**P R E S B Y T E R N O N P O T E S T R E C O N C I L I A R E P E N I T E N T E M S I N E J U S S U E P I S C O P I .**

### C A P U T I .

**N**EC publice in Missa quemquam poenitentem reconciliare, &c. nec poenitentem sine præceptione Episcopi sui reconciliare chorepiscopus potest. *Damas. epist. 4. in med. Leo ep. 86. ad Episcopos Germ. & Gall. in med.*

### C A P U T I I .

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, non agat poenitentiam sine Episcopi consulto; cogente tamen infirmitate, non est presbyterorum vel diaconorum communionem talibus praestare, nisi ei iussit Episcopus. *Elib. c. 32.*

### C A P U T I I I .

Si quis in periculo constitutus petierit se reconciliari diuinis mysteriis Episcopa absente, presbyter petat ab Episcopo, & ita ex ejus renuntiatione reconciliat. *Carth. c. 7. G. Cart. II. c. 4. L. Vid. Tribur. cap. 31. in fin. Burch. lib. 18. cap. 13. Ivo part. 15. cap. 2. de cr. Cæsarang. lib. 15. cap. 24.*

### C A P U T I V .

Presbyter sine voluntate Episcopi non reconciliat poenitentem, nisi necessitas cogat absente *ult.* Episcopo. *Carth. 43. G. Cart. III. cap. 31. 32.*

*L. A.*

*L. Afric. 10. L. Raban. cap. 35. de pœnit. Capitul. lib. 5. cap. 53. C lib. 7. cap. 30. Burch. lib. 19. cap. 40. C 70. Ivo part. 15. cap. 4. C cap. 84. decr. Cæsar. lib. 15. cap. 46. Pœnit. Rom. tit. 9. cap. 9.*

## C A P U T V.

Nec publice in missa quemquam pœnitentem reconciliare, &c. nec pœnitente sine præcepto Episcopi sui reconciliare presbyteris licet, sed tantum Episcopo. *Hispal. H. c. 7.*

## C A P U T VI.

Chorepiscopus impositioni pœnitentiæ, aut pœnitentium reconciliationi, per parochiam secundum mandatum Episcopi sui inserviat. *Meld. cap. 44.*

## C A P U T VII.

Nullus presbyterorum quemquam nisi iussu Episcopi in ecclesiam introducere prælumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat. *Sale-gunst. c. 20. post Burch. decr. C apud Iwon. lib. 15. c. 186. decr.*

## T I T U L U S XC.

## COMMUNIA DE EPISCOPIS.

## C A P U T I.

**E**piscopum in presbyteri gradum deducere est sacrilegium. *Chalc. c. 29. G.*

## C A P U T II.

Si Episcopus, ubi ad eum spectaverit, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur; quod si ad Capitulum electio pertinuerit, & intra prædictum terminum (*sex mensium*) hoc non fecerit, Episcopus hoc secundum Deum, cum virorum religiosorum consilio, exequatur, &c. *Alex. III. in conc. Later. c. 8.*

## C A P U T III.

Si quis treugam frangere tentaverit, post tertiam commonitionem si non satisfecerit, Episcopus suus sententiam excommunicationis dicit, & scriptam vicinis suis annuntiet. Episcopus autem nullum excommunicatum in communionem suscipiat, immo scriptam suscepitam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumperit, ordinis sui periculo subjaceat. Et quoniam *funiculus triplex non facile rumpitur, præcipimus, ut Episcopi ad solū Dei, & salutis populi habentes respectum, omni tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium, & auxilium præstent, neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod si quis in opere Dei tepidus fuerit inventus, damnum dignitatis suæ incurrat. Alexand. III. in concil. Lateran. cap. 21. Vide Innocent. II. in concil. Roman. c. 9.*

## C A P U T IV.

Quod nonnullis est religiosis indulatum, in favorem Pontificalis officii ad Episcopos extenderentes, concedimus, ut cum commune terra fuerit interdictum, excommunicatis, & interdictis exclusis, quandoque januis clausis, & suppressa voce, non pulsatis campanis celebrent divina, nisi hoc ipsum fuerit eis expresse interdictum. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 58.*

## C A P U T V.

De licentia quæstuandi, & indulgentiis Epi-

scorum, & de reliquiis sanctorum. *Innoc. III. C de pœn. c. 14. Gr. IX. &c. 5. eod.*

## C A P U T VI.

Omnis Episcopi, qui hujus Apostolicae sedis ordinationi subjacebunt, qui propinqui sunt, Idibus Maii sanctorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli liminibus prætententur omni occasione seposita: qui vero de longinquo, juxta chirographum suum impleant. Nam qui hujus constitutionis contemptor extiterit, præter si ægritudine valida fuerit detenus, sciat se canonibus subjacere. *Zach. in syn. Rom. cap. 4.*

## C A P U T VII.

Nihil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna perniciose. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregibus ovium potest. *Anach. ep. 1. ante med. Ivo part. 5. c. 237. infine. Ans. lib. 6. cap. 146. Tarrac. lib. 4. c. 25.*

## C A P U T VIII.

Principatus, quem aut sedatio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus, atque auct. C 5. Miratur. §. 1. bus non offendit, ipso tamen initii sui est perniciosus exemplo, & difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, &c. *Ez. epist. 85. ad Episcopos Africæ in princ. Ivo part. 5. cap. 105. decr. Anselm. lib. 6. cap. 17. Cæsaraug. lib. 3. cap. 72. Tarrac. lib. 3. cap. 9.*

## C A P U T IX.

De Musæo, & Eutychiano, & ab eis ordinatis. *Sardic. 19. 20.*

## C A P U T X.

De Æquito, & ecclesia Hippone. *Carth. 66. 79. C 95. G. Afric. 32. 45. L.*

## C A P U T XI.

Inter Episcopū catholicum antiquum, & Do-natistam conversum dividantur loca, ita ut anti-quior dividat, junior eligat, &c. *Carth. 119. G. Afr. 85. L.*

## C A P U T XII.

Episcopi, vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint, & ætate securi, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata. *Carth. III. c. 14.*

## C A P U T XIII.

Aurelius Episcopus dixit, &c. „ Si necessarium Episcopatui quis habet presbyterum, & unum habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debet “. Postumianus Episcopus dixit: „ Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire “. Aurelius Episcopus dixit: „ Sane quomodo ecclesiæ alterius te subvenieris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur “. *Carth. III. cap. 45. in fine.*

## C A P U T XIV.

Placuit, ut quicumque negligunt ad suam cathedralē pertinentia in catholicam unitatem lucrari, convenientur a diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conventionis non hoc fecerint, qui po-

potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant, ita sane, ut si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potueris, magis illius electam negligentiam ab haereticis, impune ut ibi sint, & suam diligentiam fuisse preventam, ut eo modo ejus cura sollertia vitaretur, cum hoc judices Episcopi cognoverint, suæ cathedralæ loca restituant. *Milev. c. 24. Carrh. 122. G. Afr. 88. L. Burch. lib. 1. c. 68. Iva part. 5. c. 176. decr.*

C A P U T XV.

*Difl. 50. c. 7.* Si Episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, &c. ab officii honore depositus, in monasterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam communionem accipiat. *A-gath. c. 50. Epaun. c. 22.*

C A P U T XVI.

Renovamus canonem, ut si qua urbs ex auctoritate Imperiali renovatur in civilibus, & publicis rebus, ecclesiasticarum quoque rerum ordo sequatur. *Trull. 38. Chalc. 17. in fin.*

C A P U T XVII.

Sancta synodus definivit, ut quicumque Pontificum, vel sacerdotum deinceps per manu impositionem poenitentiae donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, tenorem retinandi regiminis non omittant, sed per Metropolitanum reconciliationem poenitentium more sucepta, solita expleant ordinis, vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta. *Tol. 13. cap. 10.*

C A P U T XVIII.

Ut publicum baptisterium in nulla parochia esse debeat, nisi ubi Episcopus constituerit, cuius parochia est. *Vern. sub Pipino c. 7.*

C A P U T XIX.

Utillos presbyteratus, qui ad illum Episcopatum legibus obtingunt, ille Episcopus ipsos debet habere. *Vern. sub Pipino c. 21.*

C A P U T XX.

Si laicus idoneum, utilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occasione, ab Episcopo, sine certa ratione repellatur, & si reiiciendus est, diligenter examinatio, & evidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat. *Paris. sub Lud. Loth. lib. 1. c. 22.*

C A P U T XXI.

Nullus deinceps veritatis Episcopus, solito super sacra jurare presumat, quod mysterii causa fanum quæsierint Patriarchæ, & fecerint. Non enim in hæsitatione, & malitia exigentis, sed in charitate non fæta fides servatur. Quod qui transgredi ausu temerario presumperit, quolibet modo illectus, censuræ ecclesiasticae sine retractatione subjaceat. *Meld. c. 38.*

C A P U T XXII.

Titulos cardinales in urbibus, vel suburbis constitutos, Episcopi canonice, & honeste sine retractatione ordinant, & disponant. *Melden. c. 54.*

C A P U T XXIII.

Quædam Apostolica, atque prisca traditio in sanctis Dei per totum orbem ecclesiis tenuit, ut qui ad Pontificatum ducuntur, qui præ eis Pontificatus regunt, omnia sinceriter consulant, qualiter sapient, & qualiter fidem detineant, &c. *Sophronius Hierosolymit. apud VI. syn. CP. act. 11.*

C A P U T XXIV.

Hormisdæ temporibus Episcopatus in Africa post annos LXXIV. alias LXXXIV. alias LXXIX. revocatus est, qui ab haereticis fuerat exterminatus. *Ex Pont.*

C A P U T XXV.

Sancimus, ut quando Episcopus, Abbates, vel Comites in propria villa morari contigerit cum suis, in suis maneant domibus, ne sub obtentu hospitii vicinos opprimant, vel eorum bona diripient. *Lud. II. Imp. apud Ticin. Syn.*

L I B E R Q U I N T U S.

De Conciliis, & Synodis, sive Conventibus.

T I T U L U S I.

DE AUCTORITATE CONCILIORUM.

C A P U T I.

**D**ico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est. Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Christus apud Matth. cap. 18.*

C A P U T II.

Placuit nobis collectis in unum eligere viros, & mittere ad vos cum carissimis nostris Barnaba, & Paulo, &c. Vnum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis, quam hæc necessaria, &c. *Concil. Apost. Att. cap. 15.*

C A P U T III.

*Matt. 18. 6.* Si ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine ejus, ibi se in medio eorum fore [ Christus ] perhibuit, quantum circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ, & liberis \* laboris.

suæ confessionis notitiam prætulerunt? *Syn. Chalcedon. in epist. ad Leonem Pap. post princ. att. 3. in fin.*

C A P U T IV.

Nos, quibus regere Ecclesiam Domini creditum est, timentes maledictionem, quæ imminet *Jerem. 18.* his, qui negligenter opera Domini faciunt, festinamus bonum fidei semen purum conservare ab impietatis zizanis, quæ ab inimico infestinantur, *Matt. 33.* &c. eo quod sacerdotes decet, communibus quæstionibus finem communem imponere, &c. Ad *Att. 15.* memoriam *Vigilii Pap. e*] perduximus magna illa Apostolorum exempla, & Patrum traditiones. Licet enim sancti Spiritus gratia, & circa singulos Apostolos abundaret, ut non indigerent alieno consilio ad ea, quæ agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo, quod movebatur, si oporteret gentes circumcidiri, definire prius, quam communiter congregati, divinarum scripturarum testimoniis unusquisque sua dicta confirmavent.

runt.

runt. Unde communiter de eo sententiam protulerunt, ad gentes scribentes: „Visum est Spiritui sancto, & nobis“, &c. Sed & sancti Patres, qui per tempora in laniis quatuor conciliis conveniunt, antiquis exemplis utentes, communiter de exortis hæresibus, & quæstionibus disposuerunt, &c. Ipse Dominus dixit: *Amen dico vobis, si duo ex vobis convenerint, &c. Ubi cumque enim fuerint duo, aut tres, &c. V. synod. CP. collatio 8. in definit. contra tria capitula, in prime.*

## C A P U T V.

Excitavit Christus Deus noster fidelissimum Imperatorem, novum David, virum secundum cor suum inveniens, (*loquitur de Constantino Psalm. 131. IV.*) qui non dedit somnum oculis suis, & palpebris suis dormitionem, donec per hunc nostrum a Deo congregatum, sacramque conventum ipsam recte fidei reperit perfectam prædicacionem: secundum enim a Domino editam vocem:

*Matt. 18. c. Ubi duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sub in medio eorum. Syn. VI. gen. CP. contra Monothelitas atl. 17. in definit.*

## C A P U T VI.

Spiritus sancti testatur præsentiam congregatioñis sacerdotum. Certum est enim, quod legimus, quia non potest veritas mentiri, cuius in Matt. 18. c. Evangelio ista sententia est: *Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi, & ego sum in medio eorum.* Quod si nec huic tam brevi numero Spiritus sanctus deest, quanto magis eum nunc interesse credamus, quando in unum convenit tanta turba sanctorum? Sanctum namque concilium est pro debita veneratione collectum, in quo utique nunc Apostolorum frequentissimæ illius, quam legimus, congregatioñis aspicienda reverentia est. Nunquam his defuit, quem receperant prædicandum. Adfuit his semper Dominus, & magister, nec docentes a suo doctore deserti sunt. Docebat ille, qui miserat, docebat ille, qui & dixerat, quod docerent; docebat ille, qui in Apostolis suis se confirmat audiiri. *Cælest. epist. 4. ad concil. Ephes. in princ.*

## C A P U T VII.

Ne qua inter fratres dissensio, ne qua inter præpositos, & subjetos sint fomenta discordiae, in unum convenire sacerdotes necesse est, ut & de incidentibus causis disceptatio, & sit talubris de ecclesiastica observatione collatio, quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens Dominus fratribus concordia \* collaudetur, cuius vobis adesse præsentiam, si haec observabitis, scitote, qui scripsit est: *Ubi fuerint congregati duo, aut tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Si ergo adesse dignabitur, ubi duo, vel tres fuerint, quanto magis non deerit, ubi plures convenerint sacerdotes? *Greg. ad Syagr. & Etherium Episcopos lib. 7. registr. epist. 108. vel 110. prope fin. & ad Felicem Siciliæ Episc. cap. 3. ante fin. lib. 12. reg. epist. 37. al. 31.*

## C A P U T VIII.

Undecimæ occasionis articulo decretorum universalium perenne dedimus firmamentum, &c. Hinc & decreta præcedentium Patrum ad con-

tentionis iurgium radicitus evellendum, rite synodalem fieri censuere conventum, ut illic de diversitate judiciorum præterita lites habeant terminum, ubi sanctus Spiritus universalem coaduaverit cœtum, &c. *Tolet. VIII. cap. 11.*

## C A P U T IX.

Nam qui dicebat Apostolis, se ad futurū usque ad consummationē saeculi, profecto hoc ipsum & illis, qui Ecclesie suæ curam gerunt, annuntiavit. Non enim illis corporaliter ad futurus erat, usque ad hujus presentis saeculi transitionem: Item & tribus, aut quatuor in nomine illius congregatis ad futurum se illis dixit: „Putasne tantas congregationes zelo bono coeuntes, ut illius cultus propagetur, divina illius inspiratio, & ductio reliquit? ne posset consummationem perfectæ confirmationis suæ ecclesie, in qua neque macula, neque ruga, neque aliquid tale est videre?“ &c. *Germanus CP. Episcopus in ep. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos VII. syn. act. 4.*

## C A P U T X.

Valde, per necessarium esse perspexi, beatitudinem vestram in unum convenire, habens sententia Dominicæ fidem, qua dicit: *Ubi fuerint duo, vel tres collecti in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Credo enim, beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sancto interesse concilio, & ideo, tamquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protulii consciente modum sententia divinæ dicentis: *Non cœlavi misericordiam tuam, & veritatem tuam a congregatione multorum. Reccared. Rex ad conc. Tolet. III. in princip.*

## T I T U L U S II.

*QUIBUS DE CAUSIS CONCILIA CONGREGARI OPORENT, ET IN PRIMIS MAJORA.*

## C A P U T I.

**H**Umiliter, ac sapienter exposcite, ut petitio ni nostræ, qua plenariam indici synodus postulamus, clementissimus Imperator dignetur annuere, quo citius, adjuvante misericordia Dei, & sanis fortitudo augeatur, & morbidis, si curari acquiescant, medicina præstetur. *Leo epist. 22. ad clerum, & plebem CP. in fine.*

## C A P U T II.

Synodus congregari mos erat in depulsione Episcopi, & in receptione illius qui damnatus fuerat. *Gelas. epist. 3. in tomo de anathematis vinculo, cuius initium est, Ne forte, ante fin.*

## C A P U T III.

Patres nostri, catholici videlicet, doctique Pontifices in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica, atque Apostolica, secundum scripturarum trahitem, prædicationemque majorum, facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsum voluerint deinceps firmumque constare, nec in eadem hac causa denovo, quæ præfixa fuerant, retractari, quilibet recenti præsumptione permiserint, sapientissime providentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quoque prorsus erro-

\* ore.

*Matt. 18. c.*

errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem furoribus recidivis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elixæ pestes, resumptis certaminibus contra fundamentum veritatis sele attellare, & simplicia quæque cordi pereutere, quid fieret, si subinde fas esset perfidis iaire concilium? cum, quælibet illa\* manifesta sit veritas, numquam desit, quod perniciosa depromat falsitas, tametsi ratione, vel auctoritate deficiens, sola tamen contentione non eedens? Quæ [majores nostri divina inspirazione cernentes, necessarie præcaverunt, ne \*contra unamquamque hæresim coacta semel synodus, pro fide, communione, & veritate catholica, atque Apostolica promulgasset, non sinerent novis post hæc retractionibus \*mutari, ne pravis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pullandi. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardaniæ in princ. Anselm. lib. 12. cap. 69.*

24. q. 1. c. 2.

\* ut.

\* recitationi-  
bus.

## C A P U T IV.

Quotiens universalis poscit religionis causa, ad concilium te cuncti fratres evocante conveniant, &c. *Hormisd. epist. 7. ad Sallust. Hispal. Episc. in fine.*

## C A P U T V.

Ne qua inter fratres dissensio, ne qua inter præpositos, & subjectos sint fomenta discordiarum, in unum convenire sacerdotes necesse est, ut de incidentibus causis disceptatio, & sit salubris de ecclesiastica observatione collatio, quatenus, dum per hoc præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens Dominus fratum concordia \* collaudetur, cujus vobis adesse præsestat, si hæc observabitis, scitote, &c. *Greg. ad Syngrium, O. Etherium Episcopos lib. 7. registr. epist. 108. vel 110. proprie fin. O. ad Felic. Siciliæ Episc. lib. 12. registr. ep. 37. al. 31.*

\* ope.

## C A P U T VI.

In Hippone synodo definitum est, ut singulis annis synodus totius Africæ fiat, non solum Carthagine, sed per diversas provincias ne suo, quod sèpe factum est in Numidia, & Byzacio. Deinceps non sit necesse, sed quotiens communis necessitas coget, per totam Africam datis litteris, ut in hanc provinciam veniant, si necessitas non est communis, in suis provinciis judicetur. *Cart. 96. 97. G. Milevit. 9. L. Afric. 62. L. Burch. lib. 1. cap. 53. Ivo part. 5. cap. 163. decret.*

## C A P U T VII.

Placuit, ut quotiens secundum statuta Patrum sancta synodus congregatur, nullus Episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat quam ea, quæ ad emendationem vitæ, ad severitatem regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur. *Arvern. c. 1. Burch. lib. 1. c. 58. Ivo lib. 4. tit. 2. c. 9. pan. O. part. 5. c. 168. decret.*

## C A P U T VIII.

Cum Gallicæ provinciæ Episcopi tam ex Bracarense, quam ex Lucensi synodo cum suis Metropolitanis præcepto Regis in Metropolitana Bracarense ecclesia convenissent, &c. Martinus Episcopus dixit, &c. „Sancti Patres præcessores

„nostræ, aut generales synodos undique colligi „pro unitate recte fidei fecerunt“, &c., Aut cer- „te speciales synodos per suas unusquisque pro- „vincias pro refecandis contentionibus, vel emen- „dandis aliquorū negligentiis collegerunt, & pro- „ut eventus culparū, aut qualisunque excessus e- „xegit, per singulas quasque divinas canonū sen- „tentias, mediante inter eos Dei spiritu conscri- „pserunt, quas oportet nos relegere, & tenere“, „&c. *Brac. II. in præf. ante canones.*

## C A P U T IX.

A nobis universaliter definitum est, ut quia ju- xta Patrum antiqua decreta, bis in anno difficul- tas temporis fieri consilium non sinit, saltem vel semel a nobis celebretur. Ita tamen, ut si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ, & Gallicæ synodus convocetur. Si vero nec de fide, nec de communi Ecclesiæ tractabitur, speciale erit concilium, &c. *Toletan. IV. c. 3.*

## C A P U T X.

Decreta præcedentium Patrum ad contentio- nis jurgium radicatus evellendum, rite synoda- lem fieri censuere conventum, ut illic de diversi- tate judiciorum præteritæ lites habeant termi- num, ubi sanctus Spiritus universalem coaduna- verit cœtum. *Tolet. VIII. c. 11.*

## C A P U T XI.

Quoniam per aliquot annos, juxta decreta ca- nonū nequivimus congregari, nunc quia annuen- te Domino, congregandi nobis facultas, juxta decreta canonum data est cum Dei gratia conve- nientibus nobis in unum, cooperante eo, in cuius congregamur nomine, & qui habitare facit u- nanimes in domo, primo nobis, & ante omnia necessarium est servare unitatem spiritus in vin- culo pacis, ut unum sentiamus, & unum in Chri- sto omnes dicamus, & secundum salutaria dicta Martyris Cypriani servetur a nobis charitas ani- mi, honor collegii, vinculum fidei, concordia sa- cerdotii, & ut attendentes regulares constitutiones Patrum nostrorum, a Metropolis suæ quæque re- gulari consuetudine non abducatur. *Ervetus Ar- chiepiscopus Remensis apud synodum Trostjan. in princ.*

## C A P U T XII.

Facta est hæc sacrosancta synod. anno imperii Basili Pii Principis tertio, quæ universos Patriarchales thronos, sicut aliarum ulla in eorum locis servantibus Præfules habens, non inconvenienter ab omnibus appellatur universalis. Primo, quia catholica fides in ea, & sanctæ leges, quæ non so- lum a sacerdotibus, sed ab universis Christianis coli debent, & venerari, contra hostes ipsarum confona voce defenduntur. Deinde, quia cum Christus in corpore suo, quod est Ecclesia, tot Patriarchales sedes, quot in cujusque mortalis corpore sensus locaverit, profecto nihil generali- tati deest Ecclesiæ, si omnes illæ sedes unius fue- rent voluntatis, sicut nihil deest motui corporis, si omnes quinque sensus integræ, communisque fuerint sanitatis, &c. Tertio cum Photius tot ex- cessuum suorum morbo universam Ecclesiam ma- culaverit, universalis curatio adhibita est, ut tq- tum

tum curaretur, quod totum fuerat maculatum, &c. Nec fatendum creditur, quod tunc jure dicitur universalis, si pro fide celebrata consisteret, cum & in hac nonnulla, quæ ad fidem pertinent, sint definita, & in ceteris universalibus conciliis multa disposita inveniantur, quæ ad fidei doctrinam non pertinent, quod non minus in fide, quam in legis prævaricatione peccent. *Anastasius bibliothec. in proœmio syn. VIII. CP. ad Hadr. II. in med.*

**T I T U L U S III.**  
**CONCILIORUM GENERALIUM CON-**  
**VOCATIO AD PONTIFICEM**  
**MAXIMUM PERTINET.**

Vide supra libro primo titulo sexto.

**T I T U L U S IV.**  
**LEGATOS PONTIFICIS MAXIMI PRÆ-**  
**ESSE IN CONCILIIS.**

Vide supra libro primo titulo septimo. Eisque addantur hæc.

**C A P U T I.**

*Matt. 18.c.* **S**i ubi sunt duo, aut tres congregati in nomine ejus, ibi se in medio eorum fore [ *Christus* ] perhibuit, quantam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ, & labori \* suæ confessionis notitiam prætulerunt? Quibus tu quidem, sicut membris caput præferis, in his, qui tuum tenebant ordinem, benevolentiam præferens. *Chale. in ep. ad Leon. a. 3. in fin.*

**C A P U T II.**

Ne piissimi Principis dispositioni [ *logitur de Theodosio Imperatore* ] qua Episcopale concilium voluit congregari, nostra videretur præsentia desuisse, fratres meos Julianum Episcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hilarium diaconum misi, qui vicem præsentiae meæ implere sufficerent. *Leo epist. 17. in fin. ad Pulcheriam Augustam.*

**C A P U T III.**

Necessarium est conferri de tribus capitulis, unde quibusdam quæstio nata est. Et ideo petimus, præsidente nobis vestra beatitudine, sub tranquillitate, & sacerdotali mansuetudine propositis sanctis Evangelii, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda, quæri, & conferri, & finem quæstioni imponi Deo placitum. *Eutychius Episcopus CP. in epist. ad Vigil. Pontif. Maxim. apud syn. CP. V. a. 1.*

**T I T U L U S V.**

**QUO PACTO CONCILIUM HABEATUR,**  
**ET DE MODESTIA, QUAM OMNES**  
**IN EO SERVARE DEBENT.**

**C A P U T I.**

**D**UM omnes [ *Episcopi* ] venissent in synodum, sederunt, &c. presbyteri autem Romani omnes, & diaconi, clerici & gradus sequentes a tergo Episcoporum steterunt. Nemo enim sed sit in eodem loco, nisi tantum Episcopi, & Silvester Episcopus, & Pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calpurnius, qui primo Gentilis, & postea Christianus, Praefectus urbis. *Synod. Rom. sub Sylvistro CCLXIV. Episc. c. I.*

**C A P U T II.**

XV. Kal. Jun. congreganda est in provincia

synodus propter vernale tempus, &c. Hora itaque diei prima ante solis ortum eiificantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad unam januam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent, & convenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora resideant. Post ingressum omnium Episcoporum, atque consilium, vocentur deinde presbyteri, quos causa probaverit introire. Nullus se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse, & corona facta de sedibus Episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, diaconi in conspectu eorum stent. Deinde ingrediantur laici, qui electioni concilii interesse meruerint, & notarii, quos ad recitandum, vel excipendum ordo requirit, & obseruentur januæ. Sedentibusque in diuturno silentio sacerdotibus, & cor tantum habentibus ad Deum, dicat Archidiacus: *Orate, &c.* Diaconus alba indutus codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiet, finitisque titulis, Metropolitanus Episcopus concilii alloquatur: „Ecce sanctissimi sacerdotes recitatæ sunt ex canonibus prescorū Patrum sententiæ de concilio celebrando. Si qua ergo quempiam vestrum actio commovet, corā suis fratrib. proponat.“ Tunc si aliquis quancumque querelam, quæ contra canonem agit, in audientiam sacerdotalem protulerit, non prius ad aliud transeat capitulo, nisi primum quæ proposita est actio, terminetur. Nam & si presbyter aliquis, aut diaconus, vel clericus, sive laicus, de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, ecclesiae Metropolitanæ Archidiaco causam suā intimet, & ille concilio denuntiet, & tunc illi & introeundi, & proponendi licentia concedatur. Nullus autem Episcoporum a coetu communi sedeat antequam hora generalis secessionis adveniat. Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiantur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim Deus suorum sacerdotum concilio interesse credendus est, si tumultu omni abjecto sollicitate, atque tranquille ecclesiastica negotia terminentur. *Tolet. IV. cap. 3.*

**C A P U T III.**

In loco benedictionis confidentes Domini S. 9. 4. e. 3. sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepare, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, & quod deterius est, obstinati disceprationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim, ut Apo. Jac. 1. d.* stolus ait, *putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio, &c.* Et Propheta: *Erit cukturus justitiae silentium.* Debet ergo quidquid aut consultationibus confidentium agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec judicum vigorem de tumultu enervent. *Quicumque ergo in conventu concilii hæc violanda crediderit, & contra*

**Prov. 22. b.** tra hæc interdicta aut tumultu, aut contumelias, vel risibus concilium conturbaverit, juxta divi-  
næ legis edictum: *Eiice derisorem, & exhibit cum eo iurgium*, cum omni dedecore de confes-  
sione abstractus, a communi cœtu secedat, &  
trium dierum excommunicationis sententiam  
perferat. *Tolet. XI. cap. 1. Ivo part. 4. cap.  
245. decret.*

**C A P U T IV.**

Quo pacto concilium habeatur, Isid. Merca-  
tor initio concil. ex Tolet. iv. cap. 3. addit oratio-  
nes, & canones, qui legendi sunt de concilio To-  
let. æra 18. & æra 3. Item ex capitulis Orientalium  
Patrum, quæ Martinus Episcopus de Græco  
in Latinum verit, æra 18. de synodo facienda.  
Item ex concilio Chalcedonensi, æra 18. \* Item  
ex concilio Agathensi æra 25. vel 26. \* vel aliud  
de canonibus quod Metropolitanus aptius visum  
fuerit, &c. Et postea: Sicque Archidiaconus le-  
cturus est canonem Toletani concilii xi. æra pri-  
ma, ne tumultu concilium agitur. Quo canone  
perlesto, concilium Ephesinum ex ordine perle-  
gatur. Deinde collatio pariter & instrutio de  
mysterio sanctæ Trinitatis habeatur, simulque  
& de officiorum ordinibus si in omnium sedibus  
celebritatis unitas teneatur. Pro his quoque cau-  
sis, prout spatium diei permiterit, & epistolæ Pa-  
pæ Leonis ad Flavianum Episcopum de errori-  
bus Eutychetis, & mysterio Trinitatis legendæ  
sunt: Canones quoque de officiorum unitate, &c.  
*Isid. Mercat. & Anselm. Lucens. ante collectio-  
nes suas.*

**T I T U L U S VI.**

**UT PRIUS ORDINATI EPISCOPI PRIO-  
REM LOCUM IN CONCILIIS  
OBTINEANT.**

Vide libro quarto titulo sexagesimo sexto.  
Quibus adde.

**C A P U T I.**

**E**piscopi per singulas provincias obseruent, ne  
posteriores le prioribus suis præferant, nec  
eis inconsulti, nisi quantum ad propriam perti-  
net parochiam, aliquid agant. *Lucius ep. sing.  
post princ. Burch. lib. 1. c. 54. Ivo part. 5. cap.  
164. decret.*

**T I T U L U S VII.**

**CONCILIUM GENERALE SINGULIS  
ANNIS HABEATUR.**

**C A P U T I.**

**N**ON incognitum vobis esse credimus, in Ro-  
mana jam dudum synodo constitutum esse,  
ut per singulos annos ad decorum, & utilitatem  
sanctæ Ecclesiæ generale concilium apud sedem  
Apostolicam sit tenendum. Nos itaque hujus ce-  
lebritatis hoc in tempore causam valde necessaria-  
m considerantes, in prima hebdomada quadra-  
gesimæ synodus annente Deo Romæ celebrare  
disputuimus, ad quam omnes vos & Apostolica  
auctoritate præsentiam vestram exhibere com-  
nemus, atque precipimus. *Gregor. VII. lib. 1.  
reg. ep. 46.*

**T I T U L U S VIII.**

**CONCILIUM GENERALE NON JUDICAT  
DE PONTIFICE MAXIMO.**

**C A P U T I.**

**P**orro si synodus universalis fuerit congregata,  
& facta fuerit etiam de sancta Romanorum  
Ecclesia quævis ambiguitas, & controversia, o-  
portet venerabiliter, & cum convenienti reveren-  
tia de opposita \* quæstione sciscitari, & solutio-  
nem accipere, & aut proficere, aut profectum fa-  
cere, non tamen audacter sententiam dicere con-  
tra summos senioris Romæ Pontifices. *Synod.  
VII. gen. CP. sub Hadr. II. cap. 21. Anselm.  
lib. 7. cap. 72.*

\* proposita.

**T I T U L U S IX.**  
**PONTIFEX MAXIMUS CONFIRMAT  
GENERALE CONCILIU M.**

Vide libro primo, titulo octavo.

**T I T U L U S X.**

**CANONES CONCILIORUM, ET PONTIFI-  
CUM DECRETA SERVENTUR  
AB OMNIBUS.**

**C A P U T I.**

**C**anones [ a sanctis Patribus in unaquaque <sup>25. q. 1. c. 14.</sup>  
cap. 1. ] synodo hucusque positi serventur. *Chalced.*

*cap. 1.*

**C A P U T II.**

His qui sacram sortiti sunt dignitatem, testi-  
monia, & directiones canonicarum præceptionum  
formæ consistunt. Quas libenter suscipientes, cum  
Deiloquio David canimus, ad Dominum Deum  
dicentes: *In via testimoniorum tuorum delecta-  
tus sum, sicut in omnibus divitiis*, & manda-  
sti justitiam, *testimonia tua in æternum, intel-  
lectum da mihi*, & virifica \*, &c. Divinos ca-  
nones amplectabiliiter in pectore recondamus, &  
integrali illorum præceptionem, ac in sancti  
Spiritus tubis immobilem teneamus, tam scilicet  
illorum, qui ab almis, & laudatissimis Aposto-  
lis, sancti Spiritus tubis editi sunt, quam eorum  
qui a sex sanctis venerabilibus synodis, atque his  
conciliis, quæ localiter collecta sunt, in exposi-  
tionem hujusmodi decretorum promulgati sunt.  
Nec non & eorum, qui a sanctis Patribus prolati  
fuisse probantur. Ab uno enim, eodemque Spi-  
ritu illustrati definierunt, quæ expediunt. Et qui-  
dem, quos anathemati transmittunt, & nos ana-  
thematizamus, quos vero depositioni, nos depo-  
nimus, quos autem segregationi, & segregamus.  
Porro quos epitomio tradunt, & nos quoque si-  
mili modo summit imus sine avaritia, &c. *Syn.  
VII. Nicæn. II. cap. 1.*

**C A P U T III.**

Per æquam, & regiam divinæ justitiae viam in-  
offense incedere volentes, veluti quasdam lam-  
pades semper lucentes, & illuminantes gressus no-  
stros, qui secundum Deum sunt, sanctorum Pa-  
trum definitiones, & sensus retinere debemus.  
Quapropter & has, ut secunda \* eloquia secun-  
di, magni, & sapientissimi throni sui arbitrantes,  
& astimantes, etiam de eis cum divino David  
promptissime canimus: *Mandatum Domini lu-  
cidum illuminans oculos*, & lucerna pedibus <sup>ps. 18. c. &</sup>  
*meis lex tua, & lumen semitis meis*; & cum <sup>138. o.</sup>  
*meis lex tua, & lumen semitis meis*; & cum <sup>Prev. 9. c.</sup>  
Proverbiatore dicimus: *Mandatum lucerna est,*  
*& lex lux*; & cum magnivoco Esaia: *Clamans Esaia, 1.*  
*ad Dominum Deum, quia lux præcepta tua*  
*funt*

\* sancta, f.

ps. 18. c. &

138. o.

Prev. 9. c.

Esaia, 1.

funt

*sunt super terram.* Luci enim veraciter assimilatae sunt divinorum canonum horationes, & dehortationes, secundum quod discernitur melius a pejori, & expediens, atque proficuum ab eo, quod non expedire, sed obesse dignoscitur. Igitur regulas, quæ sanctæ catholicae, & Apostolicæ Ecclesiæ, tam a sanctis famosissimi mis Apostolis, quam ab orthodoxorum universalibus, nec non & locis conciliis, vel etiam a quolibet Deiloquo Patre, atque magistro Ecclesiæ traditæ sunt, servare, ac custodire profitemur, his & propriam vitam, & mores regentes, & omnem sacerdotum catalogum, sed & omnes, qui Christiano censentur vocabulo, pœnis, & damnationibus, & e diverso receptionibus ac justificationibus, quæ per illas probatae sunt, & definitæ, subiici canonice decernentes. Tenere quippe traditiones, quas acceptimus, sive per sermonem, sive per epistolam sanctorum, qui antea fulserunt, Paulus admonet aperte magnus Apostolus. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 2.*

## C A P U T IV.

Beatissimum Papam Nicolaum, tamquam organum sancti Spiritus habentes, nec non & sanctissimum Hadrianum Papam successorem ejus, definimus, atque sanctimus, ea omnia, quæ ab eis synodice per diversa tempore exposita sunt, & promulgata, tam pro defensione, ac statu Constantinopolitanorum ecclesiæ, & summi sacerdotis ejus, Ignatii videlicet sanctissimi Patriarchæ, quam etiam pro Photio neophyti, & invasoris expulsione, ac condemnatione servari semper, & custodiri, &c. *Synod. gener. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 2.*

## C A P U T V.

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, deinde a constitutis Dei, & Patrum nullatenus deviare. *Libellus datus Legatis ab Hadr. II. letetus apud syn. VIII. gener. CP. act. 1. Euseb. ep. 3. ante med. Joann. CP. Episc. ad Hormisdanum ep. 5. ad Episcopos Hispanie. Libellus Eulalii Episc. Carthagin. ad Bonif. II. relatus in ep. 1. ejusdem Bonifacii.*

## C A P U T VI.

Sequimur sanctam synodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipse domine coangelice summe Pontifex Hadriane subscrivisti, ante sacratissimum Petri, (& Pauli) Apostolorum eximii corpus celebravit. Simul & quam tu ipse nuper egisti, & omnia, quæ in his statuta sunt, secundum decreti vestri moderationem venerabiliter conservabimus, recipientes, quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illo damnati sunt, &c. *Libellus Ecclesiæ Rom. ab VIII. synodo CP. approbatus post princ. act. 1. sub Hadr. II.*

## C A P U T VII.

Ubi necessitas non est, nullo modo violentur sanctorum Patrum statuta; ubi vero necessitas fuerit, ad utilitatem Ecclesiæ, qui potestatem habet, ea dispenset, ex necessitate enim sit mutatio legis. *Synod. CP. IX. sub Jo. VIII. act. 2.*

## C A P U T VIII.

Silvester Episcopus dixit: „Omnis Episcopus, Tom. V.

„qui convenit ad concilium, fidem suam chirographo confirmet, ut deinceps rediens ad parochiam suam, compaginem nostræ salutationis plebi suæ innocentiat, ut fide concilii declarata iactemeratus ordo servetur“. *Silvest. in conc. CCLXXV. Episc. cap. 3.*

## C A P U T IX.

Nulli fas sit, sine status sui periculo, vel divisiones constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare. *Rom. syn. sub Hilar. c. 1. Capit. lib. 6. cap. 267. Ivo part. 5. cap. 37. decr. Ans. lib. 1. c. 46. C 62.*

## C A P U T X.

Si quis secundum sanctos Patres non confitetur proprio, & secundum veritatem omnia, quæ tradita sunt, & prædicata sanctæ catholicae, & Apostolicæ Dei Ecclesiæ, perindeque a sanctis Patribus, & venerandis universalibus quinque conciliis usque ad unum apicem, verbo & mente condemnatus sit. *Lateran. sub Mart. c. 17.*

## C A P U T XI.

Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobis, pariterque fide non respuit, & anathematizat anima, & ore omnes, quos respuit, & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impiis eorum conscriptis usque ad unum apicem sanctæ Dei Ecclesiæ catholica, & Apostolica, hoc est, sanctæ, & universales quinque synodi, & consonanter omnes probabiles Ecclesiæ Patres, &c. hujusmodi condemnatus sit. *Later. sub Martin. I. cap. 18.*

## C A P U T XII.

Si quis ea, quæ scelerosi hæretici sapiunt, indubitanter professus, atque intelligens, per inanem proterviam dicit, hæc pietatis esse dogmata quæ tradiderunt ab initio speculatori, & ministri verbi, hoc est dicere, sanctæ, & universales quinque synodi, calumnians utique ipsos sanctos Patres, & memoratas sanctas quinque synodos in deceptione simplicium, vel susceptione suæ profanæ perfidiæ, hujusmodi condemnatus sit. *Later. sub Mart. c. 19.*

## C A P U T XIII.

Si quis secundum scelerosos hæreticos quocunque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos removens illicite, quos posuerunt firmius sancti catholicae Ecclesiæ Patres, id est, sanctæ, & universales quinque synodi, novitates temere exquisiverit, &c. hujusmodi condemnatus sit. *Lat. sub Mart. c. 20.*

## C A P U T XIV.

Si quis alium terminum fidei, sive symbolum aut doctrinam habet, præter quod traditum est a sanctis magnis, & universalibus sex synodis, & confirmatum est ab his sanctis Patribus, qui in eis convenerunt, &c. talem impium anathematizamus, & alienum, extraneumque deputamus sanctæ, catholicae, & Apostolicæ Ecclesiæ, &c. *Stephanus Papa in concilio pro sacris imaginibus in partibus Francie, vel Italie apud Hadr. c. 2. ad Carol.*

## C A P U T XV.

Synodus, quæ vestris temporibus in basilica B. Petri Apostoli pro nonnullis malis eradicandis

Dd & ma-

## 210 Juris Pontificii Veteris Epitome

& maxime pro causa domini Formosi sanctissimi Papæ acta est, vestro Imperiali consensu, & venerabilium Episcoporum, ac optimatum vestrorum roboretur, & perpetualiter stabilita servetur. *Ravenn. sub Ioann. IX. in responsione ad Imperatorem c. 3.*

### C A P U T XVI.

Amplector sanctos canones Apostolorū, quatuor universalia concilia, sicut quattuor Evangelia, Nicænum, Ephesinum, CP. Chalcedon, & Antiochenum, & decreta sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, & præcipue decreta domini mei Papæ Gregorii, & beatæ memoriarum Papæ Urbani. Quæ ipsi laudaverunt, laudo: quæ ipsi tenuerunt teneo: quæ confirmaverunt, confirmo: quæ damnaverunt, damno: quæ repulerunt, repello: quæ interdixerunt, interdicto: quæ prohibuerunt, prohibeo in omnibus, & per omnia: Et in his semper perseverabo. *Paschal. II. in synodo Lateran.*

### C A P U T XVII.

12.9.1. c. 2. Concilium dantes vestram prudentiam hortamur, ut ab Apostoliis regulis non recedatis. *Clem. epist. 5. in fin. Ivo in epist. 208. ad Joann. Aurelian. Episcopum.*

### C A P U T XVIII.

Contemplari oportet, quod ubi occurrit necessitas, sive constitutiones Patrum transgredimur. *Felix Papa apud synod. CP. IX. sub Joanne VIII. act. 2.*

### C A P U T XIX.

25.9.1. c. 5. Violatores voluntarii canonum graviter a sanctis Patribus judicantur, & a Spiritu sancto, cuius instinctu, ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut praefatum est, aliquid, aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiant, &c. Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt Spiritu Dei conditi, & totius mundi reverentia consecrati, fideliter est a nobis scienda, & diligenter tractanda, &c. *Damas. in epist. ad Aurel. Carthagin. ante collection. concil. Isid. Mercat. Anselm. lib. 3. cap. 109. Deusd. cap. 4. Cæsar. lib. 2. cap. 36. Tarrac. lib. 6. c. 21.*

### C A P U T XX.

Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet iacognita sacerdoti, quia nesciri haec a pontifice satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosis viris sciatur, & custodienda esse ducatur. *Innoc. ep. 5. ad Maxim. & Severum Episcopos.*

### C A P U T XXI.

Innocentius Aurelius, & omnibus sanctis Episcopis, & ceteris, qui in concilio Carthaginensis ecclesiæ adfuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem. Inquirendo de his rebus, quas omni cum sollicitudine decet a sacerdotibus, maxime a vero, justoque, & catholicis tractari concilio, antiquæ traditionis exempla servantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, &c. *Innoc. ep. 24. in princ. vel 25.*

### C A P U T XXII.

Dif. 38. c. 4. Nulli sacerdoti liceat canones ignorare, nec

quidquam facere, quod Patrum possit regulis obviare. *Cœlestin. epist. 3. cap. 1. Capit. lib. 5. c. 32. & lib. 7. cap. 49. & 113. Burch. lib. 2. cap. 160. Ivo part. 6. cap. 251. descr. Anselm. lib. 7. c. 108. Tarr. lib. 3. c. 2.*

### C A P U T XXIII.

Sicut quedam sunt, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitudine rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec preceptis Evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum. *Leo epist. 90. vel 92. ad Rusticum Narbonen. Episc. in princ. Ivo in præf. panorm. & decret. Anselm. lib. 2. cap. 76. Cæs. lib. 2. cap. 56. Tarrac. lib. 1. cap. 114. & lib. 3. c. 61.*

### C A P U T XXIV.

1.9.7. c. 23. Etsi illa nonnumquam sinenda sunt, quæ, si ceterorum constet integritas, sola nocere non valent, illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi nisi manifesta decoloratione non possunt, &c. *Gelas. epist. 1. c. 11. in fine. Tarrac. lib. 1. cap. 116.*

### C A P U T XXV.

Paternas regulas, & decreta a sanctis definita conciliis, ab omnibus servanda mandamus, &c. Ibi fas, nefasque præscriptum est; ibi prohibitum ad quod nullus audeat aspirare; ibi concessum, quid debeat mens Deo placitura præsumere. *Hor. mis. ep. 7. ad Sallust. Hisp. Episc. in fin.*

### C A P U T XXVI.

Ut paternos terminos non transgrediamur, sacros canones non conculcemus, nec decretalia sedis Apostolicæ constituta, quibus Ecclesia tota fulcitur, atque munitur, quoquo modo volemus. *Nic. in ep. ad Episcopos, & clerum CP. incip. Ea quæ nuper, post princ. refertur act. 7. synodi VIII. CP. sub Hadr. II.*

### C A P U T XXVII.

Nihil contra magnam synodum Metropolitani existimet vindicandum. *Arel. II. c. 37.*

### C A P U T XXVIII.

Si quis statuta (conciliorum) supergressus corruerit, vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus, honore privetur. *Carth. I. cap. 14. Burch. lib. 15. cap. 6. Ivo part. 16. c. 7. decret.*

### C A P U T XXIX.

Genadius Episcopus dixit: „ Omnia, quæ a vestro cœtu glorioſissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri? „ Ab universis Episcopis dictum est: „ Placet, placet, ut custodiantur ab omnibus, &c. „ *Carthag. II. c. 13.*

### C A P U T XXX.

Ordinato Episcopo, aut clericu primum ab ordinantibus decreta a synodis in aures eorum imponantur: ut si non fecerint juxta synodi definitiones, poeniteant. *Carth. 18. G. Carth. III. c. 3. L.*

### C A P U T XXXI.

Canones suos nec ignorare quemquam, nec dissimulare, id est, præterire permitiuntur. *Aurel. III. c. 32. in fine.*

CA.

## C A P U T XXXII.

Parochiani clericia Pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipient, ne ipsi, vel populi, quæ pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodū ignorasse. *Aurel. IV. c. 6.*

## C A P U T XXXIII.

Præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata sunt, nullus audeat præterire. Si quis autem contumax transgreditur ista, necesse est, ut de suo degradetur officio. *Brachar. I. cap. 40.*

## C A P U T XXXIV.

Si quis horum capitulorum terminum transgressus, ad inordinatas consuetudines reverti voluerit, totius concilii excommunicatione corruptus, verissimam sibi de sui ordinis inclinatione noverit imminere sententiam. *Brac. II. in fine.*

## C A P U T XXXV.

Qui concilia omnium orthodoxorum Episcoporum consona conciliis Nicæno, CP. primo Ephesino, & Chalcedonensi non recipit, anathema sit. *Tolet. III. ante canones.*

## C A P U T XXXVI.

Permaneant in suo vigore conciliarum omniū constituta, simul & synodicae sanctorum Præsumolum Romanorum epistolæ. *Tol. III. c. 1.*

## C A P U T XXXVII.

A feria sancti Martini usque ad Natalem Domini canones legantur, ut nullus fateatur per ignorantiam delinquisse. *Matisc. 9.*

## C A P U T XXXVIII.

*Dif. 38. I. cap. 1.* Sacerdotes scripturas sanctas, & canones megnorantia, ditentur. *Tolet. II. cap. 24. Burch. lib. 1. cap. 100. Ivo part. 5. cap. 202. deer. Ans. lib. 7. cap. 105. Cæsar. lib. 4. c. 54.*

## C A P U T XXXIX.

Ne quælibet in posterum, aut impune valeant committi, aut generalia statuta convelli, plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcumque pro fidei causis, ecclesiasticisque negotiis, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut in futuris etiam decretis, vel sint, vel fuerint definitiones conscriptæ universalí auctoritate, nullus deinceps contradicere audeat, &c. ne gratia & honoris sui, & communionis sacræ lugeat amissione multatus. Cum vero aut quælibet sancta synodus agitur, aut pacifice inter Pontifices quippiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant, aut communiti plurimorum sententia cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, aut excommunicationis annua sententiam luant. *Tolet. VIII. c. 11.*

## C A P U T XL.

Cetera decretorum nostrorum judicia, quæ ab hac sancta synodo noscuntur esse confecta, si quis convellere forsitan decreverit, aut temere implere neglexerit, vel infringere quandoque voluerit per judicium omnipotentis Dei anathema sit. *Tolet. VIII. c. 12. in fine.*

## C A P U T XLI.

*De conf. c. 1. Greg. IX. & in 1. coll.* Canonum statuta ab omnibus intemerata feruntur. *Cabilon. 2. Meldens. c. 34. Burch. lib. 1. c. 61. Ivo part. 5. c. 171. deer.*

## C A P U T XLII.

Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur astridi, &c. solet tamen plus timeri, quod singulariter pollicetur, &c. Qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, &c. sua annotatione promittat fidem catholicam sincera cordis devotione custodi re, iuste, & pie vivere, in nullis operibus suis canonicis regulis contradicere, &c. *Toletan. XI. cap. 10. Ivo epist. 67. ad Bernardum Abbatem, post med.*

## C A P U T XLIII.

Traditiones sanctorum Apostolorum, seu reverendissimorum Patrum, qui in supradictis (quinque) conciliis adfuerunt, omni cum veneratione suscipimus, amplectimur, defendimus. *Mansuetus Episcopus, & syn. Mediol. epist. ad Constantinum IV. Imp. ante VI. syn. CP.*

## C A P U T XLIV.

Majorum institutionibus ausu temerario contraire, & sanctorum Patrum decreta convellere, & superiorum tuorum effrænata libido contra sanctissimam Apostoli doctrinam, sanctioribus reniti, quid aliud est, quam vinculum societatis Christi abrumpere, & usurpatæ præsumptionis licentia statum Ecclesiae dissipare? &c. *Tolet. XII. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 33. Ivo part. 5. cap. 144. decret.*

## C A P U T XLV.

Huic sanctæ synodo placuit, ut deinceps, ad animarum medelam, & perturbationum curacionem firmi, stabilesque maneant, qui a sanctis Patribus, qui nos præcesserunt, suscepisti, ac confirmati sunt, atque a Deo nobis etiam traditi sunt, sanctorum, & gloriolorum Apostolorum nomine octoginta quinque canones, &c. Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui a sanctis, & beatis Patribus expositi sunt, id est, a trecentis decem & octo sanctis, ac divinis Patribus, qui Nicææ convenerunt, iisque qui Ancyre, qui Neocæsarea, & qui Gangris, iisque qui Antiochiæ Syriæ, atque iis, qui Laodiceæ Phrygiae. Præterea autem, & centum quinquaginta Patribus, qui in hac Dei cultrice, & Imperiali civitate converunt, & ducentis, qui in Ephesiorum metropoli prius coacti sunt, & sexcentis triginta sanctis, & beatis Patribus, qui Chalcedone, similiiter & iis, qui Sardicæ, & qui Carthagine, & qui rursus in hac Dei cultrice, & Imperiali urbe converunt sub Nectario, qui Imperiali huic civitati præsidebat, & Theophilo, qui fuit Alexandria Archiepiscopus. Quin etiam canones Dionysii, qui fuit Archiepiscopus magnæ Alexandrinorum civitatis, & Petri, qui Alexandria Archiepiscopus, & martyr: Gregorii Neocæsarea Episcopi Thaumaturgi dicti, Athanasii Alexandrinii Archiepiscopi, Basilii Archiepiscopi Cæsareae Capadociæ, Gregorii Episc. Nyssæ, Gregorii Theologi, Amphilochii Iconii, Timothei Archiepiscopi Alexandrinii, Cyrilli ejusdem Alexandriae Archiepiscopi, & Genadii, qui fuit Patriarcha hujus Dei cultricis, & imperialis civitatis, &c. Si quis autem, prædictorum canonum aliquem innovare, vel subvertere convictus fuerit, reus erit secundum *Distin. 16. Quoniam, c. 7. & c. 4. Placuit.*

## 212 Juris Pontificii Veteris Epitome

dum eum canonem, ut ipse pronuntiat canon, poenam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens. *Trull. cap. 2. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 29. C' 38. panorm. C' part. 4. cap. 106. C' 134. decret. Caesar. lib. 1. cap. 42. C' 53. C' lib. 2. cap. 8.*

### C A P U T XLVI.

*Gesta (sextæ) synodi Constantinopolitanæ probavimus, decretis quidem synodalibus & præcipuis in omnibus consona, & Nicæna quidem, Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ fidei concordantia, Chalcedonensi vero tam esse unita, ut pote ipsis verbis edita, vel libata, quippe quibus sumpta videtur pene omnis ipsius soliti præcurrentis materia, & ideo supradicta acta concilii in tantum a nobis veneranda sunt, & recipienda constabant, in quantum a præmissis conciliis non desciscunt. *Tolet. XIV. c. 5. C' 6.**

### C A P U T XLVII.

*Dif. 38.c.1. infine.* Sciant sacerdotes scripturas sanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque adficiant cunctos tam fideli scientia, quam operum disciplina. *Arelat. sub Carolo c. 3.*

### C A P U T XLVIII.

Cum omnia concilia canonum, qui recipiuntur, sint a sacerdotibus legenda, & intelligenda, & per ea sit eis vivendum, & prædicandum, necessarium duximus, ut ea, quæ ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prædicetur. *Capit. sub Carolo c. 37. Magunt. sub Raban. c. 2. Burch. lib. 19. cap. 14. Ivo part. 15. cap. 157. decret.*

### C A P U T XLIX.

*a. 1. de conf. Greg. IX. C' in 1. coll.* Ut canonum statuta sine præjudicio ab omnibus custodiantur, & nemo in actionibus, vel iudicis ecclesiasticis sua sensu, sed eorum auctoritate ducatur. *Meldens. c. 34. Cabilton. c. 2. Burchard. lib. 1. c. 61. Ivo part. 5. c. 171. decret.*

### C A P U T L.

Ipsa visitatio plebium, & parochialium sacerdotum, tam moderate, & in quantum fieri potest, juxta canoniam institutionem fiat, ut manifestum sit, sive per nos, sive per nostros, sola ibi animarum lucra perquiri, nec aliquem importunitate, & nimietate gravari, & contristari, ne verbum Domini, & doctrina blasphemetur. *Valent. sub Lotario, c. 17.*

### C A P U T LI.

*Dif. 11.c.5. Ecclesiast. carum.* Dogmatum, & prædicationum, quæ in Ecclesia custodita sunt, hæc quidem ex scriptis mandata doctrina habemus: illa vero ex traditione Apostolorum nobis tradita in mysterio suscepimus, quæ utraque habent easdem vires ad pietatem. His autem nemo contradicet, qui rituum ecclesiasticorum, vel minimam experientiam haberit. Si enim non scriptas consuetudines, tamquam non magnam potestatem habentes, recusare voluerimus, in rebus principalibus ipsum Evangelium imprudentes damno afficiemus, vel potius id, quod prædicatum est, ad solum nomen redigemus. *Basil. in lib. de Spiritu sancto ad*

*Amphilochium, c. 27. Burch. lib. 3. c. 127. Ivo lib. 2. tit. 12. c. 23. panorm. C' part. 4. cap. 69. decret.*

### C A P U T LII.

Suscipimus, & ex animo amplectimur, & amamus sex sacras, & universales synodos, &c. Et postea: Locales autem synodos non aversamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiam divinitus inspiratas canonicas constitutiones, correctiones, & utiles earum legislationes summa observantia colimus. *Theodorus Hierosolym. Episcopus in synodica lecta in synod. VII. Nicæn. II. action. 3.*

### C A P U T LIII.

In concilis quædam a certis ibi convenientibus dicuntur, aut per favorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam: nemo autem attendit ea, quæ per partem a quibusdam dicuntur, sed sola illa, quæ ab omnibus communis consensu definiuntur. Si enim aliquis secundum illos voluerit attendere ejusmodi contrarietates, unaquaque synodus invenietur lemetipsam destruens. *Justinian. ad Joann. II. post med.*

### C A P U T LIV.

Ego N. S. R. E. diaconus, vel presbyter, aut Episcopus Cardinalis electus, ut siam per Dei gratiam hujus sanctæ Apostolicæ sedis humilis minister, profiteor tibi beate Petre Apostolorum Princeps, &c. sanctæque tuæ Ecclesie, quam hodie tuo præsidio regendam suscipio, quod quædam in hac misera vita constitutus, ipsam non deseram, &c. nec me segregabo ab ipsa: sed verae fidei rectitudinem, &c. quam in tua sancta Ecclesia reperi, totis conatus usque ad animam, & sanguinem custodiri (*faciam*) tam de sanctæ,

& individuæ Trinitatis mysterio, &c. quam de ceteris Ecclesiæ dogmatibus, sicut in universalibus conciliis, & constitutionibus Apostolicorum Pontificum, probatissimorumque Ecclesiæ Doctorum scriptis sunt commendata, id est, quæ ad rectitudinem nostræ, vestræque orthodoxæ fidei a te traditionem recipiunt, conservare: *I* sanctæque octo universalia concilia, id est, Nicænum, Constantinopolitanum, & Ephesinum primum, & Chalcedonense; quintum quoque & sextum item CP. & septimum item Nicænum, octavum quoque item CP. usque ad unum apicem immutabile servare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicaverunt, & statuerunt, omnimode sequi, & prædicare; quæque condemnaverunt, condemnare ore, & corde, diligentius autem, & vivacius, quamdiu vixerint, omnia decreta canonica prædecessorum Apostolicorum nostrorum Pontificum, quæcumque ipsi synodaliter statuerunt, & probata\* sunt, confirmare, & indemnitata servare, & sicut ab eis statuta sunt, in suæ vigoris stabilitate custodire, quæque vel quoscumque condemnaverunt, vel abdicaverunt, simili sententia condemnare, vel abdicare, &c. sacrosque canones, & Sacrorum Pontificum constituta, ut divina, & cœlestia mandata, Deo auxiliante custodire, &c. *Professio summorum Pontific. ex lib. diurno. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 15. pan. C' part. 4. cap. 132. decret.*

Tl.

**T I T U L U S XI.**  
**D E Q U A T T U O R C O N C I L I I S G E N E R A -**  
**L I B U S N I C Æ N O , C O N S T A N T I N O P O -**  
**L I F A N O , E P H E S I N O , E T C H A L C E -**  
**D O N E N S I .**

**C A P U T I .**

**T**enere, & servare, & prædicare sanctis ecclesiis confessi sumus hanc fidei confessionem, quam latius exposuerunt CCCXVIII. sancti Patres Nicææ congregati, qui sanctum mathematis symbolum tradiderunt; insuper autem, & cl. Constantinopoli collecti exposuerunt, qui eandem fidei confessionem secuti sunt, & eam explanaverunt, & c. sanctorum Patrum prius Ephesi collectorum pro eadem fide consensum, & quæ ad XXX. Chalcedone congregatis definita sunt, pro una, eademque fide, quam & ipsi secuti prædicaverunt. Eos autem, qui pro tempore condemnati, vel anathematizati a catholica Ecclesia, & prædictis quatuor conciliis sunt, confessi sumus condemnatos, & anathematizatos habere. *V. synod. CP. collatio 8. de tribus capitulis post princ.*

**C A P U T II.**

Iterum confitemur, quod suscipimus sanctas quatuor synodos, id est, Nicænam, Constantinopol. Ephesinam primam, & Chalcedonensem, quæ pro una, eademque fide definierunt, prædicavimus, & prædicamus. Eos autem, qui hæc non suscipiunt, alienos catholicæ ecclesiæ judicamus. *Ibid. ante anathemata.*

**C A P U T III.**

His ita se habentibus manifestum facimus, quoniam omnia, quæ a prædictis sanctis quatuor synodis, sicut dictum est, de orthodoxa fide promulgata sunt, & de ecclesiastica stabilitate terminata, & servavimus, & servamus. Licet enim diversis temporibus contra emeros hæreticos denominata quatuor concilia facta sunt, unam tamen eandemque confessionem rectæ fidei conservaverunt, & prædicaverunt. Et propterea omnia, quæ consonant his, quæ ab antefatis quatuor synodis pro recta fide definita sunt, suscipimus, &c. *V. synodus CP. in definitione refert Martinus Papa in synod. Lateran. secretario 4.*

**C A P U T IV.**

**S**i quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychen, & Origenem, cum impiis eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati sunt, & anathematizati a sancta Dei catholica, & Apostolica Ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor conciliis, sed & eos, qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & usque ad finem permanerunt in propria impietate, talis anathema sit. *V. synod. CP. c. 1. action. ult. de trib. capitulis: refert Martinus Papa in synod. Lateran. secretario quarto.*

**C A P U T V.**

His igitur ita confessis a nobis, quæ & acceperimus de divina scriptura, a sanctorum Patrum doctrina, & definitis de una, eademque fide a prædictis sanctis quatuor conciliis, &c. contra eos,

qui defendere presumperunt, aut defendunt prædicta tria capitula, &c. si quis conatus fuerit contraria tradere, aut docere, &c. Episcopus, aut clericus, &c. denudabitur ab Episcopatu, aut a clero; si autem monachus, aut laicus fuerit, anathematizabitur. *V. synod. d. action. ult. in fin. refert Martin. in d. synod. Later. secr. 4.*

**C A P U T VI.**

Hoc sanctum nostrum universale concilium impietatis errorem, &c. procul abiiciens, sanctorum autem, ac probabilium Patrum inoffense recto tramite iter consecutum, sanctasque & universales quinque synodos pie in omnibus eis consonuit, CCCXVIII. sanctorum Patrum, qui Nicææ convenerunt adversus Arium furiosum, & ei, qui a cl. apud CP. adversus Macedonium impugnatorem Spiritus, & Apollinarem impium; similiter & ei, quæ Ephesi prius adversus Nestorium Judaicæ intelligentiæ congregata est, &c. venerabilium virorum, atque ei, quæ Chalcedone ad XXX. Patrum adversus Eutychen, & Diocorum Deo odibiles, &c. *VI. synod. CP. action. 17. in definitione.*

**C A P U T VII.**

Cuncta Ecclesiæ catholicæ dogmata conservamus, & sex universahbus conciliis inhærentes, eorum acta comprobamus. *VII. syn. Nicæa. 2. action. 7. in definitione.*

**C A P U T VIII.**

Sanctissimam Virginem proprie, & veraciter Dei genitricem fatemur, quemadmodum universalis tertia synodus, quæ prius apud Ephesum congregata est, prædicavit, cum qua & nos hominis cultorem, & tantissimum, atque Judaicum sensum habentem Nestorium anathematizamus. Docentes unum, eundemque Christum, & Dominum, Deum scilicet perfectum, & hominem perfectum in una persona utriusque naturæ differentia, sed proprietates inconsummabiles, & inconsuas perpetuo conservantem, quemadmodum & sancta universalis quarta synodus dogmatizavit, quam numeratis tribus conciliis, tanquam sanctorum Evangeliorum quaternitatem suscipientes, anathematizamus delirum Eutychetem, & recordem Diocorum. *VIII. syn. CP. sub Hadrian. II. action. 10. in termino, sive definitione.*

**C A P U T IX.**

**S**ancta Romana Ecclesia post illas veteris vel *Dif. 15. c. 3.* novi Testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas, id est, sanctam synodum Nicænam, CCCXVIII. Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto, in qua Arianus hæreticus condemnatus est, sanctam synodum Constantinopolitanam mediante Theodosio Seniore Augusto, in qua Macedonus hæreticus debitam damnationem excepit, sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est, consensu beatissimi Cælestini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrina sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato, sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciiano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano Episcopo, in qua Nestorianæ, & Eutychianæ hære-

## 214 Juris Pontificii Veteris Epitome

hæreses, simul cum Dioscoro, ejusque complici-  
cibus damnatae sunt. Sed & si qua sunt concilia,  
a sanctis Patribus hactenus instituta, post \* horum  
auctoritatem, & custodienda, & recipienda,  
& decernimus, & mandamus. *Gelas.* in synod.  
*LXX. Episcoporum in princ. Burchar. lib. 3. cap.*  
*220. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 3. pan. C part. 4 cap.*  
*64. decret. Cæsar. lib. 1. cap. 33. Tarrac. lib. 1.*  
*cap. 232.*

### C A P U T X.

Quæ sanctæ, & universales quinque synodi tradiderunt, intransgressibiliter retinemus, definitiones eorum (*Patrum*) servamus, decreta eorum integre confitemur, ita defnimus, quomodo illi per proprios sermones promulgaverunt. Qui easdem sanctas synodos, & venerabiles Patres minime suscipit, condemnatus est, &c. *Lat. syn. sub Martino Papa, scrr. 5.*

### C A P U T XI.

*Gat. 1.* Licit nos, aut angelus de caelo evangelizaverit vobis, præter quod accepimus, tam a sanctis Apostolis, & probabilibus Patribus & universalibus quinque synodis, anathema sit. *Martinus in d. syn. Lat. in synodica epist. ad omnes Christianos, post med.*

### C A P U T XII.

Amplector quattuor Evangelia, septem canonicas epistolas, epistolas gloriose Doctoris Beati Pauli Apostoli, sanctos canones Apostolorum, quattuor universalia concilia, sicut quattuor Evangelia, Nicænum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonensem, & Antiochenum, & decreta sanctorum Patrum Romani Pontifici, &c. *Pascal. II. in syn. Rom.*

### C A P U T XIII.

*Rom. 10. c. 1. Dif. 15. c. 2.* Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, [sicut sancti Evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere, & venerari me fateor, Nicænum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur. Constantinopolitanus quoque in quo Eunomii, & Macedonii error convincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas judicatur. Chalcedonense vero, in quo Eutychis, Diocorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integrissima approbatione custodio. Quia in his, velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet virtutis, atque actionis existit. Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium jacet, &c. Cunctas vero, quas prefata veneranda concilia personas respuunt, respuo, quas venerantur, amplector, quia dum universalis sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quisquis præsumit aut solvere, quos religant, aut ligare, quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit, &c. *Greg. lib. 1. ep. 24. ad Joann. CP. C alios Patriarchas, in fine. Greg. VII. lib. 8. epist. 1. Ivo part. 4. cap. 117. decret. Anselm. lib. 6. c. 52. Cæsar. lib. 1. cap. 36. Tarrac. lib. 1. cap. 140.*

### C A P U T XIV.

Sic quattuor synodos sanctæ universalis Ecclesiæ veneramur, sicut quattuor libros sancti E-

vangelii recipimus. *Greg. Sabino diacono, lib. 2. registr. ep. 10. cap. 49. indict. 11.*

### C A P U T XV.

Nos veneramur sanctas quatuor synodos, Nicænam, in qua Arius; Constantinopolitanum, in qua Macedonius: Ephesinam primum in qua Nestorius (atque Diocorus): Chalcedonensem, in qua Eutyches damnatus est. Profitentes, quia quisquis aliter sapit, quam haec quattuor synodi, a fide veritatis alienus est. Damnamus autem quoscumque damnant, & quoscumque abolvunt absolvimus, sub anathematis interpositione ferientes eum, qui earundem quattuor synodorum maxime autem Chalcedonensis, de qua quibusdam imperitis hominibus nata est dubietas fidei, addere, vel adimere præsumit. *Idem Greg. lib. 3. ep. 33. registr. ad Theodelindam Reginam Longobardorum.*

### C A P U T XVI.

Illa, quæ sanctissimæ quattuor synodi sapuerunt, atque definierunt, sicut prædecessor noster sanctissimus Leo Papa, ita ea & nos sapimus, sequimur, ac tenemus, nec ab earum fide aliquo modo dissentimus. *Idem Greg. lib. 4. registr. indict. 13. ep. 49. cap. 93. ad Petrum, C Prudentium Episcopos de Itria.*

### C A P U T XVII.

Veneramur sanctam Nicænam synodum, in qua Arius: Constantinopolitanam, in qua Macedonius: Ephesinam primum, in qua Nestorius: & sanctam Chalcedonensem synodum, in quādem Nestorius, Diocorus, atque Eutyches damnatus est. Si quis autem contra harum quattuor synodorum fidem, & contra sanctæ memoriarum Leonis Papæ tomum, atque definitionem mali quid loqui umquam præsumit, anathema sit. *Gr. lib. 5. reg. ep. 2. cap. 102. indict. 14. clero, C plebi Rav. Vid. eund. lib. 7. ep. 53. ad Secundin. in med.*

### C A P U T XVIII.

Quæcumque a sanctis quattuor synodis sunt definita, recipimus, & quæcumque reprobata sunt, condemnamus. *Idem Greg. lib. 12. ep. 7. indict. 7. reg. ad Reginam Long.*

### C A P U T XIX.

Sicut suscepimus, atque firmiter prædicamus sancta quinque universalia concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonensem, & CP. quæ & omnis Christi Ecclesia approbat, & sequitur, ita & quod nuper in Regia urbe, pio vestra serenitatis adnisi celebratum est, sanctum sextum concilium, &c. suscepimus. *Leo II. in ep. ad Const. IV. Imp. in fine VI. synodi CP.*

### C A P U T XX.

Quattuor concilia omnimode recipio, & velut quattuor Evangelia veneror, quia per quattuor partes mundi universalis Ecclesia in his, tamquam in quadro lapide fundata consistit. Primum Nicænum CCCXVIII. Patrum sub B. Silvestro Papa Romano, & Constantino Augusto Magno, cui præfuerunt Victor, & Vincentius Romani presbyteri. Secundum Constantinopolitanum primum CL. Patrum sub Damaso Papa, & Theodosio

**dosio Majore.** Tertium Ephesinum primum cc. Patrum sub Cælestino Papa, & Juniore Theodosio. Quartum Chalcedonense DCXXX. Patrum sub Beato Leone Papa, & Marciano Augusto, &c. Leo IX. in epist. ad Petrum Antiochen. in fine.

**C A P U T XXI.**

Volumus charitatem tuam litteris suis significare, utrum vestra recipiat, quod Ecclesia universalis amplectitur, fidem scilicet quattuor conciliorum, quæ a sanctis Patribus comprobata, a Romanis Pontificibus Silvestro, Leone, aliisque Apostolica sunt auctoritate firmata, inter quos nihilominus beatissimus Gregorius Papa doctor egregius majoribus Ecclesiæ Alexandrinae, Antiochenæ, aliisque in epistola sua sese eam tenere his verbis testatus est, *Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem,* [sicut sancti Evangelii quattuor libros, sic quattuor concilia fescipere, & venerari me fateor, quintum quoque concilium pariter veneror. *Gregor. VII. lib. 8. regis. ep. 1. post princ. Greg. I. lib. 1. ep. 24. ad Joann. CP. & alios. Ivo part. 4. c. 117. decr. Ans. lib. 6.c. 52. Cæsar. lib. 1. c. 36. Tarrac. lib. 1. cap. 140.*

**C A P U T XXII.**

In magna Nicæna synodo Arius hæreticus damnatus est. Constantinopolitana synodus Macedonium hæreticum debita sententia condemnat. In Ephesina synodo Nestorius condignam sui erroris damnationem excepit. Chalcedonensis quoque synodus Nestorianam hæresim, & Eutychianam cum Dioscoro, & ejus complicibus justissima sententia confutavit. *Innocent. II. in ep. ad Sampsonem Remens. & Henricum Senones. & Bernardum Abbatem contra Petrum Abelardum.*

**C A P U T XXIII.**

Sancti Patres præcessores nostri aut generales synodos undique colligi pro unitate rectæ fidei fecerunt, sicut Nicæna contra Arium CCCXVIII. & CP. cl. contra Macedonium, & Ephesi contra Nestorium cc. & Chalcedone contra Eutychen cxxx. aut certe speciales synodos collegerunt, &c. *Bragarens. II. ante canones.*

**C A P U T XXIV.**

Quicumque alibi fidem, & communionem catholicam, præterquam in Ecclesia universalis, quam Nicæni, & Constantinopolitanis, & primi Ephesini, & Chalcedone concilii decreta tenuerint, pariter & honorant, anathema sit. *Episcopi catholici in Foletano, concilio tertio ante canones.* [ Qui concilia omnium orthodoxorum Episcoporum consona conciliis Nicæno, CP. primo Ephesino, & Chalcedonense non recipit, anathema sit. *Episcopi conversi ex Arianis in eodem concilio ante canones.* [ Fidem sanctam Nicæni obseruo conciliis, & honoro ea, quæ contra rectæ fidei pestem Arium CCCXVIII. sancta Episcopalis scripsit synodus. Amplector, & teneo fidem cl. Episcoporum CP. congregatorum quæ Macedonium Spiritus sancti substantiam minorantem, & a Patris, & Filii unitate, & essentia segregantem, jugulo veritatis interemit. Primæ

quoque Ephesinæ synodi fidem, quæ adversus Nestorium, ejusque doctrinam lata est, credo, pariter & honoro. Similiter & Chalcedonensis concilii fidem, quam plenam sanctitate, & eruditione adversus Eutychen, & Dioscorum protulit, cum omni Ecclesia catholica reverenter suscipio. Omnia quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia, quæ ab ipsis suprascriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo. *Reccaredus Rex in tomo fidei initio eiusdem concilii Tolerani tertii.*

**C A P U T XXV.**

Suscepimus sanctas, & universales quinque synodos beatorum, & Deo acceptabilium Patrum, id est, qui Nicæna congregati fuerunt CCCXVIII. contra Arium impiissimum, & ejusdem dogmata. Et CP. cl. contra vesaniam Macedonii, & Eudoxi, & eorum dogmata. Et in Ephesino primo cc. contra nequissimum Nestorium, & ejusdem dogmata. Et Chalcedone DCXXX. contra Eutychen, & Nestorium, & eorum dogmata. Et iterum CP. quinto congregati sunt concilio, &c. *Anglic. Syn. 11.*

**C A P U T XXVI.**

Quoniam sanctæ, & universales duæ synodi in hac Imperiali civitate congregatae, &c. sacros canones nequaquam conscripserunt, sicut reliquæ sanctæ quattuor universales synodi, per quos populi a deteriori, & abjectori vivendi ratione recedant, &c. Præterea sacros canones scripsimus. *Trull. ante canones. Ivo part. 4.c. 123. deer. Cæsar. lib. 1. c. 40.*

**C A P U T XXVII.**

Statuimus fidem, &c. ab Apostolis traditam, inviolabiliter esse servandam. Præterea CCCXVIII. sanctorum Patrum, qui Nicæna convenerunt sub Constantino Imperatore adversus impium Ariū &c. Similiter & eam, quæ sub Theodosio Imperatore a cl. Patribus, qui in hac urbe convenierunt, prædicata est, fidem confirmamus, de Spiritu sancto, voces, quæ eum Deum esse statuunt, amplectentes, & profanum Macedonium cum prioribus veritatis inimicis expellentes, &c. etiam Apollinarem ejusdem iniquitatis mystam una condemnantes, &c. Jam vero & quæ in Ephesiorum civitate a cc. divinis Patribus sub Theodosio Arcadij filio Imperatore expositæ sunt, doctrinas, tamquam infractum pietatis robur, obsignamus, unum Christum filium Dei, & incarnatum prædicantes, & quæ ipsum sine femine peperit, impollutam semper virginem, proprie, & vere Deiparam decernentes, & ineptam Nestorii persequentes, &c. Quin etiam eam, quæ in Chalcedonensium Metropoli sub Marciano Imper. DCXXX. descripta est. Patribus fidem orthodoxe confirmamus, quæ unum Christum filium Dei ex duabus naturis compositum, & in duabus eidem naturis creditum, &c. tradidit, & stulte ac inepite sentientem Eutychen, &c. ex sacris Ecclesiæ ambitibus exturbavit. Et cum eo Nestorium, & Dioscorum, &c. *Trull. c. 1.*

**C A P U T XXVIII.**

Accipiens dipticha sanctissimus, & beatissimus Archiepiscopus, & Patriarcha cœcumenicus Ioannes,

nes, jussit ordinari sanctas quattuor synodos sanctorum Patrum, videlicet, Nicæa congregatorū, & CP. convenientium sub Nectario sanctæ memorie, & Ephesi congregatorum super depositio-ne Nestorii, nec non illorum de Chalcedona super dejectione Eutychis, & ejusdem impii Nestorii, ordinarique jussit nomina in sancta memo-ria defunctorum Archiepiscoporum hujus Regiæ urbis Euphemii, & Macedonii, atque etiam Leonis Romani Pontificis, &c. Tempore diphychorū eucurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca altare, & audiebat. Et cum solum lectæ fuissent a diacono appellationes prædictarum sanctorum quattuor synodorum, & sanctæ memorie Archiepiscoporum Euphemii, & Ma-cedonii, & Leonis, voce magna universi clama-verunt; *Gloria tibi Domine. V. synod. CP. a-ction. i. capite ita inscripto: Quomodo prædi-cata sunt synodi, in fine.*

## C A P U T XXIX.

*Diss. 15. c. 1. §. Inter cetera.* Quattuor principalia sunt concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenet Ecclesia, tam de Patris, & Filii, & Spiritus sancti divinitate, quam de prædicti Filii incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est CCCXVII. Episcoporum Constantino Aug. imperante peracta, &c. Secunda synodus est CXL. \* Patrum sub Theodosio seniore CP. congregata, &c. Tertia synodus est Ephesi-na prima cc. Episcoporum sub juniore Theodo-sio Aug. edita, &c. Quarta est synodus Chalce-donensis DXXX. sacerdotum sub Marciano Prin-cipe habita, &c. Sed & si qua sunt concilia, quæ sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post i-storum quattuor auctoritatem, omni manent sta-bilitate vigore, &c. *Isidor. in prefat. veteri conc. ex Isidor. Hispal. lib. 6. cap. 16. etymol. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 16. C 20. C 21. C 22. panorm.*

## C A P U T XXX.

Nosse etiam oportet, licet cetera non infrimentur, quatuor esse principalia concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent ecclæ, tam de Patris, & Filii, & Spiritus sancti di-vinitate, quam de prædicti Filii, & Salvatoris nostri incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est CCCXVII. Episcoporum sub Constantino Aug. peracta, &c. Secunda synodus est cl. Patrum sub Theodosio seniore CP. congregata, &c. Tertia synodus est Ephesi-na prima cc. Episcoporum sub minore Theodosio Aug. edita, &c. Quarta est synodus Chalcedon. DXXX. sacerdotum sub Mar-ciano Principe habita, &c. Sed & si qua sunt con-cilia, &c. ut supra. *Isid. Mercator in prefat. con-cil. incip. Compellor a multis, in fine.*

## C A P U T XXXI.

*Diss. 15. c. 1. §. Inter.* Inter cetera concilia quatuor esse scimus ve-norabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina, &c. *Isidor. Hispalens. lib. 6. cap. 16. etymol. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. panorm.*

## C A P U T XXXII.

Quatuor in divinis Ecclesiæ dogmatibus ma-gna, sacraque & universalia concilia suscepimus, Evangelicis illustrata fulgoribus, & splendificata

Evangelicorum configurationum speciminum quantitate. His principare dicimus Nicænum CCCXVIII. Deum gerentium Patrum conventum, qui ex divino nutu concitus Arianae rabiei dejicit contagia. Post illum vero tempore, non gloria, sive gratia, secundus congregatur conventus CP. cl. Patribus, contra trifulgorem \* Macedonii, Apollinaris, & Magni, &c. Tertium concilium glorifico, Ephesinum prius, nam secundum Dio-fori, & Eutychetis est, &c. illic cc. Patres eje-cerunt Nestorium hominicolam, &c. Quartus conventus est DXXX. Patrum Chalcedone, &c. Peremit Eutychen, & Dioscorum, &c. atque Nestorii hæresim, &c. Quintum quoque suscipio, &c. *Sophronius Patriarch. Hierosol. ad Sergium Patr. CP. apud VI. synod. CP. action. II. in med.*

## C A P U T XXXIII.

Suscipio sex sacras generales synodos, earumque divina decreta, primæ quidem, quæ definivit Patri consubstantialem, & æque sine principio fuisse Filium, anathematizans impium Arium, Ætium, Eunomium, Eudoxium, Demophilum, &c. Secundæ autem decreta recipio, quæ definiit Deum esse Spiritum sanctum Dominum vivifi-cantem. Averior autem Macedonium, &c. Ex tertia vero, unum D. N. Jesum Christum, verum Deum nostrum, &c. incarnatum, & Nesto-rium hominis adoratorem, ejusque a seclus Dio-dorum, & Theodorum, &c. longe propello. Quar-ta vero synodi capita hæc accipio, ex duabus na-turis, & in duabus naturis unum esse sanctæ Tri-nitatis Christum Deum nostrum in carne peregrinan-tem, anathematizo autem Eutychen, Dio-scorum, & omnem acephalon eorum turbam, &c. *Tarasius ad Episcopos Antiochiae, Alexandriæ, C sanctæ urbis apud VII. synod. Nicæn. II. a-ction. tertio post principium.*

## C A P U T XXXIV.

Suscipimus, & ex animo amplectimur, & amamus sex sacras, & universales synodos, quæ ex Spiritus sancti instinctu contra omnes hæ-re-ses, quæ in diversis locis, & temporibus fuerunt, congregatae sunt, quas sane omnes excellenter universæ, quæ sunt sub sole, ecclesiæ prædicant, earumque reatis, & a Deo inspiratis dogmatibus seipso confirmant, reicientes, quos ipsæ reiciunt, recipientes vero, quos illæ recipiunt, &c. *Theod. Patriarch. Hierosol. in epist. synodica lecta in VII. synod. act. 3. post principium.*

## C A P U T XXXV.

*Santa octo universalia concilia, id est, Ni-cænum, Constantinopol. & Ephesinum primum, & Chalcedon. quintum quoque, & sextum item Constantinop. & septimum item Nicænum, octau-mum quoque item CP. usque ad unum apicem immutilate servare, & pari honore, & veneratio-ne digna habere, & quæ prædicaverunt, & sta-tuerunt, omnimode sequi, & prædicare, quæque condemnaverunt, condemnare ore, & corde (profiteor), &c. Professio Summor. Pontificum ex diurno lib. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 15. panorm. C part. 4. c. 132. decret.*

CA.

*Diss. 16. c. 8.*